

PT. I
2
6
9







2.6.9 A
1668

Ex libris Serenissimi Principis Antonii Magliabechi

2.6.9

Keep

XXIX

C R V S



CHRISTOPHORI CRUSII JC.

TRACTATUS

DE INDICIIS DELICTORUM GENERALIBUS,

EX JURE PUBLICO ET PRIVATO,

Nec non

SELECTIORIBUS ANTIQUORUM & Recentiorum Theologorum, Jurisconsultorum, Politicorum, & Historicorum eximiorum scriptis, decerpti, & accuratâ dispositione digesti,

NON TAM PRACTICIS CRIMINALIUM CAUSARUM, quam legum studiosis, scitu necessarii, & ob varietatem casuum memorabilium, rerumque illustrium lectu perjucundi,

Cum Indice copiosissimo

PARS PRIMA.

FRANCOFURTI,
Apud JACOB. GOTHOFR. SEYLERUM,
M DC LXVIII.



ILLVSTRISSIMIS ET GENEROSISSIMIS SACRI ROMANI IMPERII
Comitibus ac Dominis:

DN. CHRISTOPHORO,
DN. HENRICO VOLRADO,
DN. HENRICO ERNESTO,
ET
DN. JOANNI MARTINO,

COMITIBUS IN STOLBERG, Königstein, Wernigeroda & Hohnstein, Dominis in Epstein, Müntzenberg, Breuberg, Lohra & Clettenberg, Dominis suis gratiosis, *S.*

EXACTA jam sunt lustra tria, Illustrissimi & Generosissimi Comites, Domini Clementissimi, cùm V.C. ex mandato Academiæ Heidelbergensis, Vir Nobilissimus Reinhardus Bachovius Echtius, JCtus incomparabilis, mi-

nimum me recommendaret, atque V. C. Francofurti ad Mœnum filiorum Dnn. CHRISTOPHORI, LUDOVICI & BODONIS ULDARICI, Fratrum Germanorum Comitum de Stolberg, &c. pp. mm. ſub bello Germaniæ adhuc flagrante, utrorumque fortiter decumbentium, diſcipulorũ longè mihi chariſſimorum ergò me conductum pridem convocaſſet Gauderum Werteraviæ, juſſu, cui parere meæ erat neceſſitatis, cœpi fontes juris publici aperire diſcipulis, Illuſtribus equidem perſonis ſcitu perneceſſarios, quod quò præſtarem decentius, nec, dum ampliſſima juris publici inirem penetralia, interciderent, quæcunque ex privatis haud mediocriter deguſtaſſent Legum rivulis, uno eodemque & publicum & privatum jus conſarcinandum ſudore, pretium operæ eſſe duxi. Quocirca elegi de publicis judiciis titulum ex Inſtitutis Juſtinianeis, animadvertens: Imperii receſſus cumprimis verò Caroli V. Conſtitutiones criminales, nec non Aureę Bullę ſanctiones quodammodo, vel quicquid publici juris nomine hactenus venditatum, me titulo illi famoſo & illuſtri congrue & haud inconvenienter ſubſternere & concinnare poſſe.

Sed quid rerum? Onere dum premor, viâ, quam ingredior, oberrans, in materiam indiciorum incido, januam equidem totiusque causæ, cui implicor, vestibulum, quod qui rectâ non incedit, vix est, ut criminalium rerum sciolum sese gloriari possit. Et licèt non nisi peregrinum in hac scribendi provincia me intelligerem, nemine, quo probè transeundum, me sat superque instruente. Ecquid enim tot Doctorum codicilli, præterquam nuda & simplicia regularum, nedum integrarum vel catholicarum præcepta præ se ferunt? aggressus nihilominus opus, quod videbatur desperatum, deducor in hunc campum juris longè lateque dumosum, in quo bos herbam, ciconia lacertam, aquila cadaver, sus glandem, uti ex veteribus quidem dixerat, posset reperire, solitudinem spaciosam, & penetralia aliquando, plusquam cimmeria.

Et quanquam subsistendum mihi esset filo Ariadnes abrupto, quod & temporis, tunc temporis, penuria & causæ amplitudo exigebat, occasione tamen & temporis & laboris renatâ, reassumpsi causam, ac manuscriptum Generosissimi mei Discipuli, Dn. Christophori Lu-

DOVICI Comitis à Stolberg, &c. piè fortiterque defuncti annos ante aliquot, revidendum expetivi. Deferente Illuſtriſſimo Parente, Domino CHRISTOPHORO, Comite de Stolberg, &c. meis, & quæ eis insererem, petitis haud immodeſtis, Vir Conſultiſſimus Dn. Henricus Mejerus D. Conſilarius Stolbergenſis, Collega meus, ultrò tranſmiſit, in memoriam defuncti præluſtris, cujus buſta triſtiora tunc familia Illuſtriſſima luctu proſequebatur amaro, revolvendi manu ſcripta, & ni injuria temporum fatorumque repugnaret, eadem typis deſcribendi. Qua de re, rebusque ſic ſtantibus, operi me accinxi denuò, & quicquid perficere non licebat in acceſſu, Dei beneficio abſolvi in receſſu.

Veſtræ Clement. autem Domini Clementiſſimi inſcribo hanc partem primam, quæ agit de indiciis generalibus, non tam in grati animi τεκμήριον, qui per annos aliquot meo miniſterio uſi, meque ad altiora, ſi ſortes tuliſſent, promovere dignati eſtis, quàm in tutelam & protectionem Veſtram contra lividas & malignas *Zoilorum* inſidias, eandem offerens, dedicans. Nec dubito, quin V. V. V. V. Clement. hoc meum

quale-

qualecunq; opus, munusq; levidense, vultu sereno respicere, meque vestro favori & servitiis recommendatissimum esse velint. Valete. Ex Hannovera Brunsvicensis Ducatus, 10. Idus Septembr. Anno 1633.

V.V.V.V. C.C.C.C.

Officiosissimus

CHRISTOPHORUS CRUSIUS D.

CHRI-

CHRISTOPHORUS LUDOVICUS,

COMES IN STOLBERG, KÖNIGSTEIN, WERNINGERODA ET HONSTEIN, DOminus in Epstein, Müntzenberg, Breuberg, Lohra & Clettenberg, &c.

Clarissimo Auctori, Salutem.

VÆ mihi dictasti, Crusi, *præcepta, colenda*
Omne vetant crimen, crimina nulla docent,
Publica jura refers, nec non privata Quiritum,
Et juxtà quæ sint ardua, plana facis,
Plana facis prudens, politiæ juraq; pandis,
Quæ misces studio rebus ubiq; tuo.
Nec non historicos decerptos undiq;, flores
Intermiscendo, sedulitate refers
Iucundâ, ne forte gravis lectura molestum
Lectorem faciat, cuncta lepore struis.
Hinc tibi fama frequens erit, & dum cardine mundus
Volvitur, & radiis Phœbus ab axe micat.
Opto hæc contingant tibi, nec fortuna relinquat
Vnquam virtutem, cui comes esse solet.
Et comes invidiæ, tu contra audacior ito:
Non curans Momum dente minace ferum.
Ipsius ossa prius, tua quam bona fama putrescent,
Dum stabit illustri sors tua fixa loco.

EBER-

EBERHARDT

von Weihe in Böhme / Sensenstein / Rode / & Bruchoff / J. C. CHRISTOPHORO CRUSIO. S.

AMPLISSIME & Clarissime Vir, amice colende, dum injuriâ temporis & hominum expulsus sim ex meis prædiis in Ducatu Luneburgensi, Hassiæ, & aliis locis etiam miserè spoliatus contra fidem datam, & aliquot millia thalerorum non hilariter consumpserim, ac multa passus sim ab halophantis & calumniatoribus, linguam halecibus compactis in aulis justitiam quærendo, otiosus legi aliquot paginas ex tuo eruditissimo Commentario de Indiciis, quæ mihi valdè placuerunt, committenti aliis, num hæc materia pars juris dici possit. Video te multum laboris, diligentiæ & industriæ, per multos annos in perficiendo hoc tractatu insumpsisse, ac Prosperum Farinacium superasse, multosq; Nobilissimos authores introduxisse, quos non sine viatico allegare possumus, licet Cagnolus & alii improbent allegationum multitudinem, cum iis reddantur libri gravidi & insani; attamen in tot humanis erroribus non possumus innocentiâ frui, sed cum aliis quandoq; insanire, siquidem in hoc mundo vivere cupimus: alioquin omnia morte abeunt, & sola scientia Christi

Est comes, ex vita nos ubi fata vocant.

Albertus Magnus, referente magno viro Alphonso Tostato, Deum rogavi ut omnem scientiam humanam sibi eriperet, idq; illum post multos annos obtinuisse sacris meditationibus addictissimum, at verò, qui volunt in humana societate versari, & inter homines vivere, necesse est, ut singulis horis multa legendo, libros multos evolvendo, addiscant, etiam seminex, qui pedem in sepulhro habet, ne illud objiciatur: Beati rudes, quoniam asini domini vocabuntur. Senes ergò licet matrimonium contrahere non debent cum scientiis humanis, attamen concessum illis est illas amare, & ludere cum illis: juvenes verò ancillantibus artibus continuò adhærebunt, ut perfectè aliquid discant, nam nullus genius tam erit illi propitius, nulla Paulina ars tam firma & efficax, ut alicui possit artem infundere, licèt non negârim

rim aliquid lucis monstrare queat, sed opus est continuo studio ac labore, quo etiam avus & pater tuus p.p. m. m. acquisiverunt in juris civilis scientiæ cognitionem insignem, qui celeberrimi ad gradum dignitatis evaserint. Vir eximius Dn. Andreas Crusius, avus, judex curialis in hoc Ducatu, nec non Consiliarius aliquot principum, ac magnarum civitatum Germaniæ, Pater Christophorus Crusius JCtus, mihi Rostochii 1572. intimus commilito sub Kirchofio & Borcholdo, Syndicus Hamelensis, Burgmannus & hæreditarius in Pattensen, gloriosæ vocis munimine confisi laborantium spem, vitam & posteros defenderunt, ac eo ipso demonstrarunt, animam non esse ex traduce, sed divinitùs infundi, & tritos versiculos in animæ operationibus non esse veros:

Fortes creantur fortibus & bonis:

sed tantùm in corporalibus, cujus opinionis etiam Turcas esse historici, patroni temporis, testantur: qui verò labores vitant, in tenebris doctrinarum turpiter vivunt & ambulant. Novi in præcipuâ aulâ Cancellarium quendam Doctorem, contendentem, regulam illam vulgatam; *Qui prior tempore, potior jure*: habere locum in chirographariis. Novi alium asserentem, fictam possessionem, contra apertissimas leges & excellentissimos Interpretes, nullam esse, *l. quisquis, C. de donat.* Cujac. *lib observat.* 19. *cap.* 18. Tuschus *conclusione 627. in verb. donatio*, & Bartolus dicit, casum esse notabilem, & qui à domino causam possessionis habet, potiorem in possessione, *l. quisquis, C. de rei vindicat.* Cujac. *lib.* 15. *in observat. cap.* 21. ubi enim non est petitorium, ibi possessorium esse nequit, *per vulgata:* O cœca ignorantia virgis digna, ô cœcitas animæ deploranda! ita fit, ut, qui jurisprudentiam nullo pretio nummario æstimandam & dehonestandam illustrare debebant, fœdè deforment, qui verò hisce annumerari nolunt, multa & infinita legant, & non perfunctoriè, aut dicis causâ, sed diligenter, quod tu, vir Amplissime, in hoc tractatu tuo multijugâ lectione probas. Ego verò in hoc meæ ætatis anno octuagesimo primo ampliùs probare neq; possum nec volo, cùm mihi instructissimâ bibliothecam, & manusscripta de rebus gravissimis eripuerint, mala vi & fraude abstulerint, & ego sacris meditationibus occupatus sim. Tu fac, Amplissime vir, ut integrum tractatum tuum & practici & juris studiosi Theorici brevi habeant, videant & legant, vivant quoq; feliciter, & bene, ac tuo labore utantur neq; abutantur, & benedicant inter se & mihi quoq; mortuo. Scripsi anno 1633. ætatis 81. memoriam bonæ fidei adhuc habens, honestam tamen missionem ex hoc mundo à Deo petens, & æternam pacem optans omnibus bonis, & ne quis malus nos turbassit malè.

SALV.

SALUTEM.

CONVICTORI ET DOMESTICO SUO QUONDAM SPIRÆ NEMETUM, AMICO haud vulgari.

Muchos son alabados de muy menor fatiga
Que son vestros trabaxos porque meri tamente
Tambien grandes loores y alabança rica
Mereve vne zasted, del dictar nueva mente
Y hazer imprimir, sus mux doctos escritos
Del trabaxoso drecho, conbuen intention.
Y linda exsperatça, de todos ser lex dos
No si provecho grande è imposition.

Johan Eberhard Sohn zu Eltz/ Cancellarius Guelphicus, necnon pro tempore Consiliarius Sereniss. Regis Daniæ, &c.



DOMINO AVTHORI, CONVICTORI ET contubernali suo, Salutem, &c.

ÆVum quid nostrum detester? & anxius annos
Præsentes tremulo conquerar usque sono?
Quin mage, mi CRUSI, Majorum tempora summo
Æthere, virtutum fertiliora, loco.
Militiæ certè modus hic erat unicus olim,
Tutari patriæ jugera JURE suæ;
Legitimeque omnem spernentem JURA Tyrannum
Armis concessô ferre negare modo.
Et pepulisse minas hostis, nisi JURA juvarent
EUNOMIÆ, Martis JUS adhibere trucis.
Unde Themis primam laudem, BELLONA secundam
Possedit, (felix quisquis utraq; cluit!)
Vendicat hinc divos sibi JUSTINIANUS honores,
Atque cani JURIS laude meretur apex;

Claudius hinc dominis præſcripſit jura Britannis,
Dacas victrices egit & inde rotas.
At nunc quæ ſecli ratio? neq; Marte, nec Arte
Affectatur honos, gloria, fama, decus.
Hinc nos claſſe premunt Mauri, rapit, abripit inde
Impunis Schytici principis arva manus.
Qui ſic? namque jacet medio Lex obruta cœno,
Amiſit partes Mars ferus atq; ſuas:
Quapropter duplici decorandus laude cluebis,
Mi Crusi, grates Marsq; Themisq; dabit;
Excolis hanc, illoque doces juſte utier, hoſtis
Vitæ dum noſtræ jura ſequeſtra premit:
Sic tamen inferior quanto eſt Bellona Themiſte,
Et major gladio pax galeâq; toga,
Tanto præſenti major tibi fama reſurgat,
Ex opera, Themidi quam cupis eſſe ſacram.
Caſtra alios, ſed juſta juvent, patriamque tuendi
Sub galea, clypeo, caſſide bella gerant:
Eunomiæ ſed tu tutiſſima caſtra ſequutus,
Æmula perge tuo fingere cæpta patri:
Atque tibi imperii proceres ſua munia credent,
Et referent ſtudiis juſta brabeja tuis:
Namq; minus pennis ceratis ſidus anhelas
Dædaleâ, multum tentat ut agmen, ope.
Quæ merces? dum illud vitreo dat nomina ponto,
Laus tua pulſabit dives utrumq; polum.
Hæc rata quo cupiam fore, me clamor ignit amoris,
En tibi quem plenâ fauce propino: Vale.

lub. mq; deproperabat Spiræ
Gottlieb vom Hagen.

AD AMPLISSIMUM CONSULTISSIMUMQ; VIRUM,
DN. CHRISTOPHORUM CRUSIUM, JURIS-Conſultum, Amicum meum ceu Fratrem colendum.

Legum latricis ſuboles divina Themiſtes,
Ædem in ſublimi vertice collis habet.

Cernimus

Cernimus haut unos tantum affectare cacumen,
Sæpius adfectu, non ratione duce
Festinant, melius quos sat tardasse fuisset,
Cumq́, suis rebus spem quoq, præcipitant.
Hi se corrumpunt, & res & jura clientum,
Ac dum jura volunt, turpia rura colunt.
Tu melius sapis, ô mihi vir clarissimè! rectè
Tendis ad Eunomiæ per juga sacra domum.
Mens tibi syncera est. Verbis DELICTA *facessis:*
Facto olim, cum sic Juridicina volet.
Perge ita! Sic Juris potis es Consultus haberi,
Æqui quem censent judicis omne probet.

T.

Observantiss.

Georgius Gollius D. Sacri Imp. Cam. judicii Procurator & Advocatus, Patriæq; Syndicus Argentinensis.

AD EUNDEM DN. AUTOREM.

DOCTISSIMOS viros olim apud Magnates in precio fuisse historiæ testantur. Nonne Carolus V. aliquando Ulissingæ ventos navigationi idoneos expectans in multam noctem cum Georgio Sigismundo Seldio locutus, interea familiâ omni, sive dormiente, sive divagante, & nemine ad nolæ signum apparente, ipse Carolus Doctori Seldio quantumvis recusanti lychnum prætulit, eumque per gradus deduxit. Quidam legum Doctor Georgius Fiscellus insignia equestris militię à Sigismundo Imperatore acceperat, postea cum quibusdam de rebus in Concilio Constantiano deliberaretur, ac Dd. legum hinc, equestres inde seorsim consisterent, dubitavit hic Doctor, utrum his, an illis se adjungeret? Cumq; ad equites inclinaret: Stulte, ait Imperator, qui literis militiam præfers. Nam ego milites mille uno die feci, Doctorem unum mille annis non feci. Imò catalogum non tantùm nobilium, sed etiam Baronum, etiam Comitum, etiam Principum recẽsere possem, qui dulcissimo literarum nectare in ipsarum desiderium rapti, Doctoris aut Magistri titulos assumpsêre. Leopoldus de Bebenburg, Princeps & Episcopus Papebergensis, primus in Germaniâ Doctorales honores gloriosè adeptus est, teste *Aventino*, nec solum generis sui

fastigio gloriosum Doctoris titulum cohonestavit, sed & multorum insignium librorum editionibus celebratissimus evasit. Et quis non eruditorum scriptorum memoriâ vivit æternâ? Longissima vita à scriptione venit, & ea æternitatem quandam præbet. Mihi certius videtur, ingenii, quàm virium opibus gloriam quærere, & quoniam vita, quâ fruimus, brevis est, memoriam nostri, quàm maximè longam efficere. Quid? cæteris paribus inter Doctores is, qui libros composuit, præponendus est, cùm non modò sibi laboret, sed omnibus exquirentibus veritatem, quod vigiliarum plenum, sudorisque negotium est, ut videre est *ex Jacob Ben. de privilegiis JCtorum, part. 3. p. 94. num. 6.* Hodie autem contemptus literatorum & scriptorum ex multitudine videtur descendere, cùm juxta proverbium, omne rarum charum, vilescit quotidianum. Sed ut publicè utile est, civitatem repleri civibus: ita multò magis utile est, repleri eam sapientibus, & celebribus Doctoribus, & multi sunt lauriferi, pauci phœbi, multiq; famam habent, alii merentur, & ita rectiùs contemptus ille inde provenit, quod propter gratiam, vel pecuniam hodie, quàm propter scientiam multi ad honores admittuntur. Unde illud de Gallis: Nos sumimus pecuniam, & mittimus asinos in Germaniam. Sed

Doctor palmare est, & depalmandus uterq; est,
Qui Doctorem auro vendit, emitq; suum.
Doctrina & virtus precium est, quo Doctor ematur,
Si res argenti est, morio Doctor erit.

Et Professores Academiarum indignos ad honores istos augustos admittentes puniri & privilegiis exui possunt: Sunt autem hæ, & aliæ objectiunculæ nix in tectis adversus rectos Solis radios, & te, ut cordatum JCtum, & qui non heri, vel nudius-tertius ad LL. audientiam venisti, ut loquitur *Justinianus in l. unic. C. de nudo jure Quiritium tollendo*, ab editione tractatus tui de Indiciis non deterrebunt. Cogites velim, tibi privilegia Doctoralia non frustrà concessa, inter quæ non ultimum locum obtinet potestas scribendi & edendi politos & doctissimos tractatus de arduis & difficillimis juris materiis. Novi te Græcæ & Latinę linguarum peritissimum. Pietas, candor, virtus, & solida eruditio te in solidū possident. Juris tā publici, quàm privati, & variarum historiarum cognitione es imbutus, nec non pepulisti fores Poëticas, ut cum Platone loquar. At Poësis nihil aliud est, quàm ex omnium disciplinarum delitiis ac medullis condita placenta, atq; ex lectissimis quibuscunq; flosculis compositum mellificium. Totius fermè praxis criminalis fundamentum consistit in materiâ indiciorum, quam alii superficialiter, tu solus medulliter tractasti. Commendare tuas lucubrationes, utpote multi-jugâ eruditione refertas, egregiis tā juris publici, quàm privati, historico-poëticis flosculis exornatas, multis modis possem, nisi res ipsa loqueretur, & Poëtæ *Claudiani* me retraheret monitio, dicentis:

Fucati

Fucati sermonis opes mens conscia laudis
Abnuit.

De fructu & speratâ è scriptione hac opinione quid dicam? Incerta hæc, nec tamen idcircò animus deponẽdus, firmandus magis, & generoso ausu ad magna accendendus. Nihil sperare potest ignavus calamus, audacia sæpè pro eruditione est, & voluisse etiam in magnis magnum est. Respondet optatis eventus? bene est. Non respondet? Conatus semper in laude fuit: neq; tam tenuis scriptio, quæ non aliquam referat laudem. Non placet omnibus? Ne Deus quidem. Displicet multis? factum maximis viris. Placet paucis? Maximum laboris, speiq; suæ fructum retulit, si vel uni prudenti & docto placuit. Satis enim theatrum doctus docto, prudens prudenti est. Quid si nulli placeat? Placeat, Vir Consultissime, tibi, vel hoc solo beato, quod horas bonas expleveris benè, fors malè expleturus, si scriptio defuisset. Vale, Vir Excellentissime, & BULLÆUM amare perge, ego te depereo. Scribebam currente calamo Hannoveræ 30. Julii, 1633.

Dn. Adfinis, ac compatris studiosissimus,
Antonius Bullæus, Jureconsultus, ac olim
Episcopatus Mindensis Consiliarius.

MACTE NOBILI, AMPLISSIMO, LITEROSISSIMOQUE VIRO,

DN. CHRISTOPHORO CRUSIO,

PATRICIO ET JC. APUD HANNOVERANOS PRÆsigni ac consummatissimo, &c. Domino & amico suo copi pectore honorando.

WILHELMUS ANTONII FREUNDEBERGICUS.
S. P.

ITA quidem est, ut tute scribis, Vir Jurisconsultissime, fautor & amice suspiciter honorande, quod eos, qui in parili studiorum navigio desudant, etsi nunquam viderimus, arcano quodam lentoq; amicitiæ vinculo nobis devinciamus. Est enim, ut verbis utar Palingenii *Zod. vitæ lib.* 4.

—— —— Vetus autorum sententia: mores
Quod similes, simile & studium sunt fomes amoris.

Testes sunt hujus rei meæ quales quales in apricum datę lucubrationes, quarum causâ vel ab ignotis summæ dignationis JCtis subinde indignus ego appellor, efficiuntq; ut ad me ignotum ipsorum veniant redeantq; haut vulgares nec sine laude epistolæ: ab ignotis, inquam, illis mihi quidem de facie & corpore,

corpore, ſed famâ jam dudum & gloriâ monſtrabilibus, tantisque adeò, qui in noſtro ſtudio,

——————Obfacta ingentia poſſent
Verè homines & ſemidei heroesq́ vocari.

Horunce adgregari numero veſtigiisque inſiſtere, illi edecumatæ ſcientiæ JCto jam pridem famigeratiſſimo, Dn. ANTONIO BULLÆO, affini tuo intimo lubitũ fuiſſe, tibiq; cum illo, Vir Conſummatiſſime, ex utriſq; veſtrûm jam ſatis & ſuper intellexi literis: quarũ ſuperficialis inſpectio etſi primodum mihi pudoris excuſſerit purpuriſſum, pœneq; animi dubius fuerim, num tantorum duum prægnanti & ætate & juris peritiâ virûm, quos inſuper, ut audio, raro ingeniorum exemplo, pulcra oris cordisq;

Junxit inabruptâ concordia longa catenâ,

tantis ad me indignum junioremq; epiſtolis, quibus invicem reſpondere utiq; par eſt, & vos perlicitis, magis amicitiæ fœdera conciliari, quam de nomine & exiſtimatione ipſorum quid detractum iri videatur: eundem tamen ſenſim è facie cordeq; repercuſſit pudorem doloremque, quod Plinius *lib.*4. *Epiſt.*12. præclarè ſcripſit: Omnes, *inquiens*, qui gloriâ famâq; ducuntur, mirum in modum aſſenſio & laus à minoribus etiam profecta delectat. Quo fretus ſolamine, amicitiæ veſtræ ſacra nunc lubens meritoque ingredior, ex meo eandem ſanctâ fide, quam vobis tantiſper,

Dum mihi vita ſuper, dum ſpiritus hos reget artus,

recipio polliceorq;, viciſſim ſervaturus latere: idq; eò valdius & lubentius quod juxtim parentis mei deſideratiſſimi, Dn. GODEFRIDI ANTONII JCti, veſtri olim, dum Giſſæ viveret, Præceptoris, non ſine laude & honore etiam nunc vobis reſidet memoria. Filium enim non minùs in amicitiâ paternâ, quam ſubſtantiâ derelictâ ſuccedere debere, apud Plutarch. *de vitand. uſur.* Socrates monuit.

Vidi porrò & perlegi ad exodium & umbilicum uſque tuarum, quas tibi de Indiciis (materiâ ſanè præſigni, in quâ totius fermè praxeos criminalis conſiſtit fundamentum, *ut ex Franciſco Perſonal. in tr. de indic. & tort. notat Dn. Juſt.* Oldekop *in eleganti caut. crim. ſyllog. tit.*1.*caut.*8.*num.*2.) edere volupe eſt, lucubrationum ſyſtema. Obſtupui pauliſper & miratus ſum, te tantam rem tanto ordine adgreſſum fuiſſe, quantam ego quidem è noſtro ordine non dico Germanis, ſed nec Hiſpanis, Italis, & vel ipſo horum Proſp. Farinacio (cui alioquin ob rerum criminalium abſolutam penitamque deſcriptionem, primas vulgò deferunt, ſic quidem ut ante te nemo omnium, quos æquus amavit Jupiter, proſperiori, vel quantum mihi conſtat, rotâ ſacculovè hoc farinæ unquam retro emoluiſſe videatur) ad hæc uſq; tempora humeris ſuis ſuſceptâſſe ullum haud reperio. Nam cæteri, cùm ceu canis è Nilo, adeoque labris vix primoribus eandem materiam deguſtâſſe, extremisvè, quod

ajunt,

ajunt, saltem digitulis attigisse mihi videantur, præ te numerus sunt, & velut umbra feruntur, ut profectò sit judicio meo, quod præfiscinè nec otiosè dici possit: Illos omnes te hâc in re tibi habere tantùm cedentes.

Lenta salix quantum pallenti cedit olivæ,
Puniceis humilis quantum saliunca rosetis.

Quod enim aliorum labor in loculis sacculisvè præportat, hoc tua illa Ceres in saccipetio facilè deglutit: quoniam ad hoc pratulum fluxit tibi aqua, ut scribere potueris non ad clepsydram sed ad amphoram, *ceu in simili pylades noster Dn. Anton. Bullæus in resp. erudito de sævit. marit. quæst. 2. num. 48. in fin. retulit.* imò in epistolâ dedicatoriâ huic operi præmissâ ipse fateri necesse habuisti, te talem hic ostendere campum, in quo bos herbam, ciconia lacertam, aquila cadaver, sus glandem, canis leporem ex facili offendere possit, qualem non immeritò (ut hoc de suo mihi largiatur præclarissimus JCtus, Dn. Georgius Mundius à Rodach *in eleganti comm. de diffamat. c. 5. n. 12.*

——————*Sic Chloris vestiat alma,*
Quo natura sibi blandita ostendere pompas,
Innumerisq́, oculos lassare coloribus ausa,
Non satiare tamen, placido cœloq́, sereno
Totum deliciumq́, decusq́, & gloria totum,
Et summa utilitas domino, & sit summa voluptas.

Et verò est, ni fallar, eâ ex parte mihi tecum innata mens & opinio, ab omnibus, quibus est scribendi consuetio, prognariter meritò sequenda, & adeò quidem insequenda, ut optarem,

Si fortassè aliquid nobis optare necesse est,

mihi jam non immurmurari illud Poëtæ:

Huc tamen adveniunt pauci, quos Entheus ardor
Evehit, atq́, Deo tenor indefessus amicat.

Reprehendere enim eos ego quandoque soleo, qui cùm ad opus aliquod tractandum adgrediuntur, non tuatim faciunt, sed prætermittunt aliquid, quod illius argumenti proprium sit, mancamq; & quodammodo inchoatam propositam materiam relinquunt, nihil quicquam intercalariter reminiscentes eorum, quæ rebus tractandis saccharum addere, inter seria lectorem paulùm remorando (ut solent me quidem apprimè istæ Veneres, nec solum fortè, nam *juxta Virg. in bucol. ecl. 3.*

——————*amant alterna Camœnæ,*)

delectare, ejusq; non minùs oculos, quàm animi sensa compascere possent; in quo tamen literosi, saniores & civiliores hujus seculi, plusquam aliâs delicatissimi (ubi *secundùm Martial. lib. 1.*

Et pueri nasum rhinocerotis habent, adtemniturq;, quod
Nec pluteum cædit, nec demorsos sapit ungues,

*ut ait Perſ.Sat.*1.) JCti,quos tu hìc imitari præclarè noviſti, aſſiduè

————dum canis inter opus,

ut ille apud Tibull. lib. 2. *eleg.*7.

Et Charitum trigæ Charites ſupereſſe veluni
Das Veneri Veneres,&c.

*ita ferè admodulante Caſp. Barth. Leandr. lib.*2. palmarium quaſi,omneq; punctum, quod ajunt, ponere videntur, cenſentes, quod qui domum fabricant, ſuſpensâ manu pedeq; haud linquere debeant impolitam,

Ne fors inſideat cornicans garrula cornix,

ut eſt in proverbio apud Eraſm. *chil.*1. *cent.*6. *adag.*26. ita ut non ſit de nihilo, quod Poëta Stellatus ſingula delibans *lib.*4. *Zod. vitæ*, eleganter cecinit:

Gratia magna *etiam* eſt, *ſapientum dicta referre,*
Atq; loquendo aliquos vatum interponere verſus,
Interdum exempla hiſtoriis inventa probatis.
Talia namq; ſolent ſermoni inſerta decere
Apprimè, modò ſint non abs re, idcircò frequenter
Nunc hos nunc illos opus eſt evolvere libros,
Atq; ut apes varios paſſim decerpere flores.

Diß ſind (nî me naſus fallit) die rechte Charites vnd bundte Zoſſen / quarum familitia, ſi, qui hodie in apertum ſcriptionis protruduntur SS. juſtitiæ paranymphi, ſicco ore inguſtata deſpreverint, quantacunque etiam opinionis veſte illi induantur, tanti tamen judicio Paridis minimè internoſcuntur, ut de meliori corbe gloriari, eq; hâc aquilam heteropedem ad latus ſibi ſurripere vel evindicare auſint, quin potiùs non nemini horum retractâ mente demiſſisq; auribus tandem in hanc vocem exclamare aliquando neceſſe ſit *ex Palingen. Zod. vitæ, lib.*9.

————O tempora pulchra,
Quàm malè vos novi, quò fugiſtis? miſerum me:
Si mihi nunc reddat pueriles Juppiter annos,
Et liceat Samios iterum contingere ramos,
Pergam illuc dextro, quo tendit litera, cornu,
Sit licet anguſtus limes, perq; ardua ſurgat.

Hoc ipſum enim ego ex mutis magiſtris aſſiduâ hauſi lectione, nihil fermè ſtudiorum eſſe, quod inter ſeſe caudas non habeat combinatas, quanquam ex his aliæ alias in ſuis vinculis conſtrictas mage: unde & Muſæ ita pingi ſolent, ut ſe mutuò tenentes, choros ducant: adeò, ut exhinc vel ab Alphabeto, primisq; illis elementis, quibus lallantes pappantesq; ad galli figuram inſtruuntur, interdum ea, quæ uſum non mediocrem in jure habent, deducere repetereq; poteſſim.

Sanè non deſunt hodie, præprimis ex fœce eorum, quos inſanabile tenet

net ſcripturiendi cacoëthes, & ſæpe abecedarii pultiphagiq; ſunt, dann es wird nunmehr (*ait quidam ſeſculiſſes omniumq; horarum Theologus:*) das Bücherſchreiben faſt ein gemein Ding / daß auch einer / der kaum auß d Schulen gekrochen / vnd mit dem Donat in die Seitte geworffen iſt / wolle am liebſten getruckt ſeyn / qui non erubeſcant libros ſuos, quos ſæpe tam jejunè, tumultuariè arideque compoſuerunt, ut editu magis quam editione digni videantur, tamdiu de flore ſibi pollicentes, quamdiu beſtiolæ illæ apud Hyppanim Europeæ Scythiæ fluvium, quarum vita diem non excedit, *ut amœniſſimi vir ingenii Forcatulus in præfat. necyomant. effatur*, tantis titulorum phaleris, ſeu, ut veriùs loquar, monſtris eventilare & protrudere, ut Pamaſſum omnẽ excitâſſe, aureosque planè montes polliceri videantur, quos tamen ſicubi pauliſper introſpexeris, proh Deum, quantum frigent, quantum claudicãt, quantum fatiſcunt! ut de his non ineptè dixeris *ex Juvenali ſat.* 10.

Fiunt urceoli, pelves, ſartago, patellæ.

Hæc ingenia chartaria, ſeu potius ingeniorum tormina, ſi quidem ſui ipſius gratiâ tam operosè titulotenus inſtruuntur, tantumque fluxum patiuntur, ſtultorum, quibus omnia plena ſunt, adinſtar, morari primâ longâ tantùm mihi videntur: ſin librariorum ergò, cum his ſanè crumenimulgis & numiperdis ipſis pari paſſu ambulant. Ex legum autoritate datur redhibitio, ſi quis pannum ut cocco tinctum vendiderit, ſi deprẽdatur in tincturâ nihil additum, quin mulctâ afficitur, quiſquis in hujuſmodi mercibus fucum fecit. Et lucro ſuo vel furto potiùs fruitur, qui eadem operâ tot hominum millibus imponit? *ut dequeritur magnum ſcientiæ vas Eraſm. chil. 2. cent. 1. ſub adag.* 1. Parilis librorum cortex cùm ſe pronuper faſtuosè in tabernâ quâdam mihi impenetraret, multis adſtantibus, quæſivi ex librario: *Amice, ubinam eſt liber ille ad hunc titulum?* Cumq; ille reſpondiſſet, eum ipſum jam in manibus mihi eſſe: Sed carne, *dixi*, opus eſt, ſi ſatur eſſe velis: quin extemplò occurſabat menti, quod apud Flaccum *in arte Poët.* legitur:

Quid dignum tanto feret hic promiſſor hiatu?
Parturiunt montes, naſcetur ridiculus mus.

Tibi verò, mi Crusi, hâc in re haud biblit amphora, nec aliunde tuis operibus titulum emendicare fuit neceſſe, quin potiùs tui ipſius oblitus, quod in fronte illa præportant, id pluſquam huberrimè & multi modis intus referas ac redhoſtias. Et quippini? Indicia enim ſunt re & nomine, ſeq; ſuo produnt titulo, ut faciliter jurare auſim, in his tibi componendis haud Phœdri animum fuiſſe, quem aliquando ſequentibus verſibus aperuiſſe memoratur:

Cùm deſtinâſſem operi heic addere,
In hoc, ut altis eſſet materiæ ſatis,
Conſilium tacito corde damnavi meum.

Nam si quis talis etiam est tituli honor,
Quo pacto damnabit, quicquam omiserim,
Ut illum & illum cupiam famæ tradere.

Quantum verò olei, quantum laboris, quantum denique temporis tibi constiterint hæc studia, quàm tu ipse, qui melius omnium noverit, profectò scio esse neminem: idque ego haud difficilè prædoror, si quibus vigiliis, animiq; & corporis angustiis Quinquennalia mea (in quibus tamen, cùm identidem mei memet & suppudeat pœniteatque, subsecundariam prorsus editionem cum fœnore multiplici non otiosis digitis meditor) mihi subinde & sæpe, ut ingenuè fateor, tãquam è canis, quod ajunt, podice parturienda cõficiendaq; fuerint, mente revolvero & pensavero. At enim difficilia, quæ pulcra:

Ocium clari fugiunt honores,
Nobiles ducit labor ad triumphos,
Sudor insignes iter ad coronas
Monstrat apertum:

veluti insignitè divinus Poëta Mantuanus cecinit.

Est igitur meritò, amice charissime, quod ambabus tibi congratuler manibus de tanto tamq; prælustri facinore, ex eoq;, quæ haud longulè desiduoq; te adobruet, gloriâ, famâ & nominis existimatione, duraturâ tantisper,

——Dum cœli sedem terrasq; tenebit
Casta fides, dum virtutis venerabile nomen
Vivet:

ut cum Syl. Ital. *lib. 6.* loquar, nec possum, quin tibi ex Poëta hæc pulcra vota signando relinquam:

———— Venerande excelsi
Doctor mi ingenii, ————————
Macte animi, quem rarus habet, morumq; tuorum:
Macte novâ virtute tuâ: sic itur ad astra.

Magnam n. crede mihi, rem præstitisti, invidendã celeriùs quàm imitandam, unde nil dubitaveris, quin omnes verò eruditi cordatiq; magno cothurno, vel eandem tibi herbam ultrò sint exporrecturi, & haud verso sine felle contributuri pollice: iterum dico, sed, quod soleo, germanitus candideq;:

Μωμίζειν *facilè est cuivis, sed ritè* μιμίζειν
Qui queat, ex multis unus & alter erit:
Si nescis, tenta, multum sudabis, & ista
Verba modò dices: Hoc opus, hic labor est.

Sed & gratulor mihi ipse, cui tantæ molis doctrinæq; opus, in Reipublicæ nostræ literariæ incrementum, hâc rerum conclamatissimâ tempestate, ubi cum Eobano Hesso *in lib. eleg.*

Quod

Quod si non pudeat, quod res est ipsa, fateri,
Grandior hâc studiis nulla ruina fuit,

ab hostio saltem, hisce meis videre obtigit oculis: gavisurus majorem in modum, si quando earum adyta rerum penetraliaq; inspicere simul dabitur, id quod spero, te quàm proximè curaturum, si petenti typographo Nicolao Hampelio, cui hoc nomine literis tecum contrahendi est prolubies, copiam earum transmiseris. Hoc namque rubricatum eunt leges Academicæ, ut si quid undecunq; nostris typographis excudendum detur, id ipsi quantocyus Dn. Decano (quem Amplifs. & Consultifs. Dn. D. JOHANNES Breitenbach / etc. affinis & compater meus enixim honorandus p. t. refert) exhibeant, ab eoq; consultatione cum Dnn. Collegis suis factâ, facultatem imprimendi reportent. Idem prædicto Hampelio suasit quidam, quem bene nosti, & acie mentis, rerumq; variarum singulari scientiâ Nobilifs. & Prægnantissimus JCtus, nominetenus à meipso honoris causâ jam prætereundus, cui laborum tuorum specimen etiam mirificè placuit, inhiatq; simul videre cætera, quorum copiâ factâ, non est dubium, quin nostrates undis, quod ajunt, omnibus rectoq; talo ea sint approbaturi, præloq; haud diutulè concredituri, ubi tunc, σὺν θεῷ, & qualem meam cunq; tam quoad subsecundariam correctionis curam, quam reliqua, quæ ad lævigatam non minùs, quàm festinam operis hujusmodi editionem pertinere videbuntur, haud dubiè experieris industriam: id quod tibi per meam fidem affirmatè solideque pollicearis velim. Inter hæc vide sis, ut valeas, Vir Excellentissime, meque amare ne desistas, quem vicissatim ab albidâ tuæ fidei dextrâ, polliceq; premente, (ad suadam Horatii 2. *Od.* 17.)

——— Nec Chimaræ spiritus igneæ,
Nec, si resurgat, centimanus Gygas,
Divellet unquam:

Ita te demorior, ita te revereor. Deproperabam Martisburgi Cattorum, postridie Calend. Julii, Anno M. DC. XXXIV.

ACCLAMATIO AD FRATREM.

GRatulor ex animo tibi, nec mihi mente reposta,
Scripta tua ex nuper transmissis jura Quiritum.
Quæ sacra ritè tenent, nec non mihi gratius unquam,
Lectu de indiciis scriptum, quod totus anhelo.
Cernere per præsens tempus lustrare receptum,
Sed quia grandævæ succedunt tempora vitæ,
Lumina bina meo nimium de more remittunt,

Iudicium vegetans aliquando, deficit, atq;
Nec tutum est juxta, de me depromere votum,
Fratre tuo, cujus quoq; nec suffragia recta
Suspicione carent, quia mens quæ volvitur imo
Affectu, vix justa probat, vix devia spernit,
Sed prout in trito est, ignorat quicquid apertis
Luminibus cernit, quod palpat, nec quoq; sentit;
O utinam monumenta prius præclara parentum
Nostrorum, si scripta modo loquerentur avita,
Si responsa typis excussa, notata papyro,
Invidiæ subducta manu, belloq; perempta,
Causa esset, tibi majorem reddere famam,
Sufficeret proavis, & seræ posteritati.
Sed quia difficile est luctari rebus in arctis,
Quin potius cladem fortunæ asscribere fatis,
Hæc quoq; fata pia tandem superanda dolore,
Interea nec fama tacet, quandoque silescunt
Scripta viri, quæ laude virum non linquit utrumq;,
Dignum, quem fata extollunt, quem scripta decoris
Nobilitant factis, manet hoc æqualis honestas,
Sunt hæc quæ tenui cantare per ardua rerum
Tempora, quæ parvo tibi decantare volebam
Carmine, quod Musâ scripsi felicius olim,
Vive valeq; diu, quo te majora sequantur,
Præmia virtutis, volitesq; per ora virorum,
Clara tuæ laudis volitet super æthera fama.

Deproperabat
Andreas Crusius, hæreditarius & Burgsassius in Pattensen.

AD FRATREM, AUTHOREM LIBRI.

HÆCCINE jura doces tandem carissime frater:
Circumspector ego transacti temporis, ecce
Ante tui studii cursum sperare salutem
Vix poteram de te privato, utroque parente
Subsidiis studii subductis, non equidem spes

Ingenii

Ingenii me rara tamen quandoq; solertis
Fallere vix poterat possessio, namque sub ipso
Limine cepisti rimare jura per artes,
Atque tuis thesibus præses pervolvere leges,
Discipulos docuisse tuos, quo tramite cunctos
Displicuit minimè, tot sustinuisse labores
Antlatos, Musas Elmanas impiger, oras
Gissenses, Witebergenses, Marpurgica castra,
Vidisti Heidelbergenses, & Spira Nemetum,
Argentina refert, & Pontamoussa celebris,
Egregios studii conatus, atque profundas
Ingenii dotes, proceres te rite vocarunt
Spiræ Assessorem, nec non ad munia rerum
Ardua, si inconstans aulai spendor iniqua
Sorte arrisisset, tua nec privata fuisset
Vita tibi, sordes quæ nescit, carior, atq;
Insidias hominum, truculentas Principis iras,
Mactè igitur virtute novâ mi frater, avitæ
Condecorare tuis factis vestigia laudis.
Hinc tibi fama recens accrescit & auget honores
Majorum, nec vana tibi jam gloria surgit,
Surget honos, nomenque tuum, laudesq; manebunt.

Ascanius Crusius, Canonicus Bremensis.

AD PATRUUM SUUM.

Patrue care mihi non cesso pangere laudes
Ingenio dignas, atq; laboris opus,
Dii faxint, ut sera tui præsentia vultus
Me moveat pariter, me moneat facilè,
Ut possim juvenis tua per vestigia tandem
Intrare ad campos Pieridum dociles;
Certè ego non vana consector imagine laudes,
Non me fulvum aurum, divitiæ fragiles
Exhilarant, modo me virtus non linquat inertem,
Cui fortuna comes, prospera fata favent,
Nam qui desidiam, luxumq; sequetur inertem,
Hunc sequitur turpis vita, perenne malum.

Paupe-

Pauperies, angusta domi res, suppliciumq;
Vitæ, non virtus, non favor, ullus honor.
Illa mihi placeant, nec non virtutis imago
Majorum decoret, meq; per omne beet.
Almos exoro superos, divosq; precabor,
Numine sancta trias me regat, atque trahat.
Interea tibi mente precor, mi Patrue, sancta
Felicem vitam, nestoreosq; dies.

Henricus Wilhelmus Crusius, Andreæ filius.

AD LECTOREM AUTHOR.

EN tibi scriptum indiciis notatum
Offero, lector, genio styloque
Simplici, rerum gravitatis omnis
Nec tamen expers.
Non refert omnes numerare libros,
Non quot authorum tenebras, in ipsa
Fronte desperatum opus, in recessu
Vix mutilatum.
Indicant id scripta patrumq; nostri
Testium juris, modicove nullo
Arte, non dicam, studio relata,
Si qua relata.
Ut tibi forsan videare factum
Insolens, quæcunque alii dederunt
Usq; letheis referenda fatis
Omine diro.
Si latet fatum renovans arenam
Ut toga cinctis redeant amœna
Arva, non arma Æolido crepante
Horrida clangant.
Nescio, quæ diva Themis labores
Provocat nostros sterili brabejo,
Quod manet solos modo sorte cœca
Martis alumnos.
Lustra sunt exacta duo meorum,
Non dies Vantî modici, laborum,
Spiritu, queîs, auspice nullitatum
Scripsit acervum.
Spiritus qui movit eum, nec horum

De

Defuit quondam generositati,
Sera quin tandem vegetante flatu
Pythia cantet
Regulas vix ullus habet priorum
Integras, non quisq; refert decentem
Ordinem, non ulla sapit vetustas
Quid juvet artem?
Absit, ut quædam specialiora
Fecerint nostri, meliora forsan
Facta, laus absit proprii decoris
Ore relata.
Hæc tibi, mi lector, erunt dicatæ
Paginæ, causis variis refertæ,
Jura quæ privata tenent, docentq;
Publica jura.
Frons licet bifrons caperata tundat
Scripta, nequaquam tamen æviterno
Calce calcabit, rosa pressa spinis
Spargit odorem.
Ergo quæ tradam, lege, fors placebunt
Invido tandem, modo desit ante
Lecta, fraus, virtutis apex, canino
Dente remordens.
Ut viris commendo bonis opellas
Hasce, sic jam Mome tibi numellas
Dedico, cum reste crucemq; cuncta
Dira malorum.
Si quid exceptum est malè, dum supersum
Vivus, allega, tibi replicabo
Cum Deo fortis, pia busta Mopse
Tangere noli.
Mortuo insultant lepores leoni,
Fatua Alcidi movet arma, vano
Impetu, Pygmæa manus cubanti.
Tu quid inerti
Buccinæ flatu crepitas miselle?
Fac cito, quæ mente rotas, rotis ne
Ipse tundaris citius, sciens: Mors
Omnia solvit.

Christophorus Crusius D.

INDEX CAPITUM HUJUS PARTIS PRIMÆ, De INDICIIS GENERALIBUS.

CAP.

CAP.

CAPUT



32

CAPUT PRIMUM.

DE OFFICIO JUDICIS IN CAUSA & Processu Judiciorum.

SUMMARIA.

1. *Iudicium quinque constat regulariter membris.*
2. *Iudex maximi æstimabit suam conscientiam in causis judiciorum.*
3. *Iudex duplicem salem quomodo habere dicatur?*
4. *Iuris ignorantiam leges stultitiam appellitant.*
5. *Homo animal pessimũ est sine justitia.*
6. *Iudex vicarius Dei est in foro.*
7. *Iustitia est fulcrum principatuum, ubi locus Rebuffi transscribitur de lingua judicis Pagani à fossore inventa & baptizata.*
8. *Quæ in persona judicis requirantur?*
9. *Sine prudentiâ vix administratur justitia.*
10. *Descriptio vera prudentiæ ex variis authoribus.*
11. *Iudicem commendat constantia.*
12. *Constantiæ rigor flecti debet.*
13. *Sapientiæ pars est leviter desipere, & pro temporum circumstantiis mutare consilia.*
14 *Veritatis studium commendatur in Iudice.*
15. *Veritas in judiciis quasi domina primũ tenet locum.*
16. *Veritatis perplexa descriptio.*
17. *Veritatis inquirendæ gratia tot reperta & recepta sunt tormentorum genera*
18. *Iudicem decet esse sobrium.*
15. *Ebrietas furoris & stultitiæ mater est.*
20. *Inter pocula Germani olim judicia exercuerunt.*
21. *Iudex peritus sit juris & statutorum.*
22. *Ignorantia pejor est malitiâ judicis.*
23. *Iudices ignavi, sunt fratres dolosi.*
24. *Iudex imperitus, asinus auritus est.*
25. *Quàm crudele sit, Principem habere officiales precio ad judicandi munus evectos.*
16. *Damnantur Iudicũ intempestivæ sententiæ & judicia.*
27. *Græcorũ stylus & responsum hac de re.*
28. *Deridendum judicium est, quod regitur ab asinis & bobus, homines demum post terga habentibus.*
29. *Idiota an possit agere magistratum?*
30. *Quæstiones subtiles judicibus ne committantur?*
31. *Iudex non debet judicare per vicarium.*
32. *Ignorantia Iudicis innocentis perpetua est calamitas.*
33. *Quanta scandala pariant diversa collegiorum responsa?*
34. *Iactatio importuna odiosa est.*
35. *Lapsus virorum clarissimorum quoad iura statutaria.*
36. *Avaritia describitur paucis.*
37. *Iudices avari sunt pestes, & feles, caseos patrumfamiliâs comedentes.*
38. *Iudicia hodiè rigant rubro largoq; pauperum cruore.*
39. *De judice pacifico, temerario, & molli, notatu digna commemorantur.*
40. *Gorgias Rhetor apud Græcos, de concordia edisserit.*
41. *Iudicis officium duplex est.*

42. Nobile officium judicis quale?

43. Mercenarium in causa criminali unde fundetur.

44. Modus procedendi ex constit. Caroli V. per inquisitionem.

45. Pro judicii constitutione ex stylo in causa inquisitionis advocatus dandus est reo.

46. Qualiter reo absente formetur inquisitio?

47. Antequam inquiratur, constare debet de evidentia facti, quod est in quæstione.

48. Iudex ipse locum patrati criminis accedere debet, & formare inquisitionem.

49. Formatâ & finitâ inquisitione generali, demum ad particularem perveniendum est inquisitionem.

50. Post generalem inquisitionem judex ad capturam procedit.

51. Acceptum constitutum quid?

52. An contra testes ex officio per modum inquisitionis receptos possit opponi exceptio subornationis, & falsi quæstio?

53. Si ab accusatore nominentur testes, adversus eos jure opponitur, quicquid personam vel dictum testis quovis modo in suspicionem falsitatis deducere potest.

54. Quomodo Otto III. omissâ inquisitione decenti, occiderit & equitem innocentem, & conjugem sontem.

55. Quid si concurrant inquisitor & accusator?

IUDICIUM criminale membris quinq; constare vulgò tradunt Doctores in rubrica *ff. de accus.* Quemadmodum civile judicium totidem partibus fundari & absolvi, Bart. & Doctores statuunt *in rubr. ff. de judic.* scilicet judice, actore, reo, probationibus & sententia.

1 Judex † consideratur 1. vel secundùm personam, 2. vel officium, quo fungitur. De primo sunt textus in jure sacro plani, ut Exodi 14. *v.* 21. *Deut. c.* 1. *v.* 15. 16. 17. quibus evincitur, necesse esse, ut judex vir probatæ vitæ sit, singularis prudentiæ, & experientiæ, *l. sancimus, C. ad l. Jul. rep. Novell.* 82. ubi Cujac. Cic. *pro Cluentio,* Illud est, *ait,* hominis magni, atq; sapientis judicis, habere in consilio legem, fidem, religionem, æquitatem; libidinem † autem, atq;
2 invidiam motuum cupiditates omnes amovere, maximi æstimare conscientiam, quam à Diis immortalibus accepimus, quæq; à nobis avelli nunquam potest, quæ si quoquo in casu abundare debet, utiq; in causis judiciorum arduis, quæ solerti magistratus arbitrio, & discretioni legali committi utplurimùm solent, maximè requiritur, vide Bald. *in l.* 2. *C. de sent. ex brev. rec.* ubi vulgariter dicit: Judicem debere duplicem salem habere, salem scientiæ, ne sit
3 insipidus: Juris † ignorantia enim stultitia dicitur, *l. fin.* §. *penult. ff. de jur. & fact. ignor. l. si per prudent. ff. de evict.* Joan. de Pined. *in Job. tom.* 2. *cap.* 42. *vers.* 9. *nu.* 5. delictum turpe quodlibet, quod non nisi in hominem rudem & vilissimum cadit, vocans stultitiam, Dionys. *in d. cap. Jobi,* ignorantiam culpabilem cum JCtis stultitiam appellitat: & salem conscientiæ, ne Diabolus sit in judiciis, Henning. Gœden *in process. judic. in Prœm. n.* 8. Joan. Baptist. Magon. *de rect. patroc. rat. c.* 35. *n.* 4. D. Wilhelm. Antoni amicus noster *in coroll. analect. ejus de rescr. morat. subject.* 4. *sect.* 7. *corol.* 3. *vers. cùm enim indubitatum.* Eric. Hedeman. *disp. semestr.* 15. *th.* 15. quandoquidem judex dicatur quasi jus dicens populo, adeò, ut si is non justitiâ, non jurisprudentia fuerit imbutus, ne judex

dici

dici possit, *c. forus, §. in omni, extr. de V. S.* imò ne homo quidem, sed potius inter animalia † bruta connumerandus, cùm optimum animal sit homo lege 5
fruens, pessimum verò à lege & justitia separatum, *Petr. Frid. Mind. lib. 2. process. executiv. c. 3.* hinc non minus commodè, quam graviter dicitur *in l. 5. §. 5. C. de offic. praefect. praet. Africae.* quod † judex debeat timere Deum, utpote dele- 6
gatus, vicariusq; Dei in terris, ordinarius hominum Rector, *Frid. Mind. d. loco, p. 83.* Non ira, odio, precibus, aut amicitia flectendus, *c. 3. q. 7.* Judex quo pluribus onustus precibus, eò constantior & electior sit, & imitetur Narviensem illum agrum, qui imbribus siccior redditur, non secus ille ad injustas preces aridior & severior ait Johan. de Pineda *tom. 2. in Job. cap. 18. vers. 18. in fine*, Quin potius judex in materia hac vitam & sanguinem hominis efflagitante, fungatur officio recti & innocentis viri, *l. 4. ff. fam. herc.* unde virum bonum appellat ipsum *l. 137. ff. de V. O. Matth. Steph. de jurisd. membr. 1. c. 1. 12. 45.*

——— ——— *Vir bonus est quis?*
Qui consulta patrum, qui leges Juraq́; servat.

Hinc vulgatum diverbium: Quod absq; justitia nec Jupiter ipse principatũ rectè teneat, siquidem in justitiâ fundetur † principatus, Lips. *lib. Pol. 10.* 7
Refert Petr. Rebuffus *in nobiliss. suo tractatu de concord. Leonis 10. & Franc. reg. Gall. in procem. pag. 1.* in Francia quendam dum agrum foderet, invenisse humanam linguam, loquentem, interrogatam cujusnam esset? respondisse eam, se linguam hominis Pagani, olim judicis fuisse, quae quia nunquam protulisset sententiam injustam, Deum reservasse, animam judicis in illa lingua quousq; baptismum reciperet, & fuit (ait author) baptizata lingua, & in terram recondita. Praeterea non minus decet, quàm decorat judicis personam, ut sit prudens, constans, verax, sobrius, ac ut juris publici, ita morum hominum ac Reipublicae statutorum apprimè peritus, non avarus, rixosus. Unde versus Hostiensis relati à Rutgero Rulando *in tr. de commiss. lib. 15. cap. 6. n. 11.*

Primum praecipitur, quod sit sine crimine judex.
Magnanimus, † sobrius, prudens, ornatus & hospes, 8
Casta docens, non percursor, non litigiosus.
Non cupidus, bene dispositus, non neophitus.

Prudentia in judice requiritur, ut enim justitia malitiae & iniquitatis depravatorum morum, criminum Reipublicae, est expultrix, ita comitem semper habet in hac functione prudentiam, Lancell. *in tract. de offic. advoc. c. 10. octav.* Mag. *in tract. d. ll. lib. 2. c. 2.* Equidem certo certius est, justitiam non posse sine prudentia subsistere, cum examinare, quid † justum aut injustum, 9
non mediocris sit prudentiae, Rütger. Ruland. *in d. tract. de commiss. lib. 1. c. 12.* Francisc. de Longin. *in tract. il. gentil. humo. part. 1. §. la prudentia, & pia digna.* ubi docet prudentiam justitiae anteponendam: prudentia quippe pro voluntate regulata vel maturo consiliò accipitur, *in cap. statutum, §. notarius*

 de rescr.

10 *de rescr. in 6.* Etenim † certè prudentis est, examinare consilia & non facilè quâvis credulitate ad falsa prolabi. De dubiis non definias sed suspensam tene sententiam, ut si postea te fretum bono consilio, succumbere & falli contigerit, fallaris eò levius & prudentius, Damhud. *cap. 27. pract. civil. n. 20.* Julius Scaliger *in exerc. 107. sect. 3.* Prudentiam habitum prævidendi vocat, quo disponimus, quo modo agendum quid sit, vel faciendum? & August. *in lib. de sensib. 43. definit* prudentiam appetendarum fugiendarumq; rerum cognitionem. Qui sapiunt, iis omnia bona à diis immortalibus sunt tributa. Plutarch. *in osiride*, & initiũ prudentiæ finis est fortunæ, non pœnitentiæ, Aug. *epist. 82.* Cothm. *consf. 12. vol. 4 n. 59.* Quicquid consilii moderamine perficitur, nõ consuevit pœnitudinis rubore perfundi, *gl. in Nov. 23.* Rittersh. *ad Nov. p. 10. c. 1. p. 4.* & vulgò dici solet, illa diuturna sunt, illa robusta, quæ prudẽtia incipit & cura custodit. *Cam. 3. med hist. c. 47.* Quapropter Vent. de Val. *2. in part. litig. c. 9. n. 4.* allegans *Ant. Vip. de reg. jud. c. 15.* Prudentiã apppellitat lineã, quæ ad medium, secundum circũstantias, omnes, actiones humanas dirigat. Planè prudentia hoc præstat, ut mens nostra atra inscitiæ rubigine infesta & ignorantiæ caligine obducta, radiis suis quasi corruscet, exuatur rationis rubigine, acuaturq; ad alia, eodem splendore prædita, & præluceat sibi, ad nanscisendum primi opificis similitudinem, *secundum Scalig. dicta exerc. 107. sect. 3.*

11 Cæterùm constantia † in judice requiritur, cum nihil penè sit, quod tam deceat in omni re gerendâ, consilioq; capiendo, quàm servare constantiam. Quid enim vagus & levis homo, qui movetur singulis momentis, ut folium rapitur à ventis. Imò non satis est veracem esse judicem, ut modo audiemus, ac ingenuè judicare, quid expetendum fugiendumq; sit, sed gradum figere oportet, stare inquam præsenti ac constanti animo, in eo quod semel deliberatum judicatumq; est, *Joh. à Rosch. in thesaur. polit. c. 14. lib. 3.* Neq; enim nutare debet animus, sed sibi constare; ait Cæsar apud Salust. Quanquam verò nolim ita constantem judicem, ut quidvis potius patiatur, quàm conceptam semel sententiam mutare, ut ne in minimo palynodiam cecinisse videatur *Cic. 5. Philipp.* Quis enim nescit minimis fieri momentis maximas temporum inclinationes? *Liv. decad. 1 lib. 2.* Imò quod quæq; dies aut nox ferat, incertum est, in puncto sæpè temporis maximarum rerum momenta vertuntur, *Senec. 4. de benef. cap. 30.* Proinde turpe non est, mutare consilia, quoniam consilia rebus aptentur, nec quenqam pudere debet errorem suum fateri, & ad meliora transire vota: ex D. Ambrosii sententiâ *contra symm.* quam signanter exemplificat D. Wilhelm Antonii *in tract. de rescript. morat. conclus. 63. n. 102.* Quare Cicero *in ep. 72. pro lege Murena*; Zenonem Stoicum reprehẽdit, statuentem, non esse sapientis, sententiam semel decretam fixamq; mutare. Et Leonid. *apud Plut.* cuidã dicenti: quod facilè mutaretur, respondit, mu-

12 tor: sed pro temporũ ratione, † non ut vos, proprio morbo, unde Lips. *in lib. de* *const.*

const. Sapientiæ testatur partem esse leviter desipere, & paululum extra viam rectam ire ad vitandum violentum aliquẽ occursum, ad instar nautæ, qui vela hinc inde expandit & obliquat, tenendo suum nihilominus portum, itidem & tu in illa vel istâ re: quò allusisse videtur Horatius *in odis* cùm inquit:

Misce stultitiam consiliis brevem, *Dulce est, desipere in loco:*

Itemq; alibi: *Desipere est nimium sapere.*

Pro quâ sententiâ militare etiam videtur Augustinus *epist.* 214. ubi sic infert: Turpe est mutare sententiam, intellige veram & rectam, non stultam aut noxiam. Sicut † enim constantia non sinit hominem depravari, sic pertinacia non sinit corrigi, proinde sicut illæ laudandæ, ita ista emendanda. *Vide* 14
Aleman. in discurs. feudali pag. 134. *& de monet. quæst.* 2. *cons.* 8. *pag.* 713. *Adrian. Pulv. in tract. de prohib. alien. pag. mihi* 32. Porrò ut verax judex sit & veritatis studiosus, arguit *l.* 14. *de jud. causa*, 3. *q.* 7. De Simandro rege Ægyptiorum referunt *Canon. in cap. erit. dist.* 4. quod judicibus veritatis imaginem collo appensam esse voluerit, imò per hoc leges inventæ sunt, ut veritas constaret, conservaretur, *d. c. erit*, *Bald. in l.* 1. *n.* 6. *ff. de confessis*, eaq; in judiciis maximè quasi Domina † primum tenet locum. *Corn. cons.* 293. *vol.* 2. Est siquidem veritas tãta, ut qui eam colat, Deo similis reddatur, ut respõdit Pythagoras: imò 15
veritas est potentissima, sine qua Rex est tyrannus, *DD. in l. fin. ff. de rei vindicatione*, veritas fortior vino, rege, muliere, *lib.* 3. *Esdræ c.* 3. veritas triumphat de nostris operibus, & facit, ut falsitas & mendacia se ipsum accusent, *Lactant. lib.* 2. *de divina justitia*, ut qui eam non defendit, non tam sit in vitio, quam qui patriam, parentes, amicos deserit, *Cic.* 1. *offic.* scientia ad solam veritatem ordinatur, *Lactant. d. loco Arist.* 1. *Metaphys.* planè veritatem colendo Deum ipsum colimus, qui ipsa est veritas, *Joh.* 13. Sic † innumera S. Scripturæ extant mandata, quæ veritatis studium seriò injungunt, *ut Psalm.* 14 25. 35. 39. 16
50. 62. 84. 105. *&* 118. ubi omnia Dei mandata dicuntur veritas, *Exod.* 28. *Esaiæ* 33. *&* 59. *Oseæ* 4. *Proverb* 29. *Paul. ad Ephes.* 6. Quanquam veritas nonnunquam aspera sit improbis, & molestiam pariat, dum aliquem palpare dedignamur, tamen amaritudo ejus utilior est, & integris sensibus gratior, quàm meretricantis linguæ, distillans favus, *Johan. Sarisber. lib.* 3. *de nugis curiarum, cap.* 6. Judex causarum veritatem omni via & ratione perspectam non habens errabit in gehennam, quam ut evitet, indiget illuminari à Deo veritatis authore, ne præpostere judicet, *Joan. de Pined. in Job. cap.* 29 *v.* 16. *Idem eod. loc. n.* 5. Hoc quippe pertinet ad integerrimi magistratus officium, non suscipere leviter causas, & delationes civium, neq; de re non bene satisq; cognita sententiam ferre. Quare *pergit*, perfectam causæ cognitionem præcipiunt judici sacræ literæ, *ut Deut.* 21. *Prov.* 28. *Deut.* 17. *Exod.* 29. 2. *Paral.* 19. atq; existimo, *ait*, hanc esse veritatem, quàm Deus requirit à judicibus, ut veritatem causarũ, veritatem judicii inquirant, *Exod.* 18. *Deut.* 17. *& Dan.* 15. atq; hęc veri-

tas judicii comes, *Psl.* 110. opera manuũ ejus veritas & judicium, judicis satellites veritas & misericordia, quæ custodiunt regem. *Prov.* 20. Eleganter de se contestatur Jobus *cap.* 29. *v.* 16. ibi: causam quam nesciebam, diligentissimè
17 investigabam, ubi pulchrè Joh. de Pineda *n.* 4. Hinc † pro veritate inquirenda JCti tot cogitarunt remedia, etiam violenta, & tot tormentorum genera, *tot. tit. ff. de quæst.* Tametsi ex Theologis nonnulli eamet reprobent, quandoquidem ut prudens Mimus apud *Ludov. Viv.* 14. ait: etiam innocentes coguntur mentiri tormentis adhibitis. *Augusl. de Civit. Dei, cap.* 6. *Valer. Max. lib.* 4. *cap.* 4. *Zepp. de ll. Mosaic. lib.* 4. *c.* 10. *Godelm. de venefic. & Mag.* 10. *num.* 4 Paris de Put. *in tract. syndic. verb. tortura, c.* 5. *n.* 7. refert, se vidisse nobilem magni criminis insimulatum, qui cùm aulam intrasset, in quo stabat chorda, eam videns statim ceciderit in terram, quasi exanimis, mingens sub se, egestionemq; emittens, quamvis innocens esset, verum hac de re infra dicendi locus oportunatior. Sobrietatem † in judice requirunt leges, etenim jejuno stomacho deliberandum est, cùm ex adverso mens ebria ad res dextrè gerendas, ad consultandum, judicandum, inepta potissimùm censeatur, *cap. venter, dist.* 25. *c. sanè, quæst.* 1. Est siquidẽ ebrietas furoris & stultitiæ mater, Tiraquell. *de*
19 *pœn. caus.* 6. & Mascard. *de probat. conclus.* 547. *n.* 3. *volum.* 2. Maximum † Imperatorem inter pocula insanivisse scribit Euseb. *lib.* 8. *Eccles. hist. c.* 16. & Basilius Magnus *in homil.* contra ebriosos, vocat ebrietatem matrem malitiæ, hostem veritatis, quæ fortem timidum reddat, justitiam pariter ac prudentiam tollat, Clemens Alexand. *lib.* 12. *c.* 2. quod vitium Germanos nunc, ut olim fascinavit, Tacitus *cap.* 7. refert, nostrates in conviviis & compotationibus deliberasse, & lites aliasq; res graves decidisse, subdit tamen, quod facilè lites compositas recoxerint, lites de litibus seminantes, Persas idem factitasse testis est Hering. *de fidej. c.* 12. *num.* 14. Et sanè qui lites dirimat intricatas homo bene saginatus Cerere, & potatus Libero? quod officium hominis prudentis & summè discreti est, cùm ex adverso ebrietas furor dicatur, *c. venter, dist.* 35. hinc Seneca *in epistola ad Lucil.* 83. ait: Ebrietatem nihil aliud esse, quàm insaniam voluntariam: Imò qui judex flagitia de medio tollet, qui ipse flagitiosus eò, quod est ebriosus, & quod longè deterius, qui per ebrietatem crimen elevare potius quàm exterminare velle præsumatur, Quint. *lib. orat. Inst.* 11. *c.* 1. Planè si pacta cum ebrio vacillant, *gloss. in c. unusquisq;*, 22. *quæst.* 4. *c. sanè*, 15. *q.* 5. nec testamentum ab ebrio conditum vires habet, Bald. *in c. à crapula, de vita & honestate cleric.* neq; testimonium ab ebrio prolatum, Bald. *in c.* 1. *de testib.* quomodo sententia à judice ebrioso vel ebrio lata? cùm in judiciis quasi contrahere dicamur, per notissima. Vulgò solet recenseri exẽplum judicis cujusdam somnolenti & temulenti juxtà, pro tribunali sedentis, quẽ cùm è somno assessores excitarent, ut sententiã dictitaret, ageretur enim res seria non somnolenta ac levis, quæ nempe vitam & sanguinem hominis concerneret.

ret. Reſpondit temulentus ille: ſiquidem reus eſt homo, decolletur, at illi:
ſed de agro & prato villici cauſa agitur. Reſpondit: Si pratum eſt, defalcetur.

Præſidem † & adjunctos ejus, Spirenſis Cameræ Phœbo æſtivali nimi- 20
um flagrante & emarceſcente corpora humana, tribunali inſidentes ſæpe nu-
mero vexatos ſomno vidimus, qui idcircò nequaquam culpandi ſunt, cùm
interea nihil negligatur in judicio.

Peritiam † juris & ſtatutorum in judice requirimus, quia ignorantiam 21
veritas comitem & ſociam repudiat, quid enim aliud veritas, quàm lux, quid
ignorantia, quàm tenebræ, Antimach. 3. *comm. polit. th.* 35. Atqui veritas in ju-
diciis quaſi principatum obtinere debet, ut ſuprà dictum eſt, Ergo peritia ju-
ris ex parte judicis in judicio: Ignorantiæ mater omnium errorum dicitur,
quæ nunquam in JCto, multò minus in judice probabilis eſt, *l.* 2. §. *Servius, ff.
de O. I.* Planè ignorantia periculoſior eſt malitiâ, † quia malitioſus nonnun- 22
quam bene judicat, ignorans nunquam, Vent. de Valent. *in part. litig. c.* 9. *lib.* 1.
ut rectè Zaſ. 1. *ſing. c.* 220. judices † ignorantes fratres doloſos appellet. Au- 23
guſtin. *de civit. Dei, d. c.* 3. Socin. *in c. fiat, n.* 23. *ext. de teſt.* ubi dicit: quod judex † 24
imperitus ſit aſinus auritus, qui potius porcis leges dare, quàm jura admini-
ſtrare debebat, Antim. *d. l.* 3. *c.* 35. judicem indoctum aureum mancipium vo-
cat, ſervum cupiditatum, qui comœdiam ludat ſaltē velatus perſona juſtitiæ.

Quemadmodum hodiè in aula Pontificis Romani multa officia ven-
duntur imperitis & indoctis, quod incepit Paſchalis, & confirmavit Calix-
tus Lamb. Danæ. 6. *Polit. Chriſt. c.* 5. Guil. Budæus *ad Pandect. pag. mihi* 169. *&
nos prolixè, part.* 3. *de indic. ambit.* In Gallia & civilia & militaria † officia ſunt 25
perpetua, quod plus eſt, quàm ſi venalia dixeris, ſcilicet quæ ad hæredes tranſ-
mittuntur, & hypothecæ dari poſſunt, Pruckm. *conſil.* 19. *num.* 29. *vol.* 2. refer-
tur à fide dignis, in Parlamento Præſidis officium 20000. Francis aliquando
emptum fuiſſe. At quale hoc lenocinium & proſtitutio juſtitiæ virginis ca-
ſtiſſimæ? Porrò licèt in Germania paſſim precaria, & ad nutum principis re-
vocabilia ſint officia, dubium tamen non eſt, quin gratia & pecunia ut pluri-
mum quoque emantur: ecquis jam à principis ſtat latere, quem non familia,
agnatio, amicitia promoverit? *vid. inf. c.* 57. *n.* 10. Dur. de Paſc. *in aul. Pol. th.* 351.

Emerat ille prius, vendere jure poteſt.

Lath. *de cenſ. lib.* 3. *cap.* 16. *n.* 59. hac de re graviſſimè diſſerit, *ibi: illæ glorioſæ &
pulcherrimæ dignitates & officia, quæ qui aſſequitur, non ſolùm non ambivit, nec
quæſivit, imò nec non concupivit.* Viri verò ejuſmodi, in aulâ ſunt inſtar hero-
um, cæteri adulatorum & ſæpè proditorum, Warem. ab Erenb. *de fœd. pag.*
244. qui dicit: Principes inſcios, latrones plures fovere in aulis. Accidit ſæpè
numero, † quod plerique judicum ex animi levitate & ambitione, ſcili- 26
cet imperitiores videantur, re non probè conſideratâ, nec intellectâ tumul-
tuarias nonnunquam ſententias effutiant, & ſicubi conſulere judicio maturo
fas erat,

fas erat, manè arrepto processu, vespere litem determinent. *cap. Eccles.* 185. *c.6.de constit.* Fr. Pfeil. *consil.* 182. *nu.* 6. Græcos, cùm urgerentur ad dicendam sententiam, antequam de causa liqueret, respondisse fertur: Patres suos apud Antipodes solem non vidisse, sed expectasse, donec & sibi Phœbus exorire-
27 tur, Constit. † Caroli V. *art.* 1. *& seq.* de judiciis Germaniæ tam iniquè comparatis conqueritur, scilicet quibus rarò vel nunquam, præsertim si eadem hæreditaria fuerint, vir bonus & literatus præsideat: derisum, ait ille, aliquan-
28 do † judicium, cui præsiderent boves & asini, homines verò eisdem sederent post terga. Quantò magis nostra judicia Germaniæ deridenda, nî magis & potius deploranda. Nec obstare videtur commune nonnullorum theorema, quo adstruunt, judicem experientia rerum instructum licèt illiteratum, imperitumq; juris, Judicis officio fungi posse, *l. penult. de jud.* Respondeo id non ἁπλῶς affirmari, quod sic adfertur, sed eo pacto, siquidem assessorem li-
29 teratum, judex † idiota in judicio juxta se habeat, cujus consilio, auxilio regatur, jus administretur, Wesenb. *consf.* 9. *num.* 7. Schneid. *in §. imperitus. Instit. de excusat. tut. vel cur.* Nec comprobandum est, quando literarum expers acta judicii referenda committit adsessori, pudor quidem est, & dedecus ignorare jus, in quo quis versatur: at quia superior ignarum obtrudit genti, quomodo aliàs damnum publicum resarcietur & conservabitur integrum: Quis salutē amissam restituet in integrum ex Edicto prætoris? Cotta. *in memo.* 1. *c.* 2. *verb. test.* quæ omnia dixeris non sine miserorum naufragio, quia nec causa ardua & subtilis judicibus grossis nedum criminalis, ubi vita & sanguis humanus periclitatur, committenda, fieri & expediri posse. Et sanè: quàm pericu-
30 losum, sese † committere nauclero imperito & medico indocto credere vitam, æquè discriminosum est committere causas bestialitati judicum, quò margaritæ projiciantur porcis. Aliàs jure est expeditum judicem per se non per vicarium, secundùm leges & consuetudines, non ex arbitrio & beneplacito, sed ex legum præscripto judicare debere, *l.* 13. *C. de interl. omn. jud. cap.* 3. *quæst.* 7. Quinimò princeps judicia ejusmodi instruens, quomodo constabit coram Deo, qui rationem judiciorum redditurus aliquando altissimo? anne opponere poterit, se suorum judicum religionem ac fidem fuisse secutum? Bodin. *de republ.* 4. *cap.* 6. *in princ.* Equidem verius sonat ipsâ veritate, atque adeò verum, uti Verbum caro factum est, quemadmodum dicebat in Concilio Tridentino Cardinalis Lotharingius pro voto suo: Quod Concilium esset Papa superius. Petr. de Suavis. *in hist. Concilii Trid. lib.* 8. *pag.* 837. Porrò
31 homine imperito nihil esse injustius, † dixit August. *de civ. Dei, lib.* 19. *cap.* 6. qui ignorantiam judicis perpetuam calamitatem innocentis appellat, & Lips. *in polit. c.* 7. imperitos perpetuæ stoliditatis, superbiæ & injustitiæ arguit. Atq; sic ex his aliisq; rationibus ad judiciorum subsellia literatos inprimisq; legum peritos tantum admittere velle videtur Thomas Morus, Angliæ quondam

dam

dam Cancellarius *in suâ Utopiâ, lib. 1. pag.* 149. D. Wilhelm. Antonii *in coroll. analect. ejus de rescript. morat. appens. sect. ult. coroll. 3. sub vers. sed cave tibi, ubi circa hanc rem quædam jucunda videre licet.* Autor *notar. in* Reinicken Fuchs/ *part. 3. c. 4. vers.* zum 7. ubi ait: Daß es nicht weniger mißlich sey / vor einem groben/ tölpischen / vngeschickten Richter handeln. Denn wie soll ein blinder von der farbe vrtheilen? Darumb soll man nicht vngeschickte Tölpel/sondern erbahre / verständige Männer zu solchem Ampt brauchen / vnd nicht ansehen/ ob einer grosses Geschlechtes oder Reich seye.

Dixi porrò judicem, tam statutorum, judicii vel territorii, in quo versatur, quàm juris scripti peritiâ præditum esse debere, quod hanc sententiam habet, ne in terra Saxonica, verbi gratia, ubi jus Saxonum floret, (nec vero inferiori Saxonia præsertim ducatu Brunsvicensi, ubi consuetudines ex speculo Saxonico quondam receptæ, modo penitus exulant, vigore recessus Hannoverani de Anno 1628.) cujus verba in hanc rem addere volui non sine causa. Als wir vns auch zum fünfften erinnern/als das Sächsische Recht/auß erheblichen Vrsachen in vnsern Fürstenthumben vnnd Landen schon vor guter Zeit allbereit abgeschaffet/ vnnd alles ad terminos juris civilis verwiesen worden/ gleichwol so viel Bericht einkompt/daß die Gerade / Mußtheil / Morgengabe/ vñ was etwa denselben mehr anhängig / noch an etzlichen Orten im Gebrauch gehalten werde soll/darauß vieler Handt grosse vngelegenheit entstehen/so wollen wir durch ein offentlich Edict solche Mißbräuche abschaffen/vnd daß weder Gerade/Mußtheil auch Morgengabe nicht weiter gefordert/ noch gegeben werden solte/ernstlich verordnen vnd befehlen /) vel si alibi degat in provinciis vel urbibus, jus provinciale, municipale, quòd forte certum judicandi prescribit modum, & terminum confundat cum jure cõmuni, *l. 6. ubi* Bald. *de. just.* Bart. *& Dd. in l. 31. ff. de ll.* Etenim statuta civitatum, provinciarum, principatuum, quæ vel authoritate principis, vel longo utentium consensu introducta & confirmata extant, ut plurimum à regulis juris communis recedere in propatulo est Bart. & Zas. *citat. loc.* Hinc vulgò accidit, quòd JCtos de jure respõdentes ignorantię arguamus, qui in statutis & jure particulari errarunt, quod acta eadem ad facultates bis, ter, quatérve transmissa, diversa reportent responsa, diversasq; causarum sententias. At unde hæc diversitas? sanè ex † me- 33
ra ignorantia, aut juris communis, quod quidem sciri præsumitur, aut juris statutarii, quod non cuivis obvium esse potest, ex quo inconvenienti nascitur, ut vel unum Collegium condemnet, alterum absolvat, tertium mitiget. Vide Dominum Alem. *tract. discurs. feud. pag. mihi* 134. *& idem in tr. de mon. cons.* 8. *pag.* 713. Quanquam JCtus magni nominis jactabundus *in consil. M. vol. 3. consil. 21. n. 29.* adserat, Decanum † & reliquos Juridicæ Facultatis 34
Doctores, Collegas suos, tam juris communis quam Saxonici & consuetudinum peritissimos esse, quod tamen credibile vix est, quandoquidem Ponti-

B fex ipse

fex ipſe, qui potiùs jura in ſcrinio pectoris recondita habere & ſcire eadem præſumitur, fateatur ſe jura particularia ignorare, *c.*1.*de conſt. in 6.* Ex eodem ignorantiæ fonte manat, quod Profeſſores Academiarum, ſententiam ab ipſis judicibus curiarum conceptam & una cum actis ad ſe tranſmiſſam, reſcindere vel recedere ab eadem non audeant, ignari ſcilicet ſtyli curiarum & juris particularis, quæ cautelæ ergo neceſſario erant edenda reviſoribus Academicis nec concipiendæ ſententiæ, niſi ab ipſis conſultoribus, quod paſſim hodie negligitur, neque enim ſyndicari quiſquam vult, corrigi nequaquam: ſic uti tranſmittuntur, ſic remittuntur acta, accipimus pecuniam, & acta re-
35 mittimus ad curiam: Exempla ſunt odioſa ergo non recenſenda. Jaſonem † juris Saxonici lapſum errore ſcribit. Thoming. *conſil.* 105.*n.*50. & Ræward. juris particularis ignorantiſſimum vocat. Mat. de Mat. *in It. diſc. pag.* 169. Sic rota quod ad jus particulare rotare, ceſpitare vel errare dicitur. Corra. *lib.* 2. *com. opin. tit.* 9.*n.*54. Menoch. 2.*præſ.*71.*n.*13. ubi rotæ deciſiones quidem facere opiniones communes adſerit, uti & parlamentorum Galliæ Barbat. *in c. ſi olim. ext. de lit. conteſt.* dicit tamen ſæpè fallere illa judicia, ideoq; deciſionibus præſertim rotæ tantùm eſſe deferendum, quantum ratio ipſa urgeat, cæterum excuſandi ſunt (*ait*) judices tum ob negotiorum multitudinem, tum quod & ipſi homines ſint, unus enim ſolus Deus, vel cui Deus ipſe ſua
36 gratia ſingulari conceſſit, errare non poteſt, hæc Menoch. Avaritia, † quæ radix omnium malorũ eſt, teſte Apoſtolo, ac ſeminarium vitiorum, Novella 8.*cap.*1.*vide part.*3.*cap.*23.*de indic. legis juliæ repetundar.* à judicio quoq; exulare debet. Quippe quæ excœcat oculos judicis, *Exod.* 23.*Deut.* 16.*Prov.*17. *Ezech.*20. *Pſalm.*26.*c.*11.*q.*3.*c.*14.*q.*5.*c.* 1. *quæſt.* 1. *l.* 6. §. 11.*ff. de off. proconſ.*18. *ff. de off. præſid.* eamq; ſic pervertit, ut Sathanæ magis, quam juſtitiæ miniſter ſit dicendus, *d.q.*5.*c.*13. hinc Cic. 2. *de orat. in Verr.* ait: omnium rerum turpiſſimum, maximeq; nefarium eſſe ob rem judicatam, pecuniam accipere, precio habere ſibi addictam ſententiam, fidem & religionem judicantis, neq; enim fieri poteſt, quin deviet à vero corruptus munere judex. Afflicta eſt omnis reſpublica emto ſtupratoq; judicio, Cic. *idem ad Attic. epiſt.*18. hinc Pined. *cap.*35.*tom.*2.*verſ.*9. jubetur judex, *inquit*, tenetur princeps, aures integras adeuntibus præbere, non vendere aures, qui vendiderit ſtatim illi amputantor, quippe non jam ſuæ ſed alienæ & venditæ, & certè aſininæ illi affiguntor, veluti Midæ illi avariſſimo, cui benignas atq; benevolas avaritia ademerat, *hæc ille:* Studere itaque & omnibus nervis intendere judicem oportebit, ut tantæ ſuſpicionis, tantæ malitię, & turpitudinis expers & inſons au-
37 diatur, *idem in orat.* 7. *in Verr.* ubi ille prætor Siculorum † jura & legitimum procedendi ordinem non ſolum perturpavit, ſed planè & ſiculis & civibus Romanis eripuit atque omnem controverſiarum cognitionẽ, omiſſo, quod ajunt, medio, in vitis litigantibus, ſibi arripuit: An zelo juſtitiæ? non creditur:

tur: quia avarus erat,&c. Sic Propheta exclamat: Principes tui infideles socii furum diligunt munera, sequuntur retributiones, pupillo non judicant, & causa viduæ non ingreditur ad eos, *Esaiæ c.* 1. Damh. *in pr. crim. cap.* 129. *n.* 6. Planè jam in judices, justitiarii sunt, ut Vent. de Valent. *d. loc.* ait, sicut catus, qui constituitur ad custodiendos caseos, ne mures illos derodant, sed si catus semel apponat dentes, plus nocebit uno morsu, quam mures in viginti. Quinimò † si penitus intuemur tribunal judiciorum nostrorū, reperimus ea riga- 38
re rubro sanguine pauperum ad ossa & medullam usq; excoriatorum. Nihil hic de temeritate judicis dicam, quæ mille parit scandala & confusiones sui ipsius. Refert Bodin. *in method. hist. cap.* 4. Audivi, *inquit*, ex insulano Abbate Novalliorum Domino, qui jam legatione Constantinopoli à Rege fungitur, & ex nobili Polono, cui nomen est PRUINKI, legato in Galliam, unum ex maximis Christiani orbis Regibus, avidum sui exitus cognoscendi, Jacobitam Nicromantem ad se accersivisse, qui confectâ missâ & sacratâ hostiâ, primogenitum quendam decennem puerum ad hoc comparatum truncari jussit capite, eo hostiæ imposito certas voces pronunciasse, characteres, quos scire non attinet, adhibuisse ac tum roganti quid vellet, caput duobus verbis respondisse: vim patior, ilicò furibundum regem indesinenter clamavisse, tollite caput istud, & in eo furore expirâsse. Hæc historia in toto regno, ubi gesta est, pro certâ & indubitatâ habetur, etsi quinq; homines solùm negotio interfuêre. Proh Deum immortalem quantâ temeritate sæpe numero procedunt imperitiores in causis indiciorum quoad veneficia indaganda; quâ de re suo loco opportunius dicetur. Porrò nihil de mollitie judicantis dicam, mollities decretorum judici adimit dignitatem, metum reis detrahit, Salust. 1. *histor.* & justitiam elusoriam facessit. Quinimò nihil abest, quod ego vos oro atque obtestor. P.C. ut animadvertatis neq; patiamini licentiam scelerum quasi rabiem ad integros procedere, gravis profectò ibi pestis innascitur, ubi judicia ignava mutaq; sunt, & opiniones judicum invicem occultę manent, & clam sententiam ferunt. Plato *de ll. lib.* 9. Et Johan. de Pined. *in Job. cap.* 31. *vers.* 11. *n.* 4. ex Platon. *eodem de ll.* 2. judicem custodem appellitat civitatis iracundum, instar generosi canis contra fures & facinorosos. Quis ei, cui medetur, irascitur? ait Sen. 1. *de ira, cap.* 14. 15. at verò malitiæ medicinam pœnam esse scribit Plato *de republ.* & idem Pined. *cap.* 32. *vers.* 3. *num.* 1. Si unquam, † tunc certè videtur homo non temerè sed cum ratione irasci, 39
cum vindicandi peccati causa efferbuerit affectus, & Gregor. Nissen. 4. *de beatit. super locum Matth.* 5. Qui irascitur fratri, &c. Est pars animi irascibilis ad multa veritatis opera necessaria, ut quando miles apud ducem arma sumens paratus est ejus jussu auxilium præbere, sic iracundia rationis adjutrix contra peccatum furit, &, veluti canis pastori, fit rationi obediens, &c. Et Chrysost. *in d. c.* 5. *homil.* 6. Cum reprimimus insolentes, cumq; desides increpatione

convertimus oportunum iræ tempus est, &c. Quinimò summa perhibetur pietas, in delinquentes sævire, Reinkingk *de regim. secul. lib. 2. class. 1. cap. 8. num.* 68. & juxta Senecam referente Nicol. Reusn. *cl. 1. symb. Imp.* 35.

— Victima haut ulla amplior
Potest, magisq́ opima mactari Jovi,
Quàm homo iniquus.

Ita ut sanctissima planè & justissima sit severitas, per quam utilitati publicæ consulitur, *l.* 1. §. 1. *ff. de incend. ruin. nauf.* D. Wilhelm. Antonii *in Coroll. Analect. ejus de rescript. morat. postpos. sect. ult. corol.* 2. *ibi: profectò sanctissima, pag* 35. qui enim uni indulget ad prolapsionis contagium provocat universos, *c. est inhibend. ext. de coh. cler. & mul.* & impunitas delicti, incentivum est delinquendi, *c.* 23. *q.* 4. nec facilè desperat effugium, qui laqueum prioris criminis evasit: *Symm.* 10. *epist.* 44. Scitè admodum Seneca 1. *de clement.* 1. 2. tam omnibus ignoscere crudelitas est, quam nulli. Pined. *d. tom. 2. cap.* 41. *vers.* 1. *n.* 4. ibi: in ipso supplicio, quod citra condignum est, nulla est crudelitas sed incredibilis cum misericordia justitiæ temperatio. Idem Senec. 1. *c.* 3. optimi imperatoris vox est: Nullam inveni misericordiæ causam. Deniq; magistratus nimium clementes, quò facinora maneant impunita, squamæ & scuta Diaboli dicuntur. Pineda *d. loc. cap.* 41. *vers.* 7. *nu.* 7. cùm nihil miseriùs, quàm sub eo vivere, qui licentiam delinquendi permittit, & propter pusillum aut negligentem animum omnibus promiscuè sceleribus ignoscit. Spinæ. *lib.* 3. *pag.* 143. idem exemplo tragico hæc declarat *lib.* 5. *pag.* 275. vide par exemplum & speciosum apud Justin. *lib.* 9. de Pausania adolescente ipsum regem, delicta punire tergiversantem, occidente, & de pręmiis occisori inde post fata collatis. Prætereà ne judex rixosus sit, sed pacificus, humanus & mitis, inprimis refert: & tanquam præcipuum Dei donum & salutare in Republica præsidium in judicio requiritur: idem Joh. de Pined. *in Job. cap.* 32. *vers.* 11. ubi contentio & tumor superbientis animi est. Certè qui lites inter alios dirimet, quomodo pacem inter subditos constituet, conservabit? de quo pax & humanitas recessit, quomodo judicium dictitabit, qui ipse eget judice, quomodo affectus aliorum pravos corriget, qui se ipsum superare nescit rixa cognoscendi, *vers.* 2. Turpe est Doctori, cùm culpa redarguit ipsum. Proinde à judice tali justitiam concordiam non aliter exspectabis, ac si de bestia venenosa medicinam, vel sanitatem petere satagis, quod quandoque quidem accidit, sed perrarò. Et non absq; periculo scriptum est, & vero verius: Ex fructibus cognoscetis eos, nunquid de vepribus fici aut de carduis uvæ unquam decerpantur? Quò spectat, ut cùm Gorgias Rhetor librum pulcherrimum 40 de concordia Græcis † inter se diffidentibus recitasset Olympiæ, responsum acceperit: Hic nobis de concordia præcipit, qui se, uxorem, ancillulam, tres saltem in una domo concordare & regere nescit. Joh. Sar. *lib.* 4. *de nug. cur. c.* 11. unde versiculi:

Proh

Proh quantum infelix discordia rerum
Jusq; sacrumq; potest miscere, & cuncta sub auras
Vertere, &c.

Refert Blancus, judicem rigidum rixosum, cùm fidiculis non posset exprimere veritatem reo, obtorto collo allisisse eum parieti, dicentem: Dic veritatem Ribalde, vel moriaris hoc mucrone, quem manu tenebat: novimus Parochum adhibitum quæstioni nocturnæ uti moris, fure, quod quoq; parochi equum abstulisset, confitente, carnificem sollicitasse, ut denuò torqueret furem, atq; ilicò, qui nedum erubuisset Parocho suo furari equum. Quasi quæstio verò ad punitionem inducta magis, quàm ad veritatis explorationem indicta, *l.1.ff.de qq.* qui quæstione abutũtur, certi sint æternæ maledictionis, æternæ quæstionis & cruciatus rei. Nos qui de judiciis scribimus, Deo jubente, non scribimus nec docemus tyrannidem. Tu qui à Deo judex es ordinatus in terris, vide & rimare, cave & scrutare, ne judicaturus, te ipsum improvidè condemnes: Quantum verò judiciis nostris tribuas, facta emergentia disponent, & conscientia propria dictitabit. Viam tibi aperimus justitiæ, non malitiæ: judicia non nequitia informabunt, & dirigent animum judicantis, non unum vel alterum, dum sitis humanum sanguinem, te commovebit argumentum, non indicium unum generale vel speciale solùm juncto generali, idq; non probatum, quo par merito & jure, sed quod stringat, & siquidem speciale est, propius accedat flagitio, sin generale probabile, certum, non in cerebello judicantis natum & confictum, sed adæquatum rectæ rationi & regulari de judiciis traditioni, quod demum probatione vel demonstratione liquida evidens & minimè fallax esse debet, quâ de re suo ordine & loco.

Atq; tantum de judice secundùm personam: Juxta officium, quo fungitur, consideratur, prout vulgatiter officium ejus duplex à practicis respicitur. Nobile aliud, aliud mercenarium dictitantibus. Nobile officium judex exercet, † quoties nullo existente accusatore vel actore procedere cogitur, 41
& nonnihil decernere, mandare, punire, quod officium tunc inprimis administrat, quando procuratore vel denunciatore constituto de delictis cognoscit, in crimina provinciarum inquirendo, & sontes condemnando, *l. 3. ubi Dd ff. offic. præsid.* Mercenarium † officium est, quando non nisi actore vel 42
accusatore existente, ad implorationem cognoscit, quod officium singulis actionibus civilibus subservire dicitur. Illud quoad singula judicii capita in causis criminalibus exercetur, hoc accusatore non existente, famâ non accusante, quæ est quædam multitudinis querela, acquiescere solet, nec sese exserere in judicii partes uti officium nobile. Dicitur verò nobili officio judex procedere potissimùm, cùm motu proprio crimina coërcet, de iis inqui- 43
rit, uti facere tenetur, *l.2.C.quom. & quando judex, &c.* ac quidem summariè

abſq; ſtrepitu & figura judicii, *l.13.ff.de off.præſid.Novell.*128.*c.*21.*c.*24.*&* 26.*de*
accuſ. quo in caſu ſiquidem reus præſens eſt, exponuntur ei capita, de quibus
inquirendum ſit, & reſponſio ab ipſo exigitur, *d. cap.* 24. quo alludit Conſt.
44 Elect. Saxon. † de Anno 670. ibi: Wer wider die Verbrecher Ampts halber
vnd ex officio per inquiſitionem verfahren wird / ſoll keine Weitläufftigkeit
verſtattet werden / beſondern dem Gefangenen die Verbrechung Articulsweiſe
verfaſſet / in beyſeyn dero Gerichtsperſonen fürgehalten / Er darauff gehöret /
ſeine Auſſage mit fleiß verzeichnet / vnd was darin verneinet / darüber Zeugen
verhöret werden / adeò, ut Hyppolyt. de Marſ. *in pr. crim.* §. *exam. num.*10. pu-
blicè deliquenti non advocatum dandum eſſe, ediſſerat, quod ſecus eſt ho-
diernâ conſuetudine, quoad criminis reos nondum plenariè convictos,
cumprimis in judiciorum materia, ubi & advocati & procuratores reis dandi
ſunt, ne iniquis ſupprimantur delationibus, ſuſpicionibus frivolis, prægra-
ventur, indiciis falſis conſtringantur & quæſtioni immaturæ, mortique tan-
dem ſubjugentur, quâ de re alibi. Quinimò ubicunq; ordine juris ſervato
procedendum eſt, defenſor reo eſt concedendus cæterùm quod pro judicii
45 conſtitutione † & cõſuetudine ſpeciali procurator adjungitur quoq; ſcelera-
tis famoſis conſtat, *l.*2.*ubi Dd.C.de exhib.reor.* Socin. *in tract. fall.reg.*322. Me-
noch. *de arb.jud.q.*40.*num.*73. Zang. *in lib.de q.& tort.in proœm.*
46 Qua in parte † ſi reus abſens eſt, formatur inquiſitio, id eſt recipiuntur
teſtes eo fine, ut vel in vincula conjiciatur, vel prorſus condemnetur reus,
*c.*4.*de dol.& contum.c.*12.*de hæret.in* 6.*l.*3.*l.*5.*C.de cuſt. & exhibit.reor.l.*2.*C.eod.*
Index autem, qui per officium nobile procedit & inquirit, non propriè eſt ac-
cuſator, ſcilicet qui ſola fama denunciante vel deferente clamore populi ex-
equitur, *d.c.*3. *c.qualiter.de off.ord. Novell.* 128. *ubi Cujat. in expoſſ.l.*13.*ff.de off.*
præſid. Hinc vulgatum juris brocardicum eſt, quo placuit, judicem tum de-
mum inquirere debere, quoad formandum ipſum inquiſitionis fundamen-
47 tum, ſi de evidentia facti, id eſt, delicti cõmiſſi † conſtat, *c.*3. *de accuſ.arg.l.*1.
§ 24 *ff.ad SCtum Syllan. ordin.crim.* Carol. V. art. 6. Aber ein Richter ſoll ſich
erkündigen / Ob auch die Miſſethat / darumb einer bezüchtiget / auch geſchehen
ſey oder nicht? Plot. *conſil.*132.*lib.*3. Godelman. *de Venef. & Mag. c.*10.*num.*9.
Bald. *in d.l.*1.*ad SCtum* Syll. Didac. Cantar. *in quæſt.crim.q.*1. Farinac. *lib.*1.*c.*1.
Blanc. *de ind. in princ.* ubi dicit, judicem locum delicti, ubi crimen commiſ-
ſum eſt, accedere debere, teſtes ſuper recognitione cadaveris, ſi proponatur
48 homicidium patratum, recipere, nomen † defuncti annotare, defuncti pro-
pinquos citare, eosq; pro re natâ interrogare, examinare, qua de cauſa & à
quo, putent agnatum ſuum occiſum eſſe, quem inculpent ſuſpicione crimi-
nis reum, fortè inimicum aliquando occiſi? *argum. l.*2.§.*ſi publico,ff.de adult.*
Quandoquidem inimici ut plurimum præſumantur capitales, id autem pro
re oblatâ intelligas, Blanc. *d.loc.* Bald. *in l.*3.§.*fin.ff.de adim. & transfer.leg. hinc*
Joh.de

Joh.de Pineda *in Job. cap. 29. verʃ. 16.* judicis officium eſt, *ait*, non vacare Philoſophiæ & contemplationi rerum naturalium cœli & terræ, ſed potius inquirere in actiones hominum & inveſtigare mores civium, ac noſſe, quid inter cœlum & terram geratur, &c. Qua inquiſitiône generali inſtitutâ & abſolutâ, demum & tandem † ad inquiſitionem particularem proceditur, 49
Ludov. Roman. *in l. ſi quis, §. ſi pro gravi, ff. ad SCtum Syll.* Hypoll. de Marſil. *in pract. crim. §. diligent* atq; ea generalis inquiſitio hunc effectum ſortitur, ut 50
ab ea, qua par diligentia, præmiſſa, procedere poſſit judex ad capturam, Salyc. *in l. abſentem, 6. C. de accuſat.* neq; verò ad torturam, niſi ſpeciali etiam formata, & exactè recepta inquiſitione: Ubi primò examinantur teſtes, deinde † ſuper accuſatione vel inquiſitione proceditur accepto conſtituto, id eſt 51
formali reſponſione rei, quæ loco litis conteſtationis habetur. Blanc. *de indic. d. loc.* ubi notandum eſt, quod contra teſtes, quos ex officio recipit judex, ſuper † inquiſitione, non opponi poſſit exceptio ſubornationis, ſuppoſitionis 52
falſi, &c. niſi ab accuſatore nominati fuerint, & ad ejus inſtantiam examinati. Abbas *in c. qualiter. de accuſat.* Et hæc quoq; † hactenus vera ſunt, ſiquidem 53
per meram inquiſitionem procedat judex, ſecus eſt, ſi accuſatore exiſtente, formandus ſit proceſſus, quo in caſu, ſervato juris ordine, ſuper inquiſitione particulari proceditur. Alex. *in apoſt. ad Bald. in l. 2. §. ſi pub. ff. de adult.* Cæpoll. *intr. cautel. caut. 25.* Blanc. *de ind pag. mihi, 16.* ut haud immeritò ab hiſtoricis reprehendatur Otto 3. qui ad † falſam conjugis delationem ſine inquiſitione 54
decenti equitem auratum, quaſi is inſidiatus eſſet pudicitiæ conjugis, ſecuri percuti mandavit, & demum inquiſitione habita & delecta, calumniam de innocentia occiſi, ipſam conjugem igni cremari, qui ſi tramite legali inquiſiiſſet in facinus delatum, procul dubio non ſeſe præcipitaſſet ad tam immania ſupplicia, & Bunting. Joh. Wolff. *tom. 2. lect. mem. pag. 943.* rectius Seneca de immaturis & depravatis hujuſmodi motibus *lib. 3. de ira cap. 30.* Meliusque eſt, *inquit*, initia ipſa perſpicere quam levia ſint, quam innoxia. Quod accidere vides in animalibus multis, idem in homine deprehendes, frivolis turbamur & inanibus. Taurum color rubicundus excitat, ad umbram aſpidis aſſurgit. Urſos leonesq; mappa procitat, omnia, quæ natura fera ac rabida ſunt, conſternuntur ad vana. Idem inquietis & ſtolidis evenit ingeniis, quæ rerum ſuſpicione feruntur, &c. Sed quid ſi formatâ inquiſitione necdum tamen eadem abſolutâ superveniat accuſator, an inde tollantur inquiſitionis ſtudia vel acta, poſſitq; inquiſitus opponere Fiſcali hanc novam ſupervenientem † cau- 55
ſam? Reſpond. Bart. *in l. 3. §. fin. ff. de adult.* Dyn *in c. actus legitimi. ext. de R. J.* aut accuſator inſtigavit judicem ad inquirendum & mox deſtitit, nec aliud quicquam præſtitit, aut & inſtigavit & una adſtitit inquiſitioni, quoad primum ajunt evacuari inquiſitionem, reumque efficaciter opponere poſſe Fiſcali prædictam exceptionem, quoad poſterius non æquè: prius hanc ratio-

nem habet vivam. Quia accuſatio eſt quidem remedium ordinarium, ſed ita comparatum, quod diſſimulatione poteſt vel aboleri vel ſuſpectum reddi. Angel. Aretin. *de malefic. in §. quæro an inquiſitus? n.* 77. qualis quippe quantusq; videatur accuſator, qui ſimulatam vel bona fronte cœptam at deſertam accuſationem recoquit, vel recoctam eâ intentione reproducit, qua vel reum liberet eximátve corruptus inquiſitione, vel fraude aliâ ſupplantet & eludat judicium, at hominum malitiis eſt reſiſtendum non indulgendum.

Adde quòd magiſtratus etiam accuſatore quieſcente vel reſultante ab accuſatione; teneatur proſequi inquiſitionem, *l. 2. & tt. ff. de abolit*: ſcilicet per optimam & ſolidam rationem: Ne delicta ſontium maneant impunita, ne lætitiæ hominum publicæ turbentur dimiſſis facinoroſis, *l. 3. Cod. de epiſc. audient.* Aretin. congerit rationes hîc neſcio quas *citato loco*, Ut quia judex ſit in poſſeſſione vel quaſi inquiſitionis, in jure præventionis fundatam habeat intentionem & quæ alia, quæ in medio relinquimus. Sequitur ergò non poſſe inquiſitum ſeſejuvare prædicta exceptione. Poſterius conſiderantes meritò etiam concludimus cum doctoribus, necdum exceptione illa uti poſſe reum, quoties accuſator inſtigans judicem ad inquiſitionem tandem ſe ipſum accinxerit proceſſui, ubi tamen hæc cautela ſervabitur, ut accuſator ille de calumnia juret, Bart. *in is qui reus, ff. de public. jud.* proceſſum interveniens eo ſtatu ſuſcipiat, in quo cardo vertitur. Aretin. *d. loc.* juramentum illud requirat judex officio nobili dominante, uti & à reo juramentum de dicendâ vel reſpõdenda veritate. Bart. *in l. 1. C. de jur. calumn.* Quod tamen in Germania hodie non ſervatur ubi de crimine agitur, licet in Italia ſic receptum eſſe teſtetur Bart. *d. loc.* qua de re infra, &c. interim ſub inquiſitione receptæ atteſtationes non produci poſſunt in gratiam accuſatoris, ne confundantur ſeparata quorum ſeparata eſt indoles. Perinde eſt in judiciorum materia, Bald. *in l. quadam, in fin. ff. de edend.* Quinimò eludere poterit inquiſitus, inquiſitionis & indiciorum cauſam ſubornans accuſatorem, qui ſtudio ſuccumbat in cauſâ, quo & inquiſitio & accuſatio unâ vice irriderentur. Proinde Bald. citat. & Aretin *d. loc.* practicam hanc tradunt, ut judex non obſtante illâ interventione producat teſtes, quos credit ſcire veritatem, vide *cap. ſeq. 2. num. 6. & 7.* Sed quid ſi judex enixè inquirens, exercensq; hoc pacto accuſatoris munus, num incidat in Turpillianum, ſiquidem ſuccumbat in dilutione criminis? Reſp. Quanquam ſurrogatus induat ſtatum & conditionem ſurrogati, *l. 1. §. hæc actio, ubi Bart. ff. ſi quis teſt. liber. eſſ. juſſ. &c. l. unica, §. 1. ubi Salyc. Bald. C. de rei uxor. act. l. unica, C. de colleg. & chart. lib.* 11. ubi textus ait: ſurrogatum in officio ſuccedere in jus anteceſſoris, Eberhard. *in top. in loc. à vi ſurrogat. num.* 2. nec non uſu eveniat toties, judices æquè, uti accuſatores fuiſſe calumniæ, aliorumq; motuum pravorum reos, *l. 1. §. 1. ff ad L. Cornel. de ſicar. ibi: qui magiſtratus judexve quæſtionis ſub capitalem cauſam pecuniam acceperit, ut publica lege*

ea lege reus fieret, l. 4. ff. eod. l. 6. C. eod. Paul. 5. sentent. 23. §. 4. adde text. l. 15. §. 1. ff. ad SCtum Turpill. qui indistinctè ait, teneri eum, qui extra ordinem agit, ut nempe ex causis singulis singulæ irrogentur pœnæ, &c. ne tamen tenentur, nisi calumniæ causa illi apposita, dilucidè probetur, quo sensu textus, *l. 15. ad Turpill.* est accipiendus, judex quippe officii necessitate impulsus ad inquirendum, torquendum, hactenus bonam fovet causam, omnisq; calumniæ expers censetur, donec contrarium probatur, Bart. *in d. l. 15. & l. 2. §. si publico, ff. de adult.* Bald. *in l. jubemus, C. de probat.* & Aretin. *in d. tract. §. tu autem in hac materia, ibi: judex inquirens excusatur à præsumpta, non à probata calumnia.* Neq; obstat hìc vis & natura surrogatorum, cùm judex inquirens saltem per analogiam dicatur accusator, ejusve officia subire: à separatis verò malè infertur, proinde Eberhard. *d. loc. in fine*, ait: dicta regula limitatur non procedere, quando aliquid subrogatur loco alterius, sed non per omnia. Idem ibidem non est oblivioni tradedum, quòd exercens artem per substitutum, non gaudeat privilegio artis, *l. fin. ff. de excus. tut.* Si non privilegio & commodo: Ergo nec incommodo? Quia contrariorum contraria est ratio. Idem *in loc. à contr. sens.* & licèt prævaricari, calumniari, ut homo, possit judex, sicq; dilabi in SCtum Turpillianum. Numquid inde tenebitur judex æquè, uti pars accusatrix, ea quæ sunt accusatorum, pariter subire? Nequaquam: per adductas rationes *& l. 3. ff. de ll.* cùm sufficiat scribere leges etiam ἐκ τῶν λόγου, quo sensu accipienda est *text. 1. ad l. Cornel. de sicar.* Potissimùm verò excusari judicem adstruunt Doctores à calumnia & partibus accusatorum odiosis, quoties famâ præcedente formavit inquisitionem, Bald. *in l. 4. §. 2. ff. de offic. procons.* Angel. Aretin. *d. loc. §. tu autem in hac materia, &c.*

CAPUT SECUNDUM.

DE INQUISITIONE ET DENUNTIATIONE.

SUMMARIA.

1. *Definitio inquisitionis traditur.*
2. *Distributio subjicitur.*
3. *Generalis inquisitio quæ?*
4. *Generalis inquisitio triplex.*
5. *Henricus VIII. Angliæ Rex inquisitionem formari jussit contra clericos sodomitas & concubinarios in suo regno.*
6. *Quomodo formetur inquisitio Hispanica contra miseros Lutheranos?*
7. *Inquisitio particularis quæ dicatur?*
8. *An inquisitio tollatur per accusationẽ?*
9. *Denunciatio quid?*
10. *Quæ personæ denunciare possint?*
11. *De officio denunciatorum.*
12. *Delatores qui?*
13. *De modo & forma denunciandi.*
14. *Denunciatio non nisi in delictis atrocioribus admittatur.*
15. *Quæ delicta facti permanentis & facti transeuntis dicantur?*
16. *Qui rei testibus convincuntur, torquendi non sunt.*
17. *Iudex ad quæstiones tardius procedat.*
18. *Quæ considerare debeat Iudex priusquam quæstionem instituat?*

CUM in inquiſitionis materiam deſcenderimus, ubi officium judicis nobile prædominatur potiſſimùm, quoniam inquiſitio ſola judicis induſtriâ & legalitate, accuſatione vel denunciatione remotâ formetur & expediatur, Didac. Cantar. *in quæſt. crim. q.* 1. *n.* 5. de inquiſitione quid ſit & quomodo differat à denunciatione, paucis agamus.

1 Definiri † poteſt inquiſitio delicti perſecutio, quam magiſtratus ex officio accuſatore haud exiſtente inſtituit & exequitur. Quæ vulgò in generalem & particularem diſtribuitur. Generalis, quæ particularem præparat, eſt, cùm judex examinat teſtes non juratos ſuper delicto commiſſo, utrum viderint flagitium eſſe commiſſum, an audierint crimen patratum ubi, quando & à quo? Didac. Cantar. *d. loc.* Blanc. *de indic. in princ.* Gail. 1. *obſerv.* 26. *num.* 10. *& ſeqq.* Quo ſpectat cumprimis, quod ſuprà eſt inculcatum, judici ante omnia conſtare debere de facti evidentia, cùm non entis non ſint qualitates nec ac-
2 cidentia. Pariaq; ſint † nihil fieri, vel non legitimè fieri, *l. quoties, ff. qui ſatiſd. cog. l.* 1. *ff. qvod quiſq; univerſ. nom. l.* 4. *§. condemnatum, ff. de re judicat.* adeò, ut ſi quidem judex ſeſe excuſare geſtiens, quaſi maleficium ignoraverit adhibitâ & præmiſsâ indagatione, nequaquam excuſetur, niſi enixam & ſeriam demonſtraverit inquiſitionem de delicto commiſſo, Bald. *in l.* 1. *C. ad SCtum Macedon.* Angel. de Aretin. *in tract. malef. in verb. nec animus, &c.* Chilian. Köning. *in pract. cap.* 3. *n.* 6.

Atq; hæc inquiſitio generalis triplex, ſecundùm objecta procedendi, vulgò ſtatuitur Didac. Cantar. *d. loc.* 1. Reſpectu perſonæ & delictorum unà & conjunctim. Quando Rex in regno, Princeps in territorio, præſes in provincia, prælatus in diœceſi legitimè & decenter inquirunt, purgandæ enim ſunt provinciæ malis & pravis hominibus, *l.* 13. *ff. de off. præſid.* Henricus VIII. Rex Angliæ, paulò antè reformationem regni, quoad clericos in anno 1538. inquiſitionem generalem decrevit, atq; executus eſt per ll. Doctores uti Thomam Læum, Richardum Laytomum, Thomam Bedillum, & Thomam Bartheletum, Conſiliarios & Miniſtros regis, qui in ordine Eccleſiaſtico fecerunt initium, & veriſſimè experti ſunt, quod in monaſterio Belenſi Liceſtrenſis diœceſis, Sodomitæ fuerint Joannes Abbas, Sicardus Salehurſt, Thomas Cuthbert, Guilhelmus Marche, Joannes Haſtinge, Gregorius Champion, Clemens Weſtfelde, Joannes Croſſe, Thomas Crambroke, Thomas Baſyll, Joannes Hamfelde, Joannes Hierom, Clemens Grigge, Ricardus Touge, & Joannes Auſtyn. Incontinentes, Thomas Lyvet cum unâ maritatâ, & alia ſoluta: Thomas Crambroke, cum pluribus aliis.

5 In Eccleſia † Cantuariæ, inter Monachos Benedictinos reperti ſunt Sodomitæ: Ricardus Gadmereham, Guilhelmus Lichefelde, Chriſtophorus Lamys, Joannes Goldmyſton, Nicolaus Clement, Guilhelmus Canuſton, Joannes Ambroſe, Thomas Farlegli, & Thomas Morton. Incontinentes,

nentes, Christophorus Lamys prædictus, cum tribus conjugatis, & Nicolaus Clement cum una soluta.

In Bathoniensi Monasterio inter alios plures, Ricardus Lyncombe septem meretrices habebat, quatuor solutas, & tres conjugatas, eratq; Sodomita: Guilhelmus Bewston undecim scorta quoq; habebat, præter Sodomismi varium genus.

In Monkenfarlegensi cœnobio Satisburiensis diæcesis: Ludovicus prior novem habuit meretrices, & conventus adhuc plures. Ricardus prior de MaydenBradleii, quinq; meretrices, & sex spurios habuit. Guilhelmus Abbas Brisdollensis, quatuor meretrices habuit, tres solutas, & unam conjugatam: Thomas Abbas Abindonensis, præter sororem naturalem, ex qua duas procreavit soboles: tres alios meretrices habuit: & hic pater multorum Sodomitarum fuit. In cænobio de Schulbrede Licestriensis diæcesis Georgius Walden prior septem meretrices habuit, Joannes Standney septem, Nicolaus Duke quinq;. Henricus Selwode duas, præter reliquos & reliquas: Joannes Blanke prior de Bermondsey viginti meretrices habuit. Ut ad sacrificulorum Collegia veniamus: In castro Windesora, Henricus Vuoduvarde succentor plures meretrices habuit: Nic. Vuhyden quatuor, Georgius Vuhithethorne quinq;, Nicolaus Spoke quinq;, Robertus Nuve quinq;, Simon Todde unā, Nicolaus Vualken duas, Guilhelmus Vuase unam, Robertus Danyson Sex, Petrus Bough multas, & alii alias. In Ecclesia cathedrali Licestriæ, Joannes Champion præbendarius de Vualda duas meretrices habuit, Guilhelmus Crasse maritatam unam, Thomas Parker duas solutas, Ricardus Buffelde solutam unam, de qua suscitavit sobolem: Bartholomæus Cokisley solutam unam, Robertus Huet plures, Thomas Goffe duas conjugatas, Joannes Hylle tredecim meretrices, Robertus More plures, Rogerus Batham plures, Joannes Bedfelde plures, & alii alias: inter quos etiam prædicti Rogatus Battham, & Joannes Champion reperti sunt Sodomitæ. Ut non immeritò nec immaturè Theophrastus Paracels. *lib. 5. de orig. morb.* hortetur Principes & dynastas in genere ad inquisitiones ejusmodi: Animadvertite, *ait*, in monasteria & facta lupanaria, ibi committuntur gravia & horrenda scelera, quæ sunt causæ pestilentiæ. Nam in talibus fornicariis & κοινοβίοις multum spermatis colligitur à dæmonibus, ex quo venefici & Necromantici noxiam Mumiam & pestifera ejusmodi pharmaca cōficiunt, à quib. multa hominum millia contabescunt. Joan. Wolff. *tom. 2. pag.* 484. Deplorandum verò lacrymis assiduis, omitti ejusmodi inquisitiones, eisq; substitutas potius inquisitiones, uti vocant Hispanicas, adversus confessores Evangelicos, quarum processus ex decreto Cæsareæ majestatis Anno 1550. sic se habet, instituto nostro conveniens, hic adscribendus: Inquisitores hæreticæ pravitatis viri docti probati & vitæ inculpatæ sunto: à quibus data sit ampla potestas contra

omnes hæreticos & hæresis suspectos & eorum fautores & receptatores inquirendi, procedendi, corrigendi & puniendi, nec non procedendi in curia seculari.

Et ut hæc tam sancta & necessaria inquisitio melius & commodius fieri posset, sua majestas ordinavit & statuit ea, quæ sequuntur, imprimis ut prædicti inquisitores & commissarii seu alter eorum assumto secum Notario viro
6 integro & experto, expensis suæ † majestatis visitare provinciam sibi commissam & diligenter tam apud officiatos suæ Majestatis, quam alios viros pios & integros, si qui sunt hæresi infecti aut ex ea vehementer aut ex probabilibus conjecturis suspecti. Similiter si aliqui sub se habeant aut legant libros prohibitos, aut teneant conventicula, in quibus de S. Scriptura aut religione Christiana disputent aut communicent deq; illorum fautoribus & receptatoribus. Informationem per Notarium in scriptis authenticè redigant & custodiant, ut ad eandem, quoties necesse erit, recursus ac relatio habeatur, examinabunt vero inquisitores testes audiendos in forma juris præstito, uti decet, jurejurando de dicenda veritate, omni odio & favore exclusis & illos, ne aliquem accusent ac deferant, per invidiam admonere & diligenter interrogare debent de causa scientiæ suorum dictorum & illam in relatione inserere, ne boni viri injustè scandalizentur.

Et si aliqui apud inquisitiores compareant, volentes alium deferre super hæresi, ea tamen conditione, quod nomen tamen delatoris celabitur & informationi non inseretur, ut sæpius contingit, illos tanquam testes non recipient, neq; ejus delationem informationi inserent, neque ex hujusmodi delatione contra aliquem procedent, servabuntque secretè ea, quæ eis deferentur nec publicabunt delatores, aut depositiones testium, nisi quatenus procedendum contra reos de jure fuerit necessarium: tenebuntur tamen omnes audire, & si per alios delatio vera probari potuerit, ex depositione eorum, si sufficiens sit, contra delatum procedatur, nullo habito respectu, ad delationem hujusmodi, quæ pro nulla reputabatur. Et si prædicti inquisitores commissarii comperiant aliquos, qui per invidiam aut alia occasione alios injustè detulerint, hoc indicabunt magistratui ejus loci, aut concilio provinciali, & ipsi contra tales calumniatores procedi curent. Item dicti inquisitores & Commissarii poterunt vocare coram se quoscunq; subditos Cæsareæ Majestatis, cujuscunque autoritatis, qualitatis, aut conditionis fuerint aut quacunque autoritate, aut potestate utantur, etiamsi sint præsides, consiliarii provinciæ, aut alii officiales provinciæ, sive Burgemagistri, Scabini, aut de magistratu loci, ad præstandum solemne juramentum de dicenda veritate super interrogandis & deponendis eis, quę verè sciunt & finaliter, si sciant aliquos hæresi infectos aut de ea vehementer suspectos.

Et si aliquos offendant, qui in testimonio reddendo sint difficiles, aut depone-

deponere omninò recusent, illos admonebunt quod, si eorum monitis non obediunt, notabuntur tanquam fautores hæreticorum, procedentq; contra illos, tanquam fautores hæreticorum in forma juris, aut poterunt illis mandare sub certis pœnis pecuniariis pro eorum arbitrio moderandis, ut deponant. & nisi obedierint, vult sua majestas, hujusmodi pœnas irremissibiliter exigi. Porrò mandat Cæsarea Majestas omnibus & singulis præsidibus, Consiliariis & judicibus majoribus, Sculteris, ac generaliter omnibus suis officialibus, omnibus magistratibus & subditis suis, ut in tam sancta & pia inquisitione præfatis inquisitoribus, Notario, aliisq; suis officiariis & familiaribus assistant, omnemq; favorem & auxilium præstent, quoties requisiti fuerint, omnemq; diligentiam adhibeant, ne dicti inquisitores, Notarii, aliiq; sui officiarii, & familiares aliqua injuria reali aut verbali afficiantur. Etsi aliquos murmurantes contra illos invenerint, eos apprehendant, & severè puniant in exemplum aliorum, sub pœna indicta contra fautores hæreticorum, quam incurrent, si notabiliter negligentes in hoc deprehendantur.

Si dictis commissariis seu inquisitoribus vel alteri eorum per informationem sufficienter constiterit, & plenè probatum fuerit per duos testes, aut alios legitimè, aliquem esse hæreticum, & contravenisse constitutionibus, ordinationibus seu edictis per Cæsarem, ad extirpandas hæreses promulgatis: eo casu ipsi inquisitores, vel alter eorum reos apprehendi jubebit, ac sub fida custodia detineri, vel per judices loci vel per alios eorum arbitrio assumendos, quibus sua Majestas vult per judices loci, tam suos, quam suorum vasallorum omnem dari assistentiam: etsi in hoc negligentes, aut difficiles se reddant, punientur pœna, contra fautores hæreticorum indicta, &c. Quæstiones, de quibus inquisitores in inferiori Germania Christianos examinabunt: refert Wolff. *tom. 2. lect. memb. pag.* 619. quo lectorem remitto. Sufficit hìc saltem digito demonstrâsse inquisitionis modos pro re natâ, & subjectâ materiâ sic dictitante, qui suo loco & sede congruentiori, si Deo placuerit, ubi parte quartâ de processu indiciorum agendum est, calamo exponentur telaq; longè prolixiori.

2. Ratione delictorum; Cùm inquiritur contra officiales, prætores, præsides, imò etiam magistratum inferiorem, ex causâ syndicatus, &c. licèt respectu personæ hæc inquisitio quoq; specialis dici queat, Didac. Cant. *in quæst. crim. q.* 3. Nempe si inquisitio ad hoc institueretur, ut inde oppressis & afflictis sæpè subditis adversus magistratum succurratur; Quandoquidem superior propterea in specula quasi collocatus videatur eminere super potestates inferiores, ut omnem iniquitatem, avaritiam & crudelitatem ex ipsis averruncare debeat, Petr. Frider. Miudan. *de mandat. lib. c.* 13. *n.* 11.

3. Dicitur generalis ratione personæ, licèt ratione delicti sit specialis, ut cùm homo reperitur mortuus, incensa vel fracta domus incerto autore, in-

re, incerto homicida, incerto incendiario. Quo caſu judex habita inquiſitione ad capturam procedere poteſt, & pedetentim ad particularem inquiſi-
7 tionem. Inquiſitio particularis autem illa eſt, Cùm judex † incipit recipere teſtes juratos ſuper fama, verbis & factis inculpati, incarcerandi, vel incarcerati, ſingulas rerum circumſtantias, ſingulari cum prudentia, & cautela trutinando, ruminando.

Tam occultè quippe vix latuit quicquam, quod perſpicato ſenſu & ratione perpolita percipi, tandem & acquiri non potuiſſet, unde iſlud vulgatum: *Tout vient à point que peut attendre.* Ubi quæri communiter ſolet, an judex inquirere poſſit, etſi non præcedat infamia rei? quod negat *c. qualiter, & c. quando, ext. de accuſ. conſt. crim.* Carol. V. *art. 6. in princ.* Bald *in l. 2. §. ſi publica, ff. de adult.* Diſtinguit tamen Didac. Cant. *in quæſt. crim. q.* 4. ad quem hoc in articulo, utpote authorem exquiſitiſſimum, lectorem remitto. Pertinet huc locus Lucæ Evangeliſtæ, *cap.* 17. Quid audio de te, redde rationem villi-
8 cationis tuæ, nam non poteris amplius villicum agere. Item illud Prophetæ Deſcendam, & videbo, utrum clamorem, qui pervenerit † ad me, opere compleverint. Deinde & hoc quæſitum deprehendo, an inquiſitio cœpta ceſſet ſuperveniente accuſatione? Quam quæſtionem movet Bald. *in l. 3. §. quia enim* 14. *ff. de lib. agnoſ.* Salycet. *in l. ſi ea, 7. n. 54. C. de accuſ.* Marant. *de ord. jud. p. 6. pag.* 300. *num.* 38. Dyn. *in c. factum, de R. J.* Boſſ. *in princ. crim. de inquiſ. quæſt.* 16. *num.* 17.

Affirmantium argumenta ſunt: Quod extra ordinarium remedium acquieſcat, durante vel exiſtente remedio ordinario, *l. 2. ff. de min. l. 16 ff. de injrupt.* Atqui accuſatio eſt remedium ordinarium. Ergo ceſſat inquiſitio, quæ eſt quoddam extraordinarium. Cæterùm negantes hiſce utuntur rationibus: Duo remedia, quæ tendunt ad unum eundemq; effectum & finem, ſe invicem non tollunt nec deſtruunt, *§. fin. Inſt. ſi quod paup. fec. dic. ubi Dd.* Sed inquiſitio eſt accuſatio ad unum finem, ad eundem effectũ legitimè ordinantur, id eſt, ad punitionem criminis, adeoq; vindictam publicam. Ergò. Quæ qualiacunq; ſunt, diſtinctionis fœdere ſic definienda eſſe arbitramur. Aut accuſator exiſtit pendente inquiſitione generali, & admittatur unâ ad perſequendum reum, aut ſpeciali inſtitutâ, querelam ſuam exponit judicio, & ſubdiſtinguitur, aut accuſator ſcivit, quod judex per inquiſitionem procederet, aut non? ſi neſcivit, nec eâ de re certioratus fuerit, admittatur, ſin ſciens prudens ſubticuit, nec actui inquiſitionis contradixit, excludatur. Ætiologia quippe eſt juris, quemcunq; actum, qui contradicendo impediri poterat, ſi non contradixeris, ratum te habere, utcunq; geratur, intelligaris, *l.* 142. *ff. de reg. jur.* Jaſon. *in §. æquè, Inſt. de act.* vide *cap.* antecedens, ubi quoq; per generalia hæc quæſtio eſt deciſa.

Formata autem diligenti inquiſitione cùm generali, tùm ſpeciali exacta, in-

cta, indiciisq; repertis, de quibus infrà dicendi locus erit, ad torturam denique proceditur, *d. const. crim. Car. V. art. 6. ibi*: Soll nicht mit peinlicher Frage angegriffen werden / es seyen dann zuvor redliche / und derhalben gnugsame Anzeigung und Vermutung / wegen der Missethat glaubwürdig gemachet/ qua de re quoq; paulò pòst dicetur prolixiùs. Brevia hæc de inquisitione.

Denunciatio est, cùm † denunciatore constituto, judex in causa criminali cognoscit, quæ ab inquisitione hac distinguitur notâ: Quòd instituta illâ non summariè, sed juris servato ordine regulariter procedatur, delator quippe accusatoris vicem sustinens, libellum accusatorium producere, productum lite contestatâ probare tenetur, *l. 4. C. ad l. Jul. repet. c. 34. de test.* Plot. *cons. 76. vol. 1.* Quæ probandi necessitas etiam hos manet, qui ex officio, quo publicè funguntur, delicta denunciare debent, *l. 6. ff. de cust. & exhib. reor. l. 6. §. 3. ad SCtum Turpill.* id est, qui specialiter ad hoc deputati sunt, & juramento obstricti, quos Arcad. JCtus *in l. fin. §. 7. ff. de mun. & hon.* Irenarchas appellat, qui disciplinæ publicæ & corrigendis moribus præficiebantur. Aliàs ad denunciandum † admittit jus civile Messarios, Saltuarios, Forestarios, Apparitores, Catolitianos, Amanos, &c. Clarus *in princ. crim. §. fin. quæst. 7.* ubi ait: Scias, quod antiquis temporibus magistratus deputabant officiales, qui eis delicta denunciarent, hodie verò constituuntur Syndici per parochias, sive castra, qui sunt tanquam officiales ad denunciandum hostem, Clar. *d. loc.* Zanger *de quæst. & tort. cap. 1. num. 26.* Quo in casu fisci advocatum adjungendum delatori, non pauci statuunt, vigore *Ord. Cameræ & recess. Imperii*, soli Fiscali necessitas incumbit in causis hujusmodi immediatè ad imperium, ejusq; cognitionem spectantibus, denunciare, deferre, delatamq; actionem instituere & prosequi, Gail. 1. *obs. 2. nu. 90.* Ut igitur † horum denunciatorum officium laudabile ac penè necessarium videtur, siquidem Reipubl. interest, ne delicta maneant inulta: Turbantur quippe lætitiæ & gaudia hominum, quoties criminosi dimittuntur impuniti, ut loquitur Imp. *in l. 3. C. de Episc. aud.* ita antiquitus, delatoribus seu denunciatoribus mulctæ dimidium constitutum fuit ex L. Pap. Pompej. quod Nero tyrannus ad quartam revocavit, unde quadruplatores dici cœperunt, Alex. ab Alexand. *lib. 4. gen. dier. cap. 22.* Albert. Gentil. *lib. 3. cap. 14.* Quos ipsos tamen † Vatiniano odio, quia denunciatores in delatores degenerârant, utplurimùm persecuti fuêre, tanquam homines nefarios & pessimos, Vespasianus & Marc. &c. delatores minimè admittentes, sed undiq; repertos ipsos inquisitioni & pœnæ subjicientes, Alex. *lib. 4. gen. dier. cap. 22.* Farinac. *de carcer. lib. 1. volum. 4. quæst. 27. num. 132.* ubi ait: Quod judices male faciant, juxta se habentes magnam exploratorum copiam, & quòd gravissimum, ad simplicem unius atque alterius relationem facientes capi delatos reos, de delatoribus hisce Cominæus 1. *c. 9.* ait, quòd obsequium simulātes in principem, fingant se egregiam ipsi navare operam,

cujus

cujus suspicaces animos metus, ira, cæteriq; affectus, ex rumoribus & delationibus pravis orti, facilè penetrent, criminatoribus credere ament; Ita & apud ejusmodi Leopardos, Tyranellos, periculosus sit candor, ingrata libertas, sermo insidiosus, frons omnium familiaris, multorum animus iratus, iracundiæ occultæ, blanditiarum apertarum, denique ficta & falsa omnia, &c. *hæc Comin.*

Porrò delatores ait Tac. 4. *annal.* hominum genus reipubl. exitiosum repertum, & pœnis satis coërcitum, ideoq; olim ob imposturas, lites, calumnias in bonas & falsas denunciationes meritò submotum fuit. Unde Martialis 1. *epig.* 4.

Turba gravis paci, placidæq; inimica quieti
Quæ semper miserum sollicitabat opes.
Tradita Getuleis, nec cœpit arena nocentes
Et delator habet, quod dedit exitium.
Exulat Ausoniâ profugus delator ab urbe
Impensis vitam principis annumeret.

13 De modo & formâ † denunciandi, ut ad scopum pedem reflectam ex jure prisco; item qualiter ex denunciatione inquisitionem formaverit judex? describit Cujac. *in l.* 1. *C. de dec.* Zanger. *de quæst. & tort. d. loc. n.* 27. Præterea
14 quocunq; modo inquisitio formetur, denunciatio † præcedat, præsertim in atrocioribus delictis, ubi pro veritate eruenda quæstio demum adhiberi jure solet, *l.* 8. *ff. de quæst.* Gomez. 3. *res.* 13. hec autem temerè nunquam instituenda, sed duo sequentia concurrant necesse est.

1. Quod certissimè, & per plenas probationes indubitanter constet, crimen de quo quæstio habenda, revera commissum esse. Tortura enim non datur ad factum liquidandum, sed ad personam, uti dixêre veteres, demon-
15 strandam † auctoremque delicti. Quod ita accipiendum est, modò delictum sit facti permanentis, cujus admissi scilicet, certa remanent vestigia, quale est homicidium, incendium, parricidium, furtum, in cæteris criminibus facti transeuntis sufficit, cum de facto constet per conjecturas & indicia, *Dd. in l.* 5. *§.* 1. *ff. ad SCtum Syll. l.* 25. *§. fin. ff. ad L. Aquil.* Plot. *consil. crim.* 133. Dicuntur autem facti transeuntis delicta, ubi nullum post crimen commissum, remanet vestigium, quale est Sodomia, proditio, adulterium, stuprum, &c.

2. Quod reus sit suspectus & judex etiam aliis argumentis probatoriis admoveatur, ut sola reorum confessio deesse saltem videatur, *l.* 1. *§.* 1. *ff. de*
16 *quæst.* Qui enim † convictus est testibus torqueri non debet, *constit. crim. Carol.* 5. *art.* 69. Bald. *in l.* 3. *C. ad leg. Jul. Maj.* Quandoquidem tormenta subservire saltem debent ordinariis probationibus, *l.* 8. 9. *ff. eod. l.* 11. *l. fin. C. eod.* Gandin. *in tr. malef. rub. de quæst. & tort.* ubi scriptum reliquit: judicem, qui de aliquo quæstionem habere intendit, maximè hoc considerare debere, ut non facilè

facilè nec repente ad eam procedat, si aliqua † alia via & modo leviori possit 17
objecti criminis haberi veritas, quantumcunq; adsint indicia, & argumenta
verisimilia imò pene infallibilia, Bart. *in l. 1. ff. de quæst.* Hypp. de Mars. *in pr.
crim. §. nunc videndum. n.* 35.

Qua in re arduâ & gravissimâ, cùm judex hallucinatur, & plus quâm
oportet, statuit, quandoquidem hic agatur de re amissa & damno irrecupera-
bili, multisq; † tormentorum angustiis, membris disruptis ut animis attoni- 18
ti, mori potius, utpote impatientes eximii doloris, quàm vivere malint, *l.* 1. §.
23. *ff. d. qq. ubi Dd. & in* Novell. 131. *c.* 13. nemo ex nostris unquam probè dubi-
tavit, quin ipse judex præsumatur in dolo constitutus, Bald. *cons.* 233. *vol.* 1. &
pœnæ talionis se reum faciat, *l. fin. ff. de pœn. jud. qui mal. jud. c.* 1. *de sent. & re
jud. in* 6. nec juvandus officii velamine, in quod temerè impegit, *l.* 7. *§.* 3. *ff. pro
emtore.* Sed de hisce, Deo volente, absolutius in processu judiciorum.

CAPUT TERTIUM.

DE INDICIIS AD TORTURAM SUFFICIENTIBUS tam generalibus quam specialibus.

SUMMARIA.

1. *Quæ considerare judex debeat, antequam torturam decernat?*
2. *Qui sine legitimis indiciis præcedentibus tortus & confessus fuit, nihil sibi præjudicat.*
3. *Quod verum quoq; est, etiamsi post quæstionem demum indicia liquida occurrant.*
4. *Iudex sine legitimis indiciis torqueri permittens reum tenetur pœna talionis.*
5. *Et siquidem sub quæstione decedat reus, judex pœna mortis affici debet.*
6. *Sine indiciis judex nedum terrere debet reum instrumentis, ad torquendum comparatis.*
7. *Indicium quid?*
8. *Indicium quomodo differat à suspicione, præsumptione, signo, & conjectura?*
9. *Indicia ut plurimum sunt arbitraria.*
10. *Indicia alia sunt generalia alia specialia.*

ULpianus *in l.* 1. *ff. de qq.* Divum † Augustum statuisse refert nō à tormentis 1
incipiendum esse, sed demum cum suspectus reus sit, & aliis probationi-
bus admoveatur index, ut sola reorum confessio superesse videatur, *d. l.* 1. §. 1.
cui concordat constitutio criminalis Carol. V. *artic.* 20. Wo nicht zuvor red-
liche Anzeigung der Missethat vorhanden/darnach man fragen wolte/soll nie-
mand gefraget werden/ꝛc. Gand. *in tract. malef. sub rub. d. qq.* scriptum reli-
quit, quòd judex quæstionem de aliquo habere intendens, maximè hoc cōsi-
derare debeat, ut non facilè nec repente ad eam procedat, si aliqua leviori via
possit objecti criminis haberi veritas, quantumcunq; adsint indicia & argu-
menta verisimilia, Bart. *in l.* 8. *ff. d. quæst.* Hypol. de Marsil. *in pr. crim. §. nunc.*
Bald. *in l.* 1. *C. de jur. per calum.* ubi dicit: necessarium esse, ut is, qui petit, quem

quæstioni subjici juret, quod aliter veritatem exquirere & docere nequeat,
2 *d.l.*1.§.1.ex quo & illud jure profluit, ut siquidem † captus ac sine indiciis legitimis tortus dedictum fateatur, confessio nullum pariat præjudicium confitenti, multò minùs, ut ad supplicium usq; condemnari debeat, *argum.l.*2.*l.*34. *de sent.ex fals.inst.&c.l.*21.§.1.*ff.de quæst.const.crimin. art.* 20. *ibi:* Vnd ob auch gleichwol auß der Marter die Missethat bekandt wurden / so soll der nicht geglaubet noch jemand verurtheilet werden / Mascard.*de prob.conclus.*353.*num.*14. *& conclus.*1102. Paris de Puteo *in tract.synd.verb.tortura, cap.* 5. *num.* 26. Dam-
3 houd.*cap.*54. Salycet.*in l.*2.*C.de custod.reor.* Quod adeò † verùm est, ut quanquam post torturam indicia occurrant, certa & liquida, confessio tamen ejusmodi adhuc inutilis, inefficax & nulla sit, Rom.*cons.*176. Bald. *l.fin.C.de acc.*
4 De judice, qui absq; indiciis sufficientibus ad quæstionem procedit, facitq;, ut reus torqueatur, non modo injuriarum tenetur, ut suprà relatum est, Cravett.*cons.*816. Marsil.*in pr.crim.*11.§ *prædicto*, sed pro re natâ pœnæ mortis se quoq; astringit, Marsil.*d.loco*, Menoch. *de arb.jud.lib.*4. *cas.*4. quod tamen
5 procedere ita † demum ex nostris aliqui statuunt, siquidem iniquè tortus decesserit, aliâs pœna arbitraria puniendum judicem opinantes, Socinus *cons.* 56.*lib.*2.*num.*58. Mascard.*de probat.lib.*3.*Concl.*1388. ubi dicunt: quod nedum
6 terrere captivos permissum † sit judicibus, sine indiciis claris & de delicto proximis, *l.*881.*l.fin.ff.de qq.const.crim. Carol.V. d.art.* 20. *ibi:* Wo auch einige Obrigkeit vnd Richter in solchem Vberführen / sollen die dem / so also wider Recht ohne die bewusten Anzeigungen gemartert were / seine Schmach / Schmertzen / Kosten vnd Schaden der gebühr ergetzung zuthun / schuldig seyn.
7 Hisce sic præmissis, de indiciis † ipsis, quæ nempe, qualiter, & quando ad torturam sufficiant, dicam, definiri potest indicium, quòd sit nota quædam, & demonstratio rei gestæ, judici fidem faciens, de aliquò facto, commisso delicto, perpetrato flagitio, Cyn.*in l.admon.de jurejur. num.*290. Menoch. 1 *præsumpt.*4.7.*num.*18. Et quanquam indicium præsumptio, conjectura, signum, & suspicio, regulariter differant Menoch. *d.loc.* Blanc.*de indic. ad l.fin.*
8 *ff.de. qq. num.* 248. ubi dicit: præsumptionem † facere ad probandum, indicium ad probatum, ut sic minus sit præsumptio, quàm indicium, in proposita tamen materia sub vocabulo *indiciorum*, hæc omnia continentur, unde *const. Car.V.art.*19. Wo wir nochmals redliche Anzeigung melden / da wollen wir allwegen redliche Warzeichen / Argwohn / Verdacht vnd Vermuhtunge vnter-
9 gemeinet haben / atq; hæc indicia † licèt sint arbitraria à judicis arbitrio passim dependentia, utpote de quibus certa regula, vel doctrina certa tradi non possit, quænam propriè & revera ad torturam sufficiant, nec ne? Blanc. *de indic. num.*40. Quia tamen non nihil ea de re statui posse constat, non dubitamus indiciorum materiam, maxima ex parte regulis sequentibus comprehendi debere, ac quidem distribuuntur vulgò indicia: quòd alia sint generalia, alia specialia:

ſpecialia: Generalia ſunt illa, quæ non uni atq; alteri crimini, ſed penè omni- 10
bus delictis applicari poſſunt, quæ inde etiam communia dicuntur: Specialia, quæ uni alicui delicto propriè conveniunt.

Ex illis rurſus alia ſunt, quæ non niſi aliis concurrentibus adminiculis ſufficiunt, alia quorum quodq; per ſe ſolum ſufficit ad torturam, eaq; pauciſſima, *d. conſt. crim. art.* 25. *&* 29. Blanc. *d loc. num.* 45. Zang. *de qq. & tort. cap.* 2. *num.* 15. vide *part.* 2. *cap.* 1. ubi definitionem & diſtributiones indiciorum latius & accuratiùs diſcuſſimus.

CAPUT IV.

DE INDICIIS QVÆ ORIVNTVR EX attestatione unius teſtis.

SUMMARIA.

1. *Atteſtio unius teſtis facit indicium ad torturam.*
2. *Quæ faciunt ſemiplenam probationem in cauſa civili, faciunt indicium ad quæſtionem.*
3. *Teſtis debet reddere rationem dicti ſui per ſenſum corporeum.*
4. *Teſtis non debet verbis ambiguis, vel ſynonimis deponere.*
5. *Teſtis apertè ſibi contradicens mendax eſt.*
6. *Omnis præſumptio habet fundamentum in veriſimili.*
7. *Veriſimile quid & quotupliciter dicatur.*
8. *Confeſſio rei extrajudicialis quomodo ſub tortura examinanda?*
9. *Teſtis unicus debet eſſe omni exceptione major.*
10. *Qualiter concluſio hæc limitetur.*
11. *Vide varia quando teſtis unicus plenam fidem faciat?*
12. *Teſtes ſuper indiciis recepti in puncto inquiſitionis generalis, nihil præſtant.*
13. *Ex proceſſu informativo nunquam ad quæſtionem rectè procedi poteſt.*

EX indiciis generalibus in genere maleficiis † competens prima ſpecies, 1
ſeu primum indicium eſt atteſtatio unius teſtis, qui de actu, vel delicto commiſſo immediatè deponit, *gloſſ. in l.* 3. *C. ad l. Jul. Maj.* Salic. *in l. fin. C. d. qq.* Blanc. *de ind. in l. fin. de qq. n.* 224. *ubi dicit.* Quod quæcunq; faciant † ſemi- 2
plenam probationem, in cauſa civili, eadem pariant indicium ad torturam. At teſtis unicus ſemiplenam probationem facit in cauſa civili, Jaſon. *in l. admon. n.* 66. *ff. de jurej.* Cater. *in pr. crim. n.* 110. Salyc. *in l.* 3. *C. ad l. Jul. Maj. de conſt. crim. art.* 30. Eine halbe Beweiſung ſo einer in der Hauptſachen die Miſſethat gründlich / mit einem eintzigen guten tugendlichen Zeugen beweiſet / das heiſſet vnd iſt eine halbe Beweiſung / vnd ſolche halbe Beweiſung machet auch eine ſtattliche Anzeigung / Argwohn / vnnd verdacht der Miſſethat / aber ſo einer etliche Vmbſtände / Warzeichen / Anzeigunge / Argwohn vnd Verdacht beweiſen will / des ſoll er zum allerwenigſten mit zweyen guten tugendlichen vnverwerfflichen Zeugen thun.

3 Requirere hoc in articulo † videtur constitutio 1. ut testis deponat de actu immediato, ut siquidem rationem per sensum corporeũ rei convenientem & proprium reddat, *d.const.* Car. V. Carer. *in pr.crim.pag.mihi* 45. Alex. *consil.*15.*vol.*1.*n.*6. Quemadmodum enim sola testatio legitimis adminiculis causæ non approbata, nullius momenti est, *l.*3.*C.de test.* Sic nec ipsa causa seu ratio, si rei conveniens non est reddita, neq; etiam à proprio sensu deprompta, quicquam operatur, cui consequens est, non indicium hoc stringere, nisi testes se adserant interfuisse, cum negotium gereretur, præsentesq́; vidisse, quod est sub quæstionis incude, *l.*14. *C.de test.* imò nec tantùm vidisse sed & intellexisse, & sensu, quod proponitur, gestum, corporeo percepisse, *l.* 20.§. 9.*ff.de testibus.* Ergo qui testimonium dicit de delicto, quod tantum in oculos cadit, & rationem sensui contrariam reddit, nihil præstat, ut cum dixerit: Homicidium, adulterium commissum, furtum factum ab hoc vel isto, quia audivit, &c. Debebat quippe vidisse se, quod Titius hominem trucidaret, adulterium furtum faceret, adserere, Mascard. *de prob. vol.* 3.*conc.*1313.*num.*14.
4 Bald.*in c.præterea, ext.de test.* Quinimò testimonium † hoc planum & dilucidum sit, necessarium ducitur, verborum quoq; non captiosorum, non Synonimorum respectu per ætiologiam: quod hæsitatio, incertitudo, dubitatio, absentiam ignorantiam, imò calumniam testis coarguat, ut infrà *cap.*14.
5 Cæterùm qui † apertè sibi contradicit, jam mendacii seipsum constituit reũ, ex altero enim necesse est mentiatur: Quoniam ex regula logicorum, contradicentia prædicata, in uno & eodem subjecto constare nequeant, disparata, ut ait Pet. Ramus, non conveniunt secundum idem, ad idem, & eodem tempore. Blanc. *de indiciis ad d.l.fin.n.*32. ubi dicit. Quod testis omninò su-
6 per verisimili † deponere debeat, in nullâ parte sibi contrarius. Quemadmodum ibidem dicit, quod indicium seu præsumptio habeat fundamentum super verisimili, verisimile autem id est, quod verè videtur simile, non verisimile, quod à vero dissimile creditur, *l.*11.§.12.*ff.de adult.l.fin.ff. quod metus causa.* Bald. *in l. ea quidem, C.de accus.* Innocent. *in c. audivi. de præsumptio.* referens: quòd illa sint verisimilia, quæ magis magisq́; accedunt ad veritatem & fundantur in jure communi: Unde idem Baldus *in l.*10.*Cod.de probat.* indicium dicit esse conjecturam ex probabilibus & nõ necessariis factorum, rerumq́; argumentis, à quibus potest abesse veritas, & non verisimilitudo facti, quæ quandoq; mentem judicantis perstringat, cogatq́; conscientiam ju-
7 dicis judicare juxta ipsam *l.*1.*ff.de qq.* Aliâs verisimile † dicitur tripliciter 1. cum testis deponit ea, quæ consonant juri communi, Blan. *de indic.de loc.* 2. Vel, quæ consonant rationi. Baldus *in l. qui accus.* 4.*C.de edend & l.*18. *C.de test.* 3. Cùm modos & circumstantias facti enarrat. Bald. *de loc. Idem in l.*1.*qui & advers.quos in integ.rest.&c.* dicens: Quod ad corroborandam hanc semiplenam probationem in verisimilibus positam, sacramentum deferatur te-

stibu s

ſtibus, idem *c. 1. de confeſſ.* Unde & hoc etiam ſequitur, ut quanquam confeſ-
ſio extrajudicialis non præjudicet reo † ad infligendam quæſtionem: Si ta- 8
men veriſimilis ſit, cogi debeat ad perſeverandum in ipſa, cum torturæ mo-
dulo, *arg. l. 54. ubi Dd. ff. de ædil. edicto.* Blanc. *de loc.* pertinent huc communes
juris regulę: Ut quæ veriſimilia non ſunt, ſpeciem veritatis nō habeant: Item
veritas ex ſe, ſive ex relato aliquo conſtet, perinde ſit, Blanc. *d. loc. n.* 38. Por-
rò exigit † conſtit: Ut teſtis ille unicus omni exceptione major ſit. Socin. Se- 9
nior. *conſil. 54. lib. 3.* Clarus *in pr. crim. § fin. q. 2. conſtit. crim.* Carol. V. *art. 66.*
ibi: Genugſame Zeugen ſeind die vnverleumbdet vnd ſonſten mit keiner recht-
mäſſigen Vrſachen zuverwerffen ſeynd / adeò ut minima exceptio vel defe-
ctus teſtis non faciat indicium de quo jam agitur. Alexand. *conſil. 14. volum. 2.*
Carer. *in pr. crim. §. quæ autem, n. 3. pag.* 47. quanquam non pauci adſtruant,
defectum non nocere teſti, ſiquidem reus vir ſit famoſus, zu welchem man
ſich der begangenen Miſſethat wol verſehen möchte / Brun. *de ind. q. 3.* Carer. *d.*
loc. n. 4. qui levitatem vitæ ad hunc effectum ſufficere autumat, fruſtra reni-
tente Cyno *in l. fin. C. de quæſt.* indicium hoc pro pleno indicio haud agno-
ſcente, niſi concurrentibus indiciis, cujus ſententia communiter eſt exploſa,
cumprimis ſtringente conſtitutione noſtrâ criminali in prædicto articulo.
Extenditur à quibuſdam hæc conſtitutio, ut mandatarii relatio vel nomina-
tio plenum inducat indicium contra mandatorem, quoties is exceptione o-
mni major ſit, vide Carer. *d. loc. num. 9.* ſed quorſum hæc ſententia? quî omni
dicetur exceptione major homicida, qui ex mandato occidit hominem? quî
ſociorum nominatio plenum inducat indicium? qua de re infrà. Abſurda eſt
igitur hæc ſententia. Hoc conſtat, teſtem non omni exceptionem majorem,
nec indicium præſens efficientem, non repelli quoad idem indicium, con-
comitante indiciorum ſubſidio, ſtringentibus indiciis aliis, iisq; etiam pro-
batis, Carer. *d. loc.* Alex. *lib. 1. conſil. 51.*

Ex quibus infertur, ut † ſiquidem teſtis à teſtimonio dicendo ſaltem pro 10
parte vel cauſa etiam leviori repellatur, ut domeſticus, agnatus, amicus, de-
functi, ſive accuſatoris, *l. 21. ff. de teſt.* fidem in præſentiarum ad infligendam
torturam non faciat, Ludov. Carer. *in pr. crim. pag. mihi 45. ibi: teſtis de viſu*
non omni exceptione major indicium non facit: tantùm abeſt, ut infamis, perju-
rus, hæreticus, bannitus ad teſtimonium dicēdum in rebus tantis judicii jure
admittantur, *l 3. l. 12. ff. ibid. l. 19. ff. de teſtib.* eorumq; de viſu relatio quicquam
inferat indiciorum, qua de re infrà dicendi locus erit oportunior, niſi alia in-
dicia concurrant, faciantq; adverſus reum de patrato delicto præſumptiones
probabiles, Bald *conſ. 427. v. 2.* Menoch. *de præſ. c. 9.* Porrò principis alteriuſ-
que ſtatus jura majeſtatis uſurpantis reſcripto vel conſuetudine antiquâ in-
troduci poſſe, certo in loco imperii, ut credatur teſti unico, perſonæ egregiæ
& gravi tradit Tiraquell. *in tract. de reb. mod. verſ. ſecunda ratio, &c.* cum pluri-

bus ibidem citatis, adeò quidem, ut testi parùm idoneo respectu domesticitatis, agnationis vel familiæ hac in re quoq; credatur, indicia plena inde fiant, Tiraquell. *d.loc.* Carer. *d.loc.pag.64.ibi: testes magnæ authoritatis:* prout in genere haud est adeò inconveniens, præter illa requisita fidem facere plenariam, testem unicum, uti in causa defensionis necessariæ, Cravet. *cons.2.nu.16.* Mascard. *de prob.concl.491.* Carer. *d. loc. ibi: pro reo probant ad defensam, licèt causam non reddiderint.* Autor anonymus *in addit. ad tr. Cunradi Hartz de inquisit. in caus. crim. jurid. instit. conclus. 6.nu.13. vers. quinimò tantus.* omnium eorumq; probatione actuum, qui difficilioris sunt probationis, Bart. *in l.1.§. fin. ff. de V.O.* porrò in causa possessoria, Bart. *in l.1.C.quor.bon. l.2.C. ubi in rem act.* Alex. & Dd. *in l.fin.C.de edict. divi Hadr. tollend.* Bellon. *cons.35.num.6.* pro-
11 batione confessionis † per pœnitentiam factâ, Felin. *in c. veniens, gloss.1.n.18. ext. de testib.* denunciatione officialis, fiscalis vel apparitoris referentis, ea quę ad officium suum spectant, Felin. *d.loc.* probatione vel interpretatione alicujus scripturæ, cujus sensus non est planus, *d.l.1.§ fin. ubi Bart. ff. de V.O.* in casu læsionis minorum, Gabriel. Roman. *de test. concl.1.lib.1.num.4.* in causa minoris summæ, Spec. *de test.§. restat, rubr. de num. test.* refert casus ejusmodi 30. quo lectorem remitto, adde Farin. *de testib. lib.1.tit.6.q.63.c.1.2.3.* non negligendum hic erit, ut discernatur subjecta materia; quæ est præ manibus. Et-
12 enim cùm de fide unius testis quæritur † etiam de visu deponentis, relatio hæc nihil præstabit in causa inquisitionis generalis parte non citata, *l. si quando, C. de testib.* imò si testes fuissent mille de indiciis deponentes, Carer. *cit. loco, pag. 46.* & dicit, & hæc quandoq; limitari posse statutis, uti in regno Neapolitano quatuor testes de visu deponentes in puncto generalis inquisitionis plenè probant, si sint omni exceptione majores, si pauciores indicium faciant in puncto indiciorum parte citata. Hinc Paradoxon vulgare: Quod ex
13 processu † informatio non possit rectà procedi ad quæstionem, Paris de Put. *in tract. synd. in verb. tortura,* Carer. *d. loc. num. 15.* & quod testium quæstioni subjugatorum depositio vel confessio etiam ratificata, indicia nulla producat. Idem *d.loc.* sed de confessione ejusmodi capite sequenti.

CAPUT V.

DE INDICIIS, QUÆ EX CONFESSIONE CORAM judice incompetenti, vel extrajudicialiter facta, oriuntur.

SUMMARIA.

1. *Confessioni in judicio, vel extra judicium facta, præsente parte, facit indicium ad torturam.*
2. *Confessus revocare potest confessionem, quod in minore ut plurimum locum habet.*
3. *Fallit, si alia adhuc restant indicia adversus reum. (subsistat.*
4. *Quæ requirantur, ut confessio ejusmodi*
5. *Con-*

5. Confessio extrajudicialis probari debet duobus ad minimum testibus.
6. Super verisimili fundari debet depositio hac duorum testium.
7. Refertur exemplum pro declaratione proximè antecedentis maxima.
8. Recensentur communia, de confessionibus axiomata juris & requisita aliquot ad fundandum hoc indicium.

CÆterùm aliud † indicium est, quod oritur ex confessione coram judice 1
incompetenti, vel extra judicium parte præsente facta, Blanc. *de indic. ad*
l. fin. ff. de qq. num. 204. Menoch. *de præsump. q.* 89. *n.* 14.
Etenim placuit etiam in causa civili facere extrajudicialem confessionem semiplenā probationem, Matth. de Afflict. *in decis. Neap. decis.* 12. Quod
hactenus † verum est, nisi reus confessionem eandem postea in judicio revo- 2
caverit, Bald. *in l. un. num.* 90. *C. de conf.* Anton. Gabr. *Rom. conclus.* 1. *lib.* 1. *tit.*
de confess. nec præterea † indicia quædam militarint adversus confessum, Me- 3
noch. *d. loc.* Zang. *de q. & tort. c.* 2 *nu.* 42. Matth. de Afflict. *decis.* 208. ubi quod
minor confessionem sub tortura absq; curatoris autoritate factam, revocare
possit, petendo restitutionem in integrum, *const. crim.* hac de re sic disponit,
art. 32. So einer wie vor von gantzer Beweisung gesagt ist / gnugsam vberwiesen wird / daß er von jhm selbst ruhmbs oder anderweiß vngenöhtigter ding gesagt hette / daß er die beklagte vnd verdachte missethat gethan / oder solche missethat für dero geschicht zuthuen gedrohet hette / vnnd die That auch darnach in kurtzer Zeit erfolget were / vnd es were eine solche Person / daß man sich derselben That zu jhr versehen möchte / wird auch für redlich anzeigung der missethat gehalten / vnd ist Peinlich darauff zufragen.
Præter cætera hic † requiritur 1. ut confessio specificè facta sit, neque
enim sufficit, si confessus dicat se homicidium, furtum commisisse, nisi expri- 4
mat etiam, quē occiderit, cui furtum fecerit. Gomes. 3. *resol. c.* 13. Quod ipsum
eadem constit. quoq; tangit ibi, daß er die geklagte oder gedachte Missethat gethan. 2. Ut confessio talis probetur duobus ad minimum testibus, qui regu-
lariter † desiderantur, quotiescunq; indicium remotum probari debet. Bart. 5
in l. fin. C. famil. hercisc. Blanc. *d. loc. n.* 26. *const. crim. artic.* 30. *ibi.* Aber so einer etzliche Vmbstände / Warzeichen / Angeigunge / Argwohn / oder Verdacht beweisen will / das soll er zum allerwenigsten mit zweyen guten vnverwerfflichen Zeugen thun / quanquam in causa civili, unicus testis & confessio extrajudicialis duobus testibus probata, plenè probet: ut docet Bart. *in l. admonendi. de jure jur.* quem refert Matth. de Afflict. *decis.* 337.
3. Ut confessio super verisimili † fundetur ut in capite antecedenti, 6
verbi gratia: Repertus est adulterii diffamatus in domo, aut loco, maleficio
convenienti, suspecto tempore, cujus subsequens adulterii temeraria confessio omninò stringit, nempe propter verisimilitudinem, quia in domo adulteræ latitavit, Bald. *in l. clavum, C. de auct. præst.*

Perti-

Pertinet hic temeraria illa confeſſio extrajudicialis latronum & occiſorum Poëtæ Ibici, unde diverbium, *οἱ ἰβύκου γέρανοι* (cujus Poëtæ toties meminit Horatius & Cicero 4. *Tuſculan. quæſt.*) quod dici conſuevit, quotiens ſceleribus novo quodam & improviſo caſu proditis, ſcelesti pœnas dant iis, quos læſerant. Id ex hujuſmodi quodam eventu natum memorant. Ibicus Poëta quidam cum in latrones incidiſſet, jam occidendus, grues fortè ſuper volantes, obteſtatus eſt. Aliquando poſt tempore, cum iidem latrones in foro ſederent, rurſumque grues ſupervolarent, per jocum inter ſe ſuſurrabant in aurem. *Αἱ ἰβύκου ἔκδικοι πάρεισιν*, id eſt: Adſunt Ibyci ultores, eum ſermonem aſſidentes in ſuſpicionem rapuerunt, maximè deſiderato jam pridem Ibyco. Rogati quidnam ſibi vellet ea oratio, hæſitanter atq; inconſtanter reſponderunt, ſubjecti tormentis facinus confeſſi ſunt. Atque ita velut gruum indicio pœnas Ibyco dederunt, ac potius ſuo ipſorum indicio, ut dicitur, perierunt. Hujuſmodi fermè Plutarchus in commentario de futili loquacitate recenſet, & meminit hujus Adagii Auſonius ibi:

Ibycus ut periit, vindex fuit altivolans grus.

Et extat hac de re Epigramma Græcum à Petro Ægidio latinè ita reſolutum:

Quodnam ad deſertum venientes Ibyce littus.
Vitam prædones eripuere tibi.
Sæpe gruem nubem imploranti, quæ tibi teſtes
Advenêre necis quum morerere tuæ.
Attamen haud fruſtra ſiquidem clangore volucrum
Siſyphio cædem, eſt Eumenis ulta ſolo.
Latronum genus heu cupidum lucri atq; rapinæ,
Cur vos nequaquam terruit ira Deum?
Quando nec Ægiſthus vatem qui occiderat olim,
Atrarum occurſus fugerat Eumenidum.

7 4. Ut non ſit Errata confeſſio † Maſcard. *de probat. conc.* 378. cùm error veritati præjudicet, *l. calcularii, ff. de adm. rer. ad civit. pertin.* qui nec ſuſtentat decretum indicis, adeò ut in individuis utile per inutile vicietur. Vergin. de Bocat. *de interd. uti poſſid. c. 6. n.* 14. Wilhelm. Antonii *in tr. de reſcript. morator. concl.* 48. *n.* 112. quanquam in facto proprio ſanæ mentis compos rarò vel nunquam errare præſumatur, *tot. tit. ff. de juris & facti ignor.* aliâs error juris dubii, error juſtus dicitur, & veluti ignorantia facti alieni excuſatur, *c. cum dilectus. de conſuet.* Anton. Quetta *conſ.* 55. *in fin.*

5. Ad validitatem hujus indicii requirit Carer. *in pract. crim. in* §. *ſeptimum indicium, pag. mihi* 59. ut teſtes de hoc indicio deponentes recipiantur citatâ parte adverſa, ut non ſufficiat examen per informationem accuſatore præſente.
8 Alias † extendi ſolet indicium, ut ſtringat confeſſio facta coram Notario judicii judice abſente, vel coram judice non in figura judicii, *gloſſ. in*

l. jube-

l. jubemus, C. de liberali cauſ. qui actus videtur importare plus, quam mera cõfeſſio extrajudicialis, Bart. *in l. cum ſcimus, C. de agric. & cenſit.* Cautelam hic docet Bald. *in l. 1. C. de confeſſ.* Ut confeſſor confeſtim revocet prætextu erroris, cum nemo præſumatur jactare velle proprium ſanguinem, ſe vitamque ſanæ mentis in diſcrimen deducere, *arg. l. liber homo, ff. ad L. Aquil.* quæ revocatio & hoc præſtat, ne reus errorem docere teneatur, Bald. *d. loc. vide ſupra, n.* 1. ego vix tutam arbitror cautelam, quæ fovet ſuſpiciones craſſas. Porrò cõfeſſio judicialiter facta vel coram incompetenti, ſi fuerit acceptata, omninò ſtringit, imò ſi non ſit acceptata non eſt inſtar follis, qui emiſit ſpiritum. Confeſſioni ſtandum eſt donec contrarium probetur, *l. publica in fine, ff. depoſit. l. cum de indebito, §. fin. ff. de probat.* Vide prolixè Alex. Trentacinq. *lib. 2. var. reſolut.* 1. *de confeſſis, pag.* 292.

6. Ut confeſſor perſeveret in confeſſione quam fecit extra judicium, vel coram judice incompetenti: Et ſanè cur perſeverare non tenebitur, qui ex confeſſione non revocata vel revocatâ at nulliter factâ, indicio hoc ſemel fuit conſtrictus? Hinc eſt, quod vulgò tradunt Doctores teneri, confeſſorem retinere confeſſionem ſuam etiam ſub ipſa quæſtione, Carer. *d. loc. num.* 13. *pag.* 55. aliâs confeſſio jurata irrevocabilis eſt, Capic. *deciſ.* 179. Felin. *in c. olim. de reſcript.* & quæ fit coram fiſcali vel Syndico maleficiorum extra judicium, Innoc. *in c. at ſi clerici. de judic.*

7. Ut non ſit facta confeſſio calore iracundiæ. Carer. *d. loc. pag.* 56. is enim quem ira aut dolor occupat, prope eſt, ut ſit furioſus, eſtq; veluti extra ſeſe, ſuæq; mentis non compos, Terent. *in Adelph.* ibi: *vix ſum compos animi, ita ardeo iracundia.*

Impedit ira animum, ne poſſit cernere verum.

Vide Tiraquell. *de pœn. cauſa.* 1.

8. Non facta ad effectum, vel intellectum illum, quem ex dictis adverſarius detorquet, *gl. in auth.* item poſſeſſor, *C. qui pot. in pign. habent*: hinc dicimus: quod quiſq; ipſe ſit interpres verborum ſuorum, non adverſarius, quo pacto demum proferentis animus eſſet declarandus, error detegendus, *per ſuprà deducta.*

CAPUT VI.

DE INDICIIS, QVÆ EX INVENTIONE RERVM & forma veſtigiorum accuſati in loco delicti commiſſi oriuntur.

SUMMARIA.

1. *Ex inventione rerum præſumitur delictum commiſſum.*
2. *Crepida Empedoclis ad radices Ætnæ montis inventa indicia defuncti Empedoclis.*

3. *Hattonis*

3. Hattonis I. Episcopi Moguntini corpus à diabolo in voragines Ætnæ montis abjectum.
4. Describitur sævitia Papæ Urbani in Conradum ultimum Sueviæ ducem.
5. Vestigia & pedum formæ indicia sunt ad torturã, quod exemplis illustriorib. declaratur.
6. Refertur exemplum Heidelbergense.
7. Quid si reus ipse in loco suspecto reperiatur?
8. Si reus inventus fuerit in loco delicti commissi vel saltem paulò ante vel post delictum perpetratum visus ibidem fuerit, indicium ad torturam est.
9. Qui malè agit, lucem fugit.
10. Ex vestigiis luporum & vulpium præsumitur præsentia ferarum bestiarum.
11. Factum tempore noctu suspectum est.

1 PRæterea indicium est, siquidem † res aliqua in loco delicti commissi relicta est, quæ demonstratur ad accusatum vel delatum reum pertinuisse, ex inventione enim rerum earum, præsumitur delictum commissum ab eo, cujus res esse dicitur. Hyppol. de Marsil. *consil.* 8. & Blanc. *de ind. d. loc. fin. n.* 427. exemplo sunt baculi, annulus & armillæ Judæ, *Genes.* 38. Empedoclis crepidæ, in Ætna repertæ, Empedocles enim Agrigentimus Pythagoricus im-
2 mortalitatem † affectans injecit se in flammas montis Ætnæ, quod ejus crepidæ, quos flamma eructaverat, prodiderunt, refert Diogenes Laërt. *l. 8. de vita Philos.* & Horat. *in arte Poët.*

——— Deus immortalis haberi
Dum cupit, Empedocles, ardentem frigidus Ætnam
Insiluit, &c.

Lucian. *in Menipp. pag. mihi* 64. *ibi: sum Empedocles ille Physicus, etenim ubi me præcipitem in Crateras injecissem, fumus ab Ætna raptum huc subvexit, itaq; nunc lunam incolo aëri vagus ac rore victito.*

3 De Hattone I. Moguntiæ † Episcopo referunt historici, quod cùm corpus ejus in Ætnæ montis voragines præcipitatum fuisset, Wolff. *l. lect. mem. cent.* 12. *pag.* 334. & res ejus in vicinia montis repertas, & in aëre auditas voces:

Sic peccata lues, sicq; ruendo rues.

Pertinet huc quoq; annulus Conradi ultimi Ducis Suevici, qui etsi indubitatus hæres regni Siciliæ erat, tamen Papa Urbanus id ei iniquissimè abstulit. Cùm enim Conradus in prælio victus mutata veste Pisas navigare vellet, & pecuniam non haberet, annulum manu extractum piscatori dedit. Hìc
4 cùm † quibusdam ostendisset, & de valore interrogasset, Cunradini esse cognitum fuit: quare Carolus capto eo & tradito sibi à Pontifice consilium petiit, quid cum illo ageret? Cui Papa respondit: Vita Cunradini mors Caroli: Mors Cunradini vita Caroli. Locus igitur paratus in publico, & præsente Carolo sententia fuit lata, Cunradinum quoniam pacem Ecclesiæ perturbâsset, regium nomen sibi falso assumpsisset, Regiq; ipsi mortem intentâsset, morte damnandum. Contra quam sententiam Cunradinus Latinè respondit: Serve Papa, &c. Itane filium Regis damnâsti? An nescis neminem in eum, qui sibi par est, imperium habere? Deinde negavit se ullam Ecclesiæ

injuria-

injuriam unquam inferre voluiſſe, ſed tantum recipere regnum, quod ſibi deberetur, & injuſtiſſimè fuiſſet occupatum. Pontifex intereà Gallorum Regi victoriam hanc annunciat, congratulatur, & in fine Epiſtolæ ſubjungit: pro tanto ergo beneficio devoti filii animus in jubilum ſupernæ laudis lætanter exſurgat: Ex cũjus ſepulchro adhuc emanare hodie humorem quendam, nec arceri poſſe, refert M.Cruſ.*in annal.temp.interr.Pap.*188.*Clem.*4.

Ad rem præſentem † facit, ſi forma pedis ſeu veſtigia, quæ inveniun- 5
tur in terra humida ejus loci, ubi delictũ commiſſum eſt, correſponderunt formæ pedis accuſat vel delati rei, Menoch.*5.præſ.*31. Bald.*conſ.*427.*volum.*1. Zang.*de qq.num.*36. Sic Einhardus Archi-Capellanus Caroli Magni, & gener Imperatoris tandem factus, ne per veſtigia pedum virilium, quando in ſilentio noctis filiam Cæſaris in cubiculis viſitâſſet, agnitus proderetur, ab amica dorſo deportatus eſt per palatium nive dealbatum, Wolff.*lect.memb.cent.*8. *pag.*208. Eodem modo ne Clericus amator proderetur veſtigiis pedum, à ſorore Henrici per nivem dorſo extra aream tranſportatus eſt. Quod factum videns de feneſtra ipſe inprimis noctu tacendo diſſimulavit, donec ſedes Epiſcopalis prima vacaret, ad quam promovens Clericum dixit: Accipe Epiſcopatum, & vide ne amplius equites in dorſo mulieris, & vacante Monaſterio ſororem promovit, dicens: Accipe Abbatiam, & vide ne unquã portes Clericum equitantem, vide eundem *lib.*25.*hiſt.c.*10.

Sed quid ſi reus objectam culpam, ſuſpiciones & indicia purgare, & præſumptione contraria elidere poſſit? Reſp. Quod omninò audiendus ſit, neque enim in rebus tanti momenti ad quæſtionem temerè properandum eſt, ut ſuo loco *de prob.ind.* Menoch. *de arb.jud. lib.*2.*caſ.*472. neque etiam ad nudam traductionem, rumore falſo & auhore incerto, vel invido inimico, calumniatore ſubortam diffamatus confeſtim in vincula eſt conjiciendus. Unde illud: Si calumniari ſufficit, & accuſare ad condemnationem: ecquis innocens erit? adeò, ut ipſe Imperator ingenuè fateatur, ſe inaudita cauſsâ neminem condemnare poſſe, *l.*1.*C.de lgat.*

Quinimò ecquis unquam dubitavit, etiam viros optimos à malevolis uſque diffamatos, ut in periculum famæ & vitæ inciderent. Cùm enim virtute nullâ præditi obrodere bene merentes ideò conantur, quoniã ipſi propter ignaviam & malitiam pertingere nequeunt virtutis & honoris ſcalam, mordent bene merentes fictis & ſparſis criminibus, tanquam ignavi canes nec feris ſe objicientes propter timiditatem, vel catenis incluſi allatrant, accuſant, & cùm poſſunt, corradunt & mordent, Platin, *in vita Steph.*6.

Porrò ad hæc indicia pertinet enſis, ſclopeta, ſecuris, in loco vel vicinia, ubi homicidium commiſſum eſt, reperta.

Vidimus † Heidelbergæ duos, qui comitem occiderant itineris criminis 6
conſortes, Græcos natione, profeſſione Clericos Anno 1616. quorum alter

ſecurim emerat in oppido, ubi pernoctâſſent, à quo non procul repertum
erat cadaver humanum, unà cum ſecuri ſanguine tinctâ, quæ res, quia indi-
cii ſpeciem præ ſe ferret, nõ obſcuram, prædicti duo diffamati capti, & ſpon-
te delictum confitentes, ſupplicio affecti capitali ſunt, quorum alter decol-
latorum, cùm in terram genua flectere nollet, ſtabat aliquandiu ſupinus
priuſquàm decideret, *conſt. crim.* ita hunc decidit articulum, *art. 9.*

So einer in Vbung der That / etwas verleuſt / oder hinder jhm liegen/
oder fallen läſt / daß man hernachmals finden vnnd ermeſſen mag / daß es des
Thäters geweſen iſt / mit Erkündigung / wer ſolches am nechſten / vor den Ver-
luſt gehabt hat / iſt Peinlich zu fragen / vorgenommen werden / ꝛc. Sed quid ſi
quod plus eſt, reus in loco ſuſpecto, & ad delinquendum expedito, ipſe reper-
tus, & deprehenſus fuerit, *vide l. 16. §. 4. d. pœn.* Carrer. *in pr. crim. n. 235. conſt.
crim. art. 25. ibi.* Ob die verdachte Perſon an gefährlichen Ortern / zu der That
verdächtig gefunden würde / ꝛc. Quod hactenus verum eſt, modò argumen-
ta, ad indicia ejuſmodi concurrant, quæ reus probabiliter elidere atq; pur-
gando ſe, declinare non valeat, quâ de re, ſuo loco, cui ſimile eſt, ſi Reus in
8 loco perpetrati criminis, tempore eodẽ, quo commiſſum † delictum eſt, an-
te vel poſt viſus fuerit, Clarus, *q. 21. conſt. crim. car. & art. 25. ibi:* Ob auch ein
Thäter in der That / oder dieweil er auff dem Wege darzu oder davon geweſt /
geſehen worden / vnd im Fall / ſo er nicht erkandt were / ſo ſoll man Auffmerck-
ung haben / ob die verdachte Perſon / ein ſolche geſtalt Kleider / Waffen / Pferde /
oder anderſt habe / als der Thäter obbemelter maſſe geſehen worden. Quò per-
tinet, cùm quoties flagitium dicatur noctu commiſſum, & inventus aliquis
fuerit eo tempore, in loco perpetrati recentis delicti, præſumptio inde ſub-
9 oriatur, cùm tenebræ † comparatæ ſint ad malè agendum, Bald. *conſil. 427.
vol. 5.* ubi dicit, quòd ſicut veſtigia pedum recentia arguunt luporum & vul-
pium præſentiam, ita ambulationes nocturnæ in loco ſuſpecto, & cum per-
ſonis ſuſpectis, faciant ſuſpicionem & indicium ad torturam. Alludit com-
10 mune † juris brocardicum: quod factum tempore noctis, ſuſpectum ſit, *l.
6. §. 1. de his, qui effud. gloſſ. & Dd. in l. 8. ff. de feriis,* Baldus *in leg. 19. C. de uſuris.*
11 Salic. *in l. 20. C. de tranſact.* Alex. *conſil. 103 volum. 1.* & qui malè † agit, lucem
fugiat, *cauſa 17. q. 2. & c.* conſuluit. *de offic. deleg.* Tiraquell. *de pœn. cauſa. 11.
n. 12. & cauſa 22. n. 71.*

Ut jugulent homines, ſurgunt de nocte latrones.

Vide part. 3. cap. 2 & part. eandem de indic. latrocinii, hæc fuſiſſime pertractata.

Relatum eſt modo exemplum ſalibus jocisq; plenum de Einhardo Ca-
pellano Caroli M. filiam Cæſaris adamante, ac noctu à puellâ per palatium
tranſportato, quod facinus pedum menſuræ ac veſtigia prodiderunt, vide Jo-
han. Wolff. *tom. 1. lect. memor. pag. 210.* Theod. Petræ. *in concl. crim. concl.
195.* Franciſc. Caſon. *de ind. c. 5.* ubi dicunt: quod reus ad locum, ubi veſtigia

adhuc

adhuc conſpicua ſunt, ducendus ſit, & ſiquidem ea correſpondeant pedi, indicium inde generetur, Maſcard. *de probat.1.q.8.n.25.* refert, furem ruſticum ex convenientia & comparatione ſpacii dentium, & intervalla corticis peponum furto ablatorum, fuiſſe manifeſtatum. Petre. *d.loc.* Carer. *in pr.crim.p.65.*

CAPUT VII.

DE INDICIIS, QVÆ EX FAMA ORIVNTVR.

SUMMARIA.

1. *Fama Indicium eſt ad torturam.*
2. *Qui ſemel malus, ſemper præſumitur malus.*
3. *Sola & nuda fama ſine indiciis concurrentibus non eſt ſufficiens ad torturam indicium.*
4. *Fama fallit & mentitur, quod illuſtrioribus exemplis declaratur.*
5. *Nullitas ſententiæ Pilati Chriſtum ſalvatorem condemnantis oſtenditur.*
6. *Famæ principium probè attendendum.*
7. *Omne & quodvis indicium in veriſimili radicem habet.*
8. *Fama vehemens requiritur ad hoc indicium fundandum.*
9. *Non fama ſed probatio famæ indicium parit.*
10. *Teſtis de fama deponens cauſam famæ recenſere tenetur.*
11. *Fama in qua ſpecie probanda?*
12. *Fama in cauſa ardua civili non ſufficienter probat.*
13. *Qualiter teſtes de auditu probent.*
14. *Fama in antiquis probat.*
15. *Cautela de recipienda probatione ſufficienti famæ.*

CUm fama frequens † vehemensq́; contra reum, commiſſi criminis ergò, ſpargitur & ſpirat, diffamato nonnunquam & antehac eodem vel diverſo delicti genere coinquinato, indicium quæſtioni ſubſternitur, Carer. *in pr.crim.pag. mihi* 48. Gandin. *de qq.verſ.de unoquoq;, &c.* Qui enim ſemel malus, ſemper præſumitur malus: 1

Quo ſemel eſt imbuta recens ſervabit odorem
Teſta diu, &c.

Cum à præteritis ad † præſentia, à præſentibus ad futura probabiliter 2 inferatur, Eberh. à Midd. *in top. in loc. à temp.ad temp.* præſentes ſunt ſemper præteritio & futuritio, ait Alphonſ. Toſtat. *in Joſ.tom. 2.n. 61.conſtit.crim. Car.V.art.25.* nec verò, uti infrà dicetur, ſola loquax fama ſine aliis indiciis indicium † pariat, *gloſſ. &* Bald. *in c. veniens ext. de teſtib.* Blanc. *de indic.n.313.* 3 Maſcard. *volum. 2.concl.754.* Quandoquidem experientia rerum magiſtra ſatis ſuperque comprobaverit & comprobet, famam ut plurimum mendacem fallacem, ac tunc quidem cum nonnihil veri inter miſcet, omninò exiſtere, Tertull. *in apolog.quodam, c.7.* quæ alibi res fragilis pernitioſa, & ut maximè ficta & tranſmiſſa ab iis cenſetur, qui nocendi cupiditate flagrant, atque ſic deſiderant de homine eſſe uti † fama loquitur, Gandin. *in tit.de qq.n.39.* 4 *verſ.eſt enim fama, &c.* Hinc Virgil. in Ætna.

Hæc est mendosa vulgata licentia famæ.

Et in Ecloga 6.

Quid loquar? aut Scyllam Nisi, quam fama secuta
Candida succinctam latrantibus inguina monstris.

Cùm tamen probè constet, Scyllam illam non Nisi sed Phorci filiam reverà fuisse, Tiraquell. *de pœn. caus.* 27. *n.* 4. hinc Hieron. *ad Ruffin.* multum, inquit, in utramq; partem crebrò mentitur fama, & tam de bonis mala, quam de malis bona falsorum ora concelebrant. Quapropter tritum illud juris brocardicum hic altâ mente repostum esto: nempe vanas populi voces curãdas non esse, *l.* 12. *C. de pœn.* non vocibus, Impp. rescribunt, *d. loc.* eorum credi oportet, quando aut noxium † crimine absolvi, aut innocentem condemnari desiderant: quod si vel obiter attendisset Pontius Pilatus, Palæstinæ Præses, non Christum Messiam ob solam Judæorum vociferationem & diffamationem ab inimicis & incredulis profectam, tam nulliter & iniquissimè condemnasset. Tiraquell. *de pœn. caus.* 46. *n.* 2.

5

Neque cum Farinacio 1. *quæst.* 55. hic requirimus, utrum diffamatus sit infimæ sortis humanæ, nec ne? Sufficiat famam etiam contra viros fortunæ amplioris probari, cùm error in virum egregium æquè ac plebejum cadere possit. *Errare quippe humanum est,* juxta Comicum. Hinc Crates Thebanus, de quo *in c. Crates.* 12. *quæst.* 2. dicebat: Possibile haud esse inveniri, qui lapsus non sit, veluti in malo punico granum aliquid putidum est, nemo ergo est, ait Tiraquell. *causa* 44. *num.* 64. adeò absolutus, consummatus, perfectus, ut non alicubi erret, suiq; aliquando dissimilis appareat.

6 Porrò si famam † in abstracto consideres, alia juris ratio dictitat, cur eam non nisi à viris honestis, & fide dignioribus progressam esse oportere dicamus ad hoc, ut probet & convincat fama reum, quod infrà planius faciemus, *cap. qualiter, de accusat.* Bald. *in l.* 10. §. 5. *ff. de qq.* proinde Constitutio criminalis Caroli V. *art.* 25. *ibi:* soll solcher bösen Leumuth nicht von Feinden vnd leichtfertigen Leuten / sondern von vnpartheilichen redlichen Leuten kommen / etc. nisi delictum commissum tamen ita comparatum sit, ut fama originem trahere non possit, nisi à viris levioribus, utpote consortibus & complicibus ejusdem delicti, aliisq; hominibus fortunæ tenuioris, qui citius publicè delinquentes, quàm viri honestiores offendere & conspicere poterant, ut est maleficium in lupanari vel popina publicâ commissum, Salycet. *in l.* 8. *C. de accusat.* Qua in parte judex circumspectè acturus est, siquidem probè inquirat in causam, aliaq; delicti ejusdẽ indicia & annexa adminicula. Omne
7 siquidem indicium † in verisimili radicem figere debet, *cap. quia verisimile, ext. de præs.* ut si qui capiuntur rei, dicant: Actum est de me: Si valedicant amicis jam pridem capti. Si supplicium de seipsis postulent conscientiæ œstris perciti, si dicant, veritatem libenter fatebor, si lachrimas effundere nequeant

& ocu-

& oculos in terram defigunt, aut terribiles deformesq́; vultus habeant, vel si in sagis signa corpori impressa reperiantur, Zanger. *de qq. & tort. cap.* 2. quâ de re infrà in capite de Physiognomia commodior dicendi locus erit. Equidem vero verius est, quod toties inculcavimus: idem unumque indicium perrarò vel nunquam quæstionem producere, capturam non torturam, indicium unum, nec ex omni parte probatum proferre, qua de re etiam alibi opportunius. Dixi in principio hujus capitis famam vehementẽ esse hîc oportere, ubi vehementer hallucinatur Marsil. *in singul.* 97. existimans famam vehementem sufficiens indicium præbere, quod an constare possit, infrà quoque ap-
parebit. Sed quæ fama † vehemens dicatur, propriè disquiri solet? Menoch. 8
arbitrio judicis decidendam committit definitionem famæ vehementioris, cui nos subscribimus, Menoch. *de arb. jud. cas.* 261. *nu.* 2. in eo quoq; similiter Menoch. repudiamus, *d. loc.* quod famam vehementem & frequentẽ sufficiens indicium quæstioni parere statuat. Famam simplicem & particularem, quod attinet, eam cum Menochio non prorsus rejicimus, sed inter indicia, judicem ad inquirendum commoventia, meritò statuimus, qua de re suprà *cap.* 2. & 3.

Meminisse verò hîc † cumprimis oportet, non tam famam, quàm fa- 9
mæ probationem hoc in loco spectandam esse, neque enim fama cum effectu juris fama revera dici potest, quæ, ut convenit, probata non est, qua in parte consideranda est persona testis & testimonii forma. Personam testis quantum concernit, ea non debet esse ex numero eorum, qui regulariter nec in genere, nec specie contra reum possunt testimonia perhibere, prout in genere à testimonio dicendo arcentur personæ plures, quas prolixè recenset Speculator *lib.* 1. *p.* 4. *de teste* & versiculis hisce sequentibus comprehenduntur:

Conditio sexus, ætas, discretio, fama
Et fortuna fides in testibus illa requires.

Vel sic translati:

Judice damnatos infamia reddit ubiq;,
Quod vi diripiturq́; injuria, furta dolusq́;
Actio mandati, tutelæ, depositiq́;
Directi, sed pro socio communis habetur.

Nepos de Monte Albano *in tr. de testib. n.* 27. *c.* 1. In specie repelluntur hic testes inimici hostesq; capitales reorum, & à quibus ipsis fama sparsa quodammodo dicatur Paul. Paris. *consil.* 104. *vol.* 1. *n.* 160. invidi & latentes inimici paulatim ungues leonis ostendentes. Ut enim scopuli marini, qui sub aquis latent, illis, qui apparent & in conspectu eminent, navibus multò sunt nocẽtiores; ita occultę inimicitię majora damna dare solent. Eucill. *in antholog. lib.* 2.

Formam testimonii quod attinet, eam sic comparatam esse oportet, ut
testis juratus dicat, [1] se audivisse à majori parte populi † famam spargi: Bart. 10

in l.3.ff.de testib.eveniens.de testib.c.cum causam.de probat. [2] Ut reddat causam
famæ, Corn. *consil.*198.*lib.*2. jure enim placuit, famam specialiter non super-
ficialiter probandam esse, Felin.*in d.c.veniens.* [3] Deponat & nominet testis
homines,ex quibus rumorem vel famam audiverit, Paris. *d.loc.n.*165. *& con-*
*sil.*26.*n.*100.*vol.*1. [4] qui si viri graves non fuerint, sed leves inimiciq; rei, ut
diximus modò, sicque in genere comparati,ut testimonium ferre nequeant,
fama nihil præstat. Paris. *d.loc.* [5] ut fama delicto rectà conveniat, cum posi-
to vel asserto diffamationis genere, non species necessariò inferatur, neque
enim sequitur ex testium depositione adserentium moribus pravis & perver-
11 sis inquinatum esse reum, sicque de eo famam spargi † nisi una probent, fa-
mam spirare contra reum delicti hujus vel illius, cujus author adhuc ignora-
tur. Paris. *consil.*156.*n.*26.*vol.*4. non secus ac si dixeris, Titius adulter est, Er-
go fur & latro est. [6] ut habeat fama condigna adminicula aliasque præsum-
ptiones delicti sufficienter & decenter quoque probata. Carer. *in pract.crim.*
*de fama.pag.*49. adminicula condigna verò sunt, ut cum testes deponant fa-
mam spargi de Titio, quasi occiderit N. inimicum suum, hanc rationem sub-
jicientes: Quia inimicus capitalis fuit occisi: aliúdve nonnihil vice rationis
reddentes,quod in diversum aliquod transeat indicii genus,adeò ut non pau-
ci ex nostris statuerint,ejusmodi famæ probationem inferre plenum & suffi-
ciens quæstioni indicium, Carer. *d.loc.* cui sententiæ tamen nos subscribere
non possumus, per genericum illud Paradoxon : Quod omne indicium re-
gulariter testibus duobus sit probandum , Alex. *consil.*14.*in fin.lib.*1. Cum
12 enim nedum in causa civili † ardua & momentosâ sola fama probet, Paris.
*consil.*23.*n.*140. *vol.*1. quanto minus in causa criminali ubi de vita & sanguine
hominis tractatur, quæ nullam recipit æstimationem , *l.liber homo , ff. ad L.*
Aquil. sola fama indicium generabit ? hinc est , quod plerumque dici solet,
13 testes de auditu deponentes † in casibus jure expressis demum probare,
Schurff. *consil.*67.*cent.*3. quanquam in factis antiquis causarum civilium fa-
14 ma seu testimonium de auditu,imò opinio † generalis plenissimè probet,
Matth.de Afflict. *in decis.Neapol.decis.*216.Bald.*in l.cum super, C.de R.V.* ubi
ait : Quod in factis antiquis rerum dominia probentur per indicia & famam?
Nonnulli hanc tradunt cautelam quoad sufficientem famæ probationem,ut
15 homines † decem,qui populum constituunt, super fama examinen-
tur, & si fieri potest plures quam decem, sive de crimi-
ne sive aliâ de re agatur, Carer. *d.loc.*
in fine.

CAPUT

CAPUT VIII.

DE INDICIIS QUÆ ORIUNTUR EX SOCIETATE & conversatione malorum.

SUMMARIA.

1. *Si quis cum malis & perversis diu multumq; conversatus fuerit, concurrentibus aliis indiciis, de quibus ante dictum, & modò infrà dicendum est, torqueri potest.*
2. *Simile simili gaudet.*
3. *Receptatores malorum ipsimet mali sunt, & pro re natâ torqueri debent.*
4. *Caupo an & quando teneatur, si improbum recipiat?*
5. *Mulier facinorosum recipiens excusatur.*
6. *Liberi parentes bannitos recipere possunt impunè.*
7. *Notarius falsum committens, ut honori patris consulat, falsarius non est.*
8. *Filius patrem bannitum occidere non debet.*
9. *Parentum appellatione continentur agnati & cognati proximiores.*
10. *Agnatorum, cognatorum appellatione continentur amici singulares.*
11. *Veræ amicitiæ descriptio ex Cicerone aliisq; authoribus selectissimis tradita.*
12. *Conciliantur quædam in contrarium adducta argumenta de amicitia non colenda, ubi alter amicus pejeraverit.*
13. *Epistolæ Senecæ ad Paulum Apostolum referuntur.*
14. *Quâ de causa cum impiis justi conversabuntur.*
15. *Hoc indicium tam certum est, quàm rarum inter malos reperiri bonos.*
16. *Referuntur aliquot paraphrases ex jure sacro ad hoc indicium jucundæ.*
17. *Cum excommunicatis non conversandum est.*
18. *Excommunicatus testari an possit?*
19. *Excommunicatus nedum pro sententiæ maturanda supplicare potest.*
20. *Excommunicatus non potest petere restitutionem in integrum circa excommunicationis causam.*
21. *Bannum frivolè decretum nullius est (momenti.*
22. *Quid de excommunicatione Consistoriorum sit judicandum.*
23. *An ejusmodi excommunicatio indicia pariat delictorum novâ querela vel inquisitione subortâ?*
24. *Amicitia est juris gentium.*
25. *Perjucundâ at gravi exemplo hæc declaratur ætiologia.*

PRæterea indicium ad torturam † est, si quis cum malis & improbis, qui- 1
bus nullum ad nocendum tempus, delinquendúmve occasio angusta est, ut loquitur Seneca *in Mœdea*: vivit & conversatur, modò adminiculum concurrat, parique passu ambulet, *l. 23. ff. de edict. l. 3. v. 7. ff. de adm. & per. tut. l. fin. si mens. fals. mod. dix.* Hinc proverbium commune: Simile † gaudet si- 2
mili, pares cum paribus facilimè congregantur: Vögel von einer Feder fliegen gemeiniglich gern zusammen:

Noscitur ex sociis, qui non cognoscitur ex se:

Et Itali dicunt:

Che va dormire con cunagio se leva con pulice.

Unde Psalm. 17. cum perversis perverteris, &c. & trahuntur à conversantibus pravi mores, qui cum inoleverint, remedio & curæ locus nullus est,

nisi immedicabile vulnus. *Ense rescindatur, ne pars sincera trahatur.* Pomorum acervus ab unius marcidi contagio maculatur, & uva conspecta livorem ducit ab uva, Johan. Wolff. *tom. 2. lect. mem. pag.* 47. Inprimis verò ad classem hanc refero receptatores malorum, id est, eos qui scienter, & dolosè latrones, fures, incendiarios, maleficos domo mensâve recipiunt, quoniam nec cum improbis orare liceat, Liv. *lib. 6. dec. 3.* Plato 2. *d. ll.* Tiraq. *de jure retract. §. 7. num.* 270. Damh. *in pr. crim. c.* 134. *con. crim. art. 25. ibi*, Ob der Verdächtige eine solche verwegene Person von Leumuth vnd Gerücht sey/daß man sich der Missethat zu jhr versehen möge/ rc. & eadem const. *art.* 40. *ibid.* So einer die Thäter wissentlich/ vnnd gefährlicher weise / ätzet oder träncket / ist eine Anzeigung heimlich zu fragen. Quod ipsum etiam in caupone locum habet, qui sciens prudens hospitio suscepit latrunculos, raptores, & fures. Boss. *in tit. 2. de rap. 11. n.* 34. Menoch. 2. *arb. quæst. cent. 4. cas.* 348. à qua suspicione excusantur demum, 1. qui hospitio repentino receperunt improbos, tanquam viatores, cùm hospites de singulorum conditione inquirere, adeoque hospitium denegare non possint, *l. un. §. fin. de furt. advers. naut. argumento, l. 8. ff. si quis caut.* Imò receptio dolum malum exigit, *l. quicunq., C. de serv.*
4 *fug.* ubi Baldus, dicens: receptationem esse de natura † boni, quia natura cognationem constituit inter homines, & unum ad alterius subsidium inducit, *argum. l. 3. ff. de J. & J. l. servus, ff. de serv. export.* cessante itaque dolo, delictum cessat, *l. 22. C. de pœn.* Hypp. de Mars. *in l. 3. ff. ad l. Cornel. de fals.* 2. à dictâ
5 suspicione † relevatur mulier, virum improbum, incendiarium, furem, falsum monetarium recipiens, *arg. l. 24. C. de repud.* Nellus *de ban.* 9. 20. 3. Ex-
6 cusantur parentes liberos recipientes, † & contrà; Idque ob naturalem affectionem & sanguinis jura, quæ nullo casu adverso mutari & tolli debent, *l. 8. ff. de R. J. Clar. de crim. læs. Majest. lib. 3. quæst.* 10. Tiraq. *de pœn. caus.* 20. Hinc
7 Paulus *de Cast. cons.* 378. *vol.* 1. Notarium quò † honori patris consulat, falsum committentem, mitius puniendum esse statuit, scilicet qui magis affectione sanguinis, ac pietate paternâ, quam dolo delinquere videatur. Quapropter communem illam opinionem, qua persuasum quibusdam, licere filio patrem improbum, criminosum ac bannitum occidere meritò improba-
8 mus, quam plenam † crudelitatis, & impietatis ac se judice filium ejusmodi parricidam capite truncandum, existimat Clar. *lib. 5. sent. §. homo, nu.* 57. Gail. *l. 2. de pace publ. cap. 10. num.* 24. Tametsi non pauci ex nostris tradant, tolerari non posse conclusionem ejusmodi in perduellionis reo, & aperto patriæ oppugnatore, quod licèt ita sit, vel defendi possit, ignominiosum tamen fo-
9 ret filio, patris carnificem agere, idem Clar. *d. loc.* Et 4. excusantur † propinqui, qui parentum appellatione comprehenduntur, *tit. 2. de jure retr. 1. gl. 8. num* 1. Uude M. Anthonium adoptatum in aulicam domum, parentibus, agnatis, cognatis, tantam reverentiam, quantum privatus eis exhibere debuisset,

buiſſet, præſtitiſſe refert Julius Capitolinus *in vita ejus*, Gail.*d.loco,l.2.ubi gl.*
ff.de recep.l.26.ff.de probat.l.1.§.largius,ff.de ſucceſſ.edict.l.28.§.2.3.ff.ut leg.nom.
5. Excuſantur amici veri, qui † conſanguineis comparari ſolent, *l.4.C.de con-* 10
*ſtit.pec.*Hyppol.de Marſ.*in tract.de fidei,num.*132. Nam & ſecundùm Philoſo-
phos amicitia potius ſanguinitati anteponenda, Cic.1. *Offic.*ſanguinis, *inquit*,
conjunctio & benevolentia devincit charitate homines, magnum eſt eadem
habere monumēta majorum, iiſdem uti ſacris, ſepulchra habere communia,
ſed omnium ſocietatum nulla præſtantior, nulla firmior, quàm cum viri bo-
ni ſimiles nobis moribus, & familiaritate ſunt conjuncti; Idem in Lælio, ex
propinquitate benevolentia tolli poteſt, ex amicitia nō poteſt; Sublatâ enim
benevolentia, amicitiæ † nomen tollitur, propinquitatis remanet, Ergo il- 11
lud, in quo neceſſariò benevolentia permanet, anteponendum eſt ei, à quo
benevolentia removeri poteſt, vel, ut in diverbio aliis eſt: Amicus magis ne-
ceſſarius eſt, quàm ignis & aqua, ſiquidem enim extra ignem & aquam non
conſtat hominū vita, ita ſine amicorum officiis vita beata exiſtere vix poteſt.

Quapropter Ariſtot.*in moral.*dixit, amicum eſſe unam animam in duo-
bus corporibus, & Plaut.*in pr.*Homini amico, qui amicus eſt, uti nomen poſ-
ſidet, ei nihil præter DEUM præſtare arbitror, Tiraquell.*de pœn.cauſ.22.l.21.*
ff.uſur.l.10.C.de legat.l.10.ff.de ann.legat.l.eum allegat,l.nemo,§.quod frater,ff.
*de hæred.inſtit.l.63.ff.pro ſocio,l.in teſtamento.ff.de fid.libert.*Johan.de Pined.*in*
Job.cap.42.verſ.9.tom.2.ibi: Fœdè & turpiter peccâſtis contra omnem hu-
manitatis & amicitiæ legem, inſultantes miſero, negantes opē amico, ſancti-
tatem ex felicitate judicantes, improbitatem ex inopia, quæ omnia vitia ſunt
ingeniorum viliſſimorum: neq; hìc in contrarium moveri poteſt, quod ami-
citia bonorum conſortium ſit in honeſtate, integritate, & bonis moribus
contracta ſocietas, *l.223.§.amicos.ff.de V.S.ubi Gœdd.* Ut dicendum, nequa-
quam ſuſpicionem maleficii amicitiæ prætextu velari, nec conſequenter re-
ceptatores maleficorum exinde excuſari debere, Dd.*in l.28 ff.de pact.§.Inſt.de*
ſocietat. Reſp. Diſtinguendum eſſe † inter amicitiam verè dictam, ubi ami- 12
cus alter, fato infelici, vel ebrietatis, vel furoris immenſi, & partim juſto con-
currente dolore, vitæ vel famæ reus factus eſſet, quoniam amicitia non niſi
inter bonos contracta jure approbetur, quæ unica hic conſideratur, nō con-
ſuetudo & ſocietas cum pravis & improbis coita, adde quod amicitia vera, in
rebus adverſis neceſſaria quàm maximè videatur, ita ut amicum in neceſſita-
te poſitum deſerere turpe & ignominioſum ſit; Proînde ſanguinis neceſſi-
tudini non nihil tribuendum, ait JCtus *in l.2.ff.de recept.* Quidni amicitiæ?
vide Hyppol. de Marſil.*in tract.de fidejuſſ.num.236.* ubi amicitiæ officia ſan-
guinis juri præfert per rationes ibidem adductas, Alexand. paria amicitiæ &
ſanguinis jura eſſe ſtatuit, *in l.12.C.de procur.* Marſil.*d.loc.* quod exemplo me-
morabili declarat Lucian. *in dialogo pag.mihi.121.ibi:* Appulit aliquando Ab-

auchas in Borysthenensium civitatem, secum ducens uxorem & liberos duos, erat autem peregrinationis comes, & hujus amicus Gyndanes, atq; is quidem è vulnere laborans, quod acceperat à latronibus, ut lecto teneretur, itaque dormientibus illis, noctu incendium ingens est ortum, omniaq; circumclusit, jamq; flamma undiq; domum circumsedit. Ibi experrectus Abauchas, relictis liberis plorantibus repulsa uxore, quæ inhærebat, jussaq; ut ipsa sese servaret, amico in humeris sublato descendit, perrũpensq; evasit. Uxor infantem bajulans consecuta est, monens filiã, ut sequeretur, ea verò semiusta abjecto ex ulnis infante, vix exsiliit è flamma. Cùm post hæc probro obijceretur Abauchæ, quod desertis liberis & uxore Gyndanem extulisset, imò, liberos, *inquit*, parare haudquaquam difficilè, tum incertum, an hi boni sint futuri, porrò amicum, diu fuerit, priusquàm inveniam talem, qualis est Gyndanes, cujus amor mihi multis argumentis est exploratus. Hæc ille. Spectat hic locus Ovidii de Ponto:

Turpe erit in miseris veteri tibi rebus amico,
Auxilium nullâ parte tulisse tuum.

Idem lib. 1. trist.

Quâ potes excusa, nec amici desere nomen.

& Plautus *in Epid.* Is amicus est, qui in re dubia adjuvat re, ubi re opus est, cum nihil homini amico sit opportunius. Sed hoc indicium, ubi accommodabitur indiciis specialibus, evadet demum & dilucidum & vivum, &c. Sufficiant saltem hìc trita & familiaria, nam uti Aristoteles 1. *Physicor.* monet, à generalibus & communibus exordiendum est, eaq; primo loco tradenda sunt, Joh. Wolff. *tom. 2. lect. memor. pag.* 45. 6. Excusantur doctores & pastores populi malis & improbis sic immixti, cum impiis sic conversantes, ut eos emendent, convertant, & errantes in viam reducant. Judæi hoc indicio prægravabant Messiam, ut quia peccatoribus familiaris esset, ipsum peccatorem existere autumantes, at perverso genio, Satanica calumnia. Paulus doctor gentium cum Ethnicis susq; deque conversabatur, uti & cæteri Apostoli ad docendam & baptizandam gentem instructi, numquid malitiâ gentili eos infectos statuamus? juxta illud:

Noscitur ex sociis, &c.

Quid quod Paulus Apostolus cum Seneca convenerit familiarissimè, uti ex literis hinc inde transcriptis luculenter videre est, quarum Copiæ quia in manibus paucorum sunt, vel à paucis visę vel lectæ, adscribere hìc volui:

Paulo Annæus Seneca salutem.

13 *Credo tibi, Paule, nunciatum, quod heri cum † Lucillo nostro de Apocrisi & aliis rebus habuimus, erant enim quidam disciplinarum tuarum comites mecum, nam in hortos Salustianos secesseramus; quo in loco occasione nostra aliò tendentes si, de quibus dixi, nobis adjuncti sunt. Certè quod tui præsentiam optamus, & hoc scias*

sciàs volo: libello tuo lecto, id est de plurimis literis aliquas epistolas, quam ad aliquam civitatem, seu caput provinciæ direxisti, mira exhortatione vitam moralem continentes, usq; refecti sumus. Quos sensus non puto ex te dictos, sed per te, certè aliquando ex te, & per te tanta enim majestas earum est rerum, tantáq; generositate clarent, ut vix suffecturas putem ætates hominum, quibus instituti perficiq; possint. Bene te valere frater cupio. Vale.

Paulus Senecæ salutem.

Literas tuas hilaris heri accepi: ad quas rescribere statim potui, si præsentiam juvenis, quem ad te missurus eram, habuissem. Scis enim, quando, & per quẽ, & quo tempore, & cui quid dari committiq; debeat. Rogo ergo, ne te putes neglectum, dum personæ qualitatem inspicio. Sed quòd literis meis vos refectos scribis; felicem me arbitror tanti viri judicio, neq; enim diceris Censor, Sophista, ac magister tanti principis, & etiam omnium, nisi quia vera dicis. Opto te diu bene valere.

Paulo Annæus Seneca salutem.

Quædam Volumina ordinavi, & divisionibus suis statum eis dedi, ea quoq; legere Cæsari sum destinatus, & si modò sors prosperè annuerit: eris forsitan & tu præsens. Sin aliàs: reddam tibi diem; ut invicem hoc opus inspiciamus. Decreveram non prius edere ei hanc scripturam, nisi prius tecum conferrem, si modò impunè hoc fieri potuisset: Ut scires & te non præteriri. Vale Paule charissime.

Paulus Senecæ salutem.

Quotiescunq; literas tuas audio, præsentiam tui cogito; nec aliud existimo, quam omni tempore te nobiscum esse. Cum primum itaq; venire cœperis, invicem nos & de proximo videbimus. Bene te valere opto.

Paulo Annæus Seneca salutem.

Nimio tuo angimur secessu. quid est, vel quæ res te remoratum faciunt? indignatio domini, quod à ritu & secta veteri recesseris, & alios rursus converteris: erit postulandi locus, ut ratione factum, non levitate hoc existimet. Vale.

Paulus Senecæ, & Lucillo salutem.

De his, quibus, vel quæ mihi scripsistis, non licet harundine, & atramento eloqui: quarum altera res notat, & designat aliquid; altera evidenter ostendit, præcipuè cum sciam inter vos esse sicut apud nos, & in nobis, qui me intelligunt. Honor habendus est omnibus, & tanto magis his, qui indignati, occasionem captant: quibus si patientiam ostendemus, omni modo eos ex quacunq; parte vincemus: si modò hi sunt, qui pœnitentiam sui gerant. Bene Valete.

Paulo Annæus Seneca salutem.

Profiteor bene me acceptum in lectione literarum tuarum, quas Galatis, Corinthiis & Achæis misisti. Spiritus enim sanctus in te, & supra te excelsos, sublimiores, valdeq; venerabiles sensus exprimit. Vellem ita, cum res eximias proferas, ut majestati earum cultus sermonis non desit, & nequid tibi, frater, surripiam, aut conscientiæ meæ debeam, confiteor Augustum sensibus tuis permotum: cui, lecto lite-

cto literarum tuarum, exordio, hæc vox fuit: Mirari eum posse, ut qui non legitimè imbutus sit, taliter sentiat. Cui ego respondi, solere Deos ore innocentium effari; addens ei exemplum Vaticani hominis rusticuli, cui cum duo viri apparuissent in agro Reatino, qui castor, & pollux sunt nominati, divinitus instructus fuit. Vale.

Paulus Senecæ salutem.

Licet non ignorem Cæsarem nostrarum rerum admiratorem & amatorem esse: permittes tamen te non lædi, sed admoneri. Puto enim te graviter fecisse, quod in notitiam perferre voluisti, quod ritui & disciplinæ ejus sit contrarium: cum & ille gentium deos colat. Quid tibi visum sit, ut hoc cum scire velles, non video: sed nimio amore meo facere te hoc existimo: rogo te de futuro, ne id agas, cavendum est enim, ne dum me diligis, offensam domino facias: cujus quidem offensa, nec oberit, si perseveraverit, neq; si non sit, proderit. Si est regina; non indignabitur: si mulier est; offendetur. Bene Vale.

Paulo Annæus Seneca salutem.

Scito te non tam mei causa commotum literis, quas ad te de editione epistolarum tuarum Cæsari feci, quam natura rerum: quæ ita mentes hominum ab omnibus artibus & moribus revocat, ut non hodie admirer. Quippe ut is, qui multis documentis hoc jam notissimum habeam, igitur novè agamus, tu, si quid facilè in præteritum actum est, veniam irrogabis. Misi tibi librum de verborum copia. Vale Paule charissime.

Paulus Senecæ salutem.

Quoties tibi scribo, & nomen meum tibi præfero, gravem & sectæ meæ incongruam rem facio, debeo enim, ut sæpe professus sum, cum omnibus omnia esse; & idem observare in tuam personam, quod lex Romana honori senatus concesserit, scilicet in epistola ultimum locum eligere, ne cum aporia & dedecore cupiam efficere, quod mei arbitrii fuerit. Vale devotissime Magister. Data quinto Kal. Junii Nerone quarto, & Messala consulibus.

Paulo Annæus Seneca salutem.

Ave mi Paule charissime, si mihi, nominiq; meo vir tantus & dilectus omnibus modis, non dico fueris junctus, sed necessario mixtus: aptè actum erit de Seneca tuo. Cum sis igitur vertex & altissimorum omnium montium cacumen; haud te indignum in prima facie epistolarum nominandum censeas, ne tam tentare me, quàm ludere videaris; quippe cum scias civem esse te Romanum. Nam qui meus, tuus apud te locus; qui tuus, velim ut meus. Vale Paule charissime. Data X. Kal. Aprilis Apriano & Capitone Consulibus.

Paulo Annæus salutem.

Ave mi Paule charissime. Putásne me haud contristari, & non luctuosum esse, quod de innocentia vestra subinde sumatur supplicium? dehinc, quod tam obnoxius vos reatui omnis populus judicet, putans à vobis effici, quod in urbe contrarium

trarium ſit? Sed feramus æquo animo, & utamur foro, quod ſors conceſſit, donec invicta fœlicitas finem malis imponat, tulit & priſcorum ætas Macedonem Philippi filium, & Dionyſium; noſtra quoque Cajum Cæſarem: quibus quicquid libuit, licuit, incendium urbs Romana unde ſæpe patiatur manifeſtè conſtat. Sed ſi effari humilitas humana potuiſſet & impunè his tenebris loqui liceret, jam omnes omnia viderent. Chriſtiani, & Judæi quaſi machinatores incendii ſupplicio affici ſolent. Graſſator iſte, quiſquis eſt, cui voluptas carnificina eſt, & mendacium velamentum, tempori ſuo deſtinatus eſt: & ſicut optimi cujusq; caput ſero uno donatur capite; ita unum pro multis dabitur caput, & hic devotus pro omnibus igni cremabitur. Centum triginta duæ domus, Inſulæ quatuor ſex diebus arſere: ſeptimus pauſam dedit, Bene te valere opto. Data quinto Kal. Aprilis, Frigio & Baſſo conſulibus.

Paulo Annæus Seneca ſalutem.

Ave mi Paule chariſſime. Allegoricè & ænigmaticè multa à te usq; quaq; opera conduntur: & ideo rerum tanta vis & muneris tibi tributa, non ornamento verborum, ſed cultu quodam decoranda eſt. Sæpius te dixiſſe retineo, multos qui talia affectent, ſenſus corrumpere, & rerum virtutes evitare, cæterum hoc mihi concedas velim: latinitati morem gere, honeſtis vocibus ſpeciem adhibe, ut generoſi muneris conceſſio, digne à te poſſit expediri. Bene Vale. Data V. nonas Julii, Leone, & Savino conſulibus.

Paulus Senecæ ſalutem.

Perpendenti tibi ea ſunt revelata, quæ paucis divinitas conceſſit, certus igitur ego in agro jam fertili ſemen fortiſſimum ſero, non quidem materiam, quæ corrumpi videtur, ſed verbum ſtabile Dei derivamentum creſcentis & manentis in æternum. Quod prudentia tua aſſecuta eſt indeficiens fore debebit: Ethnicorum Iſraelitarumq; obſervationes cenſeto vitandas. Quæ propemodum adeptus es, regi temporali, ejusq; domeſticis, atq; fidis amicis inſinuabis, quibus etſi aſpera & incaptabilis erit perſuaſio, tua, cum pleriq; eorum minimè flectantur inſinuationibus tuis: ſermo tamen Dei illis inſtillatus, novum in his hominem pariet ad Deum hinc properantem. Vale Seneca nobis. Data Kal. Auguſti, Leone, & Savino conſulibus. Vide Sixt. Senenſ. *in Biblioth. S. lib. 2. pag.* 112. & 111. *ibi: Pauli ad Senecam, & Senecæ ad Paulum epiſtolæ.* De his apud varios probatæ fidei authores ſcriptum inveni, quod Lucius Annæus Seneca Stoicæ ſectæ Philoſophus,
patruus Lucani † Poëtæ, octo ad Paulum Apoſtolum ſibi amiciſſimum ſcri- 14
pſit epiſtolas, huic Paulus reſcripſit ſermone, ut creditur Latino, epiſtolas *6.* parvas, ſcribens ad eum non ut regeneratum, ſed ut amicum, & qui Chriſtianos non odio, ſed benevolentia proſequeretur, & qui diſciplinam probaret eorum. *Hæc ille.* Referendum hìc ante omnia eſſet de literis Jeſu Chriſti, Salvatoris mundi, Ethnicorum converſationem non minus gratam in ſalutis gratiam eorum habentis, ad Abagarum exaratis, Euſeb. 1. *hiſt. Eccleſ.* Wolff.

tom. 2.

tom.2.lect.mem.pag. 474. vide Lipſium de vita & ſcriptis Senecæ *cap.*10.ubi de authoritate harum literarum addubitat,ſed rationibus planè frivolis. Sed quia inſtituti ratio, quævis ſcitu quidem non vulgaria nonnihil tranſilire ſuadet,in medio illa relata relinquere cogimur,& redire ad rem ipſam.

15 Planè hoc indicium tam † certum eſt, quàm rarum inter malos reperiri bonos,quod miraculi eſſe ad inſtar, ait Joh de Pined. *in Job.cap.*1.*verſ.*1.*nu.* 70.Neque enim,*ait*, Gregor.valdè laudabile eſt, bonum eſſe cum bonis, ſicut grandioris eſt culpæ inter bonos bonum non eſſe, ita immenſi eſt præconii bonum inter malos extitiſſe. Imò ecquis neſcit ex malorum convictu & conſortio ſummum creari periculum bonis, pravis exemplis ſæpè multumq; nedum offendi, ſed & non raro vinci, opprimiq; bonos. Proinde Pſalmiſta 105.*ibi: Nonne commiſti ſunt inter gentes, & didicerunt opera eorum, &c.* Ea ve-
16 rò commiſtio † qualis ſit, ex vini cum aqua temperatione commodè intelligi poterit, eſt enim à Propheta: dictum vinum tuum myſtum eſt aquâ, ſicut enim vinum aqua dilutum languet, frigor decoloratur, odorem amittit, tandemq; evaneſcit, non aliter ex impiorum familiaritate languet, friget, decolor,& acida redditur pietas,ſui commiſtioni faciendæ & adulterandæ, cauponendæq; virtuti nunquam non invigilat callidiſſimus ille caupo Dæmon, ſui ſemper quæſtus,noſtri diſpendii,damniq, diligentiſſimus procurator.

Neque modò ferventioris,puriorisq; ſanctitatis vinum corrumpere & diluere ſtudet injectâ familiaritate impiorum,ſed eam mentem impiis omnibus injicit, ut pelliceant invitentq; juſtos,quos apud ſe habent,ad impuriſſima Babylonis pocula, turpesq; compotationes & turbidum, fœculentumq; fœdiſſimarum vinum voluptatum.Hinc Amos conqueritur.*cap.*2.Suſcitavi, *ait*,de juvenibus veſtris Nazaræos, & propinabatis Nazaræis vinum, à quibus, videlicet,abſtinentiam diſcedere debuiſſetis, illos veſtro vos exemplo, conſiliis,vinolentia oblato etiam poculo & propinato vino, ad veſtræ ebrietatis,& vitæ impuriſſimæ imitationem convertere ſtuduiſtis. Ergo tam difficile eſt bonum juſtumq; inter malos verſari, ut in bonitate perſiſtat, ut ille tantùm beatus videatur Davidi, *Pſalmo* 1. non qui inter improbos non vixerit,ſed qui non abiit in conſilio impiorum,id eſt,qui auribus non excipit conſilia, vocesq; malorum, imò qui non ſubintrat ſedem, quam illi tenent, nec viam,quam illi calcant,ingreditur,veſte,quam illi induunt,non utitur,& quę aliæ paraphraſes ſacræ ad hoc indicium ſpectantes huc poſſunt cumulari. Hinc Eſdrę *cap.*4.non eſt,nobis & vobis,ut ædificemus domum Deo noſtro, ſed nos ipſi ſoli ædificabimus. Pertinent ad hunc locum quoque vulgata Ca-
17 nonum † brocardica: Non eſſe cum excommunicatis converſandum, nedum orandum,*cap.*2.*de excom.& cauſ.*23.*quæſt.* 3. inde illud Palingenii *in cancro,pag.mihi* 93.

——quos eſſe malos noſti aufuge, namq;

Haud

Haud facilè est tribulos & spinas inter eundum
Illæsos habuisse pedes, illæsaq; crura, &c.

Porrò nec colloqui sine suspicione potest vir bonus cum perverso &
excommunicato, non eos salutare, nec ave dicere, 11. *quæst.* 3. nôn vesci cum
improbis, Lucian. *in Toxar. pag. mihi* 109. *ibi:* sese impiari credebant, si cum
illo (sacrilego eoq; bannito) bibissent aut comedissent, non osculo eos digna-
ri, non colloqui, nec rem ullam cum eis participare, adeò, ut qui scienter talia
patrârit, in se derivet reatum illorum, & ipso jure excommunicetur, vide pro-
lixè Rebuff. *in rubr. de excom. non vit. pag.* 735.

Porrò quo homines frugi à consortio malorum arcerentur eò severius,
nec quovis lucro in eorum societatem facilè pellicerentur, statutum extat,
1. ne excommunicatus testari possit sibiq; inde conciliare commercia homi-
num, quod in sex casibus saltem † procedere ait, Benedict. *in c. Rainutius.* 18
de testam. in verb. mortuo. num. 290. ne 2. eligi postularive, isque alios eligere
queat, conferre beneficia, permutare eadem, &c. *c. si celebrat. ext. de cler. ex-
comm.* 3. excommunicatus ab Ecclesia officio durante est expellendus, *gl. in c.
clerus. 21. dist. c. qui studet. 1. q. 1.* 4. Ecclesiæ immunitate & asylo non gaudet,
c. quia de usur. 5. agere in judicio prohibetur, *c. intelleximus. de jud.* 6. accu-
sare non potest nedum super spolio, neq; suam suorumq; injuriam prosequi,
*c. 2. de except. gloss. in c. ex insinuatione. de procurat. c. 1. dist. 23. gloss. in c. omnibus.
4. q. fin.* 7. non potest † supplicare pro sententia maturanda licèt quoq; reus 19
esset, Panorm. *in c. cum inter. ext. de except.* 8 excommunicatus non est judex,
testis, arbiter, advocatus, *c. ad probandum. de re jud. c. decernimus, de sent. ex-
com.* 9. non insinuat donationem, scilicet cui judex assidere non debet, Bald.
in c. cum inter. in fin. de except. 10. non reconvenire potest nec exigere debita
etiam jurata, *d. c. cum inter, §. 1. ubi Ff. hic finitur lex.* 11. effectus excommuni-
cationis non suspenditur per provocationẽ, *c. is qui de sent. exc. in 6. c. pasto-
ralis. §. 1. de appell.* 12. audientia omnis ei denegatur, Panorm. *in c. cum non li-
ceat. in 1. gl. de præscript.* qui nedum in integrum petere potest restitutionem,
allegans læsionem † circa excommunicationis causam. Idem Panorm. *in c. si-* 20
gnificaverunt. col. fin. de except. Quanquam hodie excommunicatio flocci
pendatur, uti conqueritur Rebuffus *in tr. concord. in rubr. de excomm. non vit.
pag.* 739. Sed væ illis, qui eam contemnunt, *hæc idem, vide cap.* 36. de indiciis
ex banno & excommunicatione resultantibus, *num.* 11. ubi evincitur quàm
injustè sæpe numero Pontifices usurpârint jus banni, & quod uti magistratus
secularis fasces † securimq; tyrannicam sibi sumentes prostituunt decreta 21
emanata propter injustitiam: sic excommunicationis tela sæpe insontes feri-
re, adeoq; banna ratione pari non adstringere excommunicatos, Bald. *in l. 13.
ff. de testam.* Multo minus hospites parentes, consanguineos & amicos in-
veteratos excommunicatos injustè recipientes, cum ab argumento à majori

G fortissi-

fortissime inferatur ad minus destructivè vel negativè, ut loquitur Eberhard. *in top. in loc. à major. ad min. n.* 1. & 2. *ubi ait:* hoc argumentum quoq; habere locum in delictis & pœnis: neq; hic obstat quod vulgò dicitur: baculum Pastoris etiam injusti esse timendum. Respondeo, timendum esse non venerandum pedum Pastoris perversi, ne cum perversis pervertamur & occulta quadam societate in eorum conspiremus malitiam, interim susq; deq; ferenda est injuria iniq; ferientis non secus uti tyranni, qui non nisi Deo permittente grassatur & affligit populum, *qua de re in cap.* 36. & *cap.* 86.

Quæstio moveri potest impræsentiarum, quid de excommunicatione & suspensione Ecclesiastica vel Consistoriali à cœtu fidelium vel usu sacramétorum remotione, sit statuendum, & utrum indicia pariant delictorum ejusmodi censuræ & sententiæ? Respondeo, uti status imperii seculares non tam ex S. R. I. constitutionibus *recess. imper. de anno* 1555. §. damit auch/ quàm moribus & longo utentium jure, jus episcopale usurparint, possederint, Eras. Sarcer. *de banno prolixè* Reinkingk *de reg. sec. & eccles. cap.* 10. *class.* 1. *l.* 3. Æn Sylv. *in epist.* 55. (ubi disputat, an ille recessus imperii habeat vim concilii,) dubium non esse, quin quæ de excommunicatione in genere diximus, in hoc passu civili quoque eadem prędominentur, cum par causa jura paria desideret, 2. *feud. tit.* 54. & res quas nectit causæ paritas, rationis identitas, non sint quoad juris dispositionem separandæ, *l.* 1. *in fine, ubi Dd. ff sol. matr.* ut per rationis paritatem procedere, non sit extendere legem, sed enucleare, Cravett. *de antiq. temp. n.* 35. Wesenb. *consil.* 50. *n.* 20. *adeoq; jus* subrogatum inducat juris consequentias antecedenti suo impressas: *Dd. in l. præcipimus, C. de appellat.* imò successor antecessoris jure utitur, tam quoad incommodum, quàm commodum, quoad pœnas, quàm præmia, respectivè & pro subjecta materia, *l. unica, C. de colleg. & chart. lib.* 11. Quin quòd in materia indiciorum cumprimis stringat regula: *Et quæ non prosunt singula, multa juvant.* Alexand. *consil.* 13. *lib.* 1. Ut nec immeritò hic formentur indicia ex tali excommunicatione, novâ subortâ querelâ vel inquisitione contra excommunicatum jam absolutũ, ut si reus ob adulteria, stupra, blasphemiam, aliaque flagitia, ad tempus fuerit repulsus tanquam membrum vitiosum & scandalosum à grege fidelium & per pœnitentiam publicam denuò receptum, isque de eodem flagitii genere dehinc coram seculari deferatur, certè indicium præstò est, non tam ex consuetudine peccandi, quia ad mores pristinos facile recurrit mens mala, quam excommunicatione ante actâ, quã tam flocci pependit reus. Ream carnem, ream manum vel linguam non facit nisi mens rea, mens exulcerata & retrò pari inquinata more, Roiz. *in decis. Lituan. decis.* 5. *n.* 209. adeò ut in protectores, quasi laudatores, sociosq; criminis, siquidem id ita fuerit comparatum, ut complices admittat, nec immeritò inquiri possit, nõ secus adversus ipsum, qui excommunicatum recipit. *Vide part.* 2. *c.* 4. *de indiciis hæres. in princ.* Excipiuntur

piuntur verò uti diximus excipiendi, ut amici excommunicati, vel notati censurâ ecclesiastica, alias & antehac pro viris bonis & legalibus habiti, neque enim bannum, vel excommunicatio ea, quæ juris gentium sunt, possunt auferre, *Dd. in l. 5. ff. de j. & j.* at ecquis dubitabit, quin & hospitii & amicitiæ necessitudines gentium juri non minorem tribuant partem, fractorq; amicitiæ injustus graviter, in jus illud omninò impingat? At quia μεταβολὴ πάντων γλυκύ, ut Euripides in Oreste loquitur: Varietas tantam in re omni habet ἐνέργειαν, ut commendatione novitatis interdum & pessima pro optimis placeant, testante Erasmo *in Chiliad. 1. cent. 7.* hinc tritum ex bucolicis Poëtæ:

Alternis dicetis, amant alterna Camenæ.

Nil jucundum, nisi quod commendat varietas. Quinimò rerum omnium natura ita videtur comparata ad humanos mortalium sensus, ut nihil esse possit tam suave, quod non abeat in nauseam, si paulò diutiùs utare, nihilq; tam egregium, quod idem placere perdiu possit: & quoniã in generalibus adhuc versamur, adscribere hic libuit, venustum & rarum amicitiæ exemplum, ex Luciano, cujus relatio non ingrata erit lectori, sic autem ea habetur *in dialogo pag. mihi*, 111. 112. *& seqq. aliquot, ibi*: unus homo simus, iisdem dolentes, iisdem gaudentes. Cùm Arsacomas, *ait author*, deperiret Mazæam Leucanoris filiam, qui regnabat in Bosphoro, atque ille legatione ibidem fungeretur super tributo, in convivio, ubi Mazæam viderat proceram atque decoram virginem, eam amare cœperat, commissione expeditâ matrimonium ambit puellæ, mos autem fuit illius regionis, ut solenniter coram familia convivante sponsus exponeret sua desideria, & una referret genus suum, opes & potentiam. Trigrapate & Adyrmacho principibus, tum temporis eandem ambientibus puellam, admodumq; laudantibus familiam, opes & potentiam suam. Ille parum fatus, da mihi Rex, *inquit*, filiam tuam Mazæam uxorem, qui multò sum potentior ipsis, Leucanore admirante, (sciebat enim Rex pauperem Arsacomam, ac de plebe Scytharum esse) percontanteq; quantum pecorum, aut quantum habes plaustrorum Arsacoma: nam iis rebus vos divites estis, imò nec plaustra, *inquit*, possideo, nec armenta: verum sunt mihi duo amici honesti, probiq;, quales alii Scytharũ nulli. Ac tum quidem ista dicens, risus est, contemptuiq; habitus, visusq; temulentus. Manè verò reliquis prælatus est Adyrmachus, jamque sponsam abducturus erat in Mœotidem ad Machlyenses. Porrò Arsacomas domum reversus, amicis indicat, quemadmodum rejectus esset à Rege, risuiq; habitus in convivio, quum pauper esse putaretur. Atqui dixeram, *inquit*, illi quantas haberem opes, nempe vos, ô Lonchata atq; Macenta, vestramq; benevolentiam longè præstare, multoq; firmiorem esse Bosphoranorum opibus. Verum dicentem me subsannavit, contempsitq;: & Adyrmacho scilicet Machlyensi tradidit asportandam sponsam, quòd aureas phiales se diceret habere decem, præterea currus quaternis

ſedibus octoginta: adhæc ovium boumq; multam copiam. Sic videlicet antetulit fortibus viris pecorum multitudinem, operoſa pocula, & currus graves. Proinde, ô amici, dupliciter excrucior: nam & Mazæam amo, & injuria mihi inter tantum hominum illata, non mediocriter mordet animum meum. Arbitror autem & vos ex æquo injuria affectos eſſe. Etenim ad unumquemque è nobis tertia contumeliæ pars pertinebat: ſi modo ita vivimus, quemadmodum cœpimus, quum conjungeremur: nimirum ut unus homo ſimus, iiſdem dolentes, iiſdemq; gaudentes. Imò, *inquit* Lonchates, unuſquilibet è nobis totus injuria afficiebatur, tum quum in te iſta fierent. Quomodo igitur *(inquit Macentes)* his in rebus agemus? Per partes, *inquit*, *Lonchates*, negocium ſuſcipiamus. Atque ego quidem recipio Arſacomæ me caput apportaturum Leucanoris. Tu verò ſponſam ereptam huic adducas oportet. Ita fiet, *inquit*. At tu Arſacoma, inter hæc (nam his peractis veriſimile eſt exercitu ac bello fore opus) hic mane, quo contrahas & appares arma, equos, atque aliarum rerum vim quantum potes maximam. Facilimè autem plurimos adjunxeris: partim quòd ille ſtrenuus, partim quòd nobis non pauci ſunt familiares. Maximè verò ſi deſederis in tergore bovis. Hæc ubi placuiſſent, hic quidem quantum potuit, recta profectus eſt in Boſphorum, puta Lonchates: alter, id eſt, Macentes ad Machlyenſes, eques uterque. Arſacomas domi manens, & cum æqualibus contulit, & ex familiaribus vim hominum armavit. Demum & in tergore bovis deſedit. Conſuetudo autem de ſedendo bubulo hujuſmodi fuit apud eos, ut ſi quis ab alio læſus eſſet, cuperetq; ulciſci, neque par eſſe pugnæ videretur: tum bove immolato carnes fruſtulatim conciſas, igni torreret. Dehinc ipſe porrecto humi corio, ſederet in eo: in tergum reductis manibus, more eorum, qui à cubitis vincti ſunt. Et hoc quidem apud eos maximum fuit ſupplicandi genus. Appoſitis a. bovis carnibus, adeuntibus domeſticis: pręterea ſi quis alius velit, quiſq; partem ſibi ſumit, ac dextrę pede tergum bovis calcans, pro facultate pollicetur: hic quidem equites præbiturum ſe quinque ſuopte cibo, ſuoq; ſtipendio: ille decem, alius plures: alius armatos pedites quot poſſit. Colligitur itaq; *(pergit author)* in tergo bovis ingens nonnunquam multitudo. Et hujuſmodi quidem exercitus & certiſſima fide cohæret, & hoſtibus expugnatu difficilimus eſt: non aliter, quàm ſi jurejurando eſſet adactus. Arſacomas igitur his in rebus procurandis ſatagebat: coïeruntq; illi equites quidem circiter quinquies mille, tum armati ac pedites promiſcuè, vicies mille. At Lonchates ubi ignotus pervenit in Boſphorum, Regem adit, tractantem quiddam de regni negotiis, aitq; venire quidem ſeſe publico Scytharum nomine, ſed privatim res maximas apportare. Ille ubi dicere juſſiſſet: De publicis, *inquit*, negotiis, hæc in præſentiarum denunciant Scythæ: ne veſtri paſtores in planiciem uſq; tranſgrediantur, ſed ita Trachonem paſcant.

Cæterùm

Cæterùm latrones de quibus expostulatis, quòd regionem vestram incursent, negant eos publico consilio emitti, sed privatim sui quenque lucri causâ prædari. Quòd si quis illorum deprehendatur: tui arbitrii esse, ut in eos animadvertas. Hæc quidem illi denunciant. At ego tibi indico, gravem in vos insultum futurum ab Arsacoma Mariantæ filio, qui nuper legatum egit apud te, idq; (*opinor*) quam filiam tuam postularit, non assecutus sit abs te: ob id indignantur, sedetque in tergore taurino septimum jam diem, contractusque illi est exercitus haud exiguus. Audivi (*inquit Leucanor*) & ipse, cogi vim copiarum in tergum bovis. Arsacomas hujus rei dux esset, id verò me fugerat. Atqui in te, *inquit Lonchates*, hic apparatus constituitur. Mihi autem inimicus est Arsacomas, graviterq; fert, quod sibi præferar à natu majoribus, & quòd in omnibus illo videar esse præstantior. Quòd si mihi sposponderis alteram filiam tuam Barcetim, alioqui nec indigno vestra affinitate, brevi tibi reversus caput ejus apportavero. Spondeo *Rex inquit*, videlicet supra modum formidine correptus, propterea quod non ignoraret, quam ob causam iratus esset Aasacomas: nimirum ob nuptias, tum aliàs quoq; metuerat semper Scythas. At Lonchates: Jurato, *inquit*, te præstiturum pacta, neq; inficiaturum. Id cum fieret, jamq; resupinatus in cœlum jurare vellet: Absit *inquit*, ut hic ne quis spectantium conjiciat, qua gratia juremus. Quin potius hoc templum Martis ingressi, occlusis foribus jusjurandum edamus, ubi nullus exaudiat. Nam si quid horum inaudierit Arsacomas, vereor ne me ante bellum immolet, manu jam nunc non parva cinctus. Introeamus *inquit Rex*: Vos autem absistite quàm longissimè. Neque quisquam ad templum adeat, quem ego non accersivero. Posteaquam igitur ipsi quidem introgressi sunt, satellites autem procul abstiterunt, vibrato gladio, simulq; altera manu obturato ore, ne vociferaretur, JCtum in pectus adegit caputque desectum, sub chlamyde tenens prodibat, quasi confabulans interim cum illo, breviq; sese dicens adfuturum, tanquam ad negotii quippiam immitteretur ab illo. Atq; ita reversus eò, ubi equum vinctum reliquerat, conscenso illo, redequitavit in Scythiam. Porrò nemo est eum insequutus: quippe diu ignorantibus Bosporinis, quod acciderat, tum ubi rescissent, factiosè de regno decertantibus. Hæc itaque gessit Lonchates præstititque promissum allato Leucanoris capite. Porrò Macentes in via factus certior super his, quæ in Bosphoro acciderant, pervenit ad Machlienses: primusque illis nuncium attulit de rege trucidato. At populus, *inquit*, te Adyrmache, gener cum sis, ad regnum vocat. Proinde fac ut ipse prior occupans, imperium arripias, in rebus perturbatis obortus, puella vero te sequatur à tergo in curribus. Facile enim isthoc facto tibi conciliaveris multitudinē Bosphoranorum, ubi Leucanoris filiam conspexerint. Ego porrò non solum Alanus sum, verum etiam Sponsæ tuæ cognatus maternus: Siquidem nostra è gente Masteram Leucanor ascivit uxo-

rem. Et nunc tibi adsum, missus à Masteræ fratribus, qui sunt in Alania, denunciantibus, ut quàm potes ocyssimè, te recipias in Bosporum, neq; per negligentiam committas, ut imperium ad Eubiotum deveniat: qui tametsi frater nothus est Leucanoris, tamen Scytharum partibus semper favit, cum Alanis simultates gerit. *Hæc quidem dicebat Macentes.* Erat autem eodem cultu, eademque lingua cum Alanis. Commune enim horum utrunq; Alanis cum Scythis, nisi quòd non magnopere comati sunt Alani quemadmodum Scythæ. At Macentes in hoc quoque illis erat assimilis, videlicet detonsâ comâ: quatenus conveniebat Alanum minus esse comatum, quàm Scytham. Itaque his rebus factum est, ut illi fides haberetur, putareturq; Masteræ ac Mazææ cognatus esse. Et nunc, *inquit*, ô Adyrmache, ad utrumvis paratus sum: vel proficisci tecum in Bosporum, si velis, vel manere, si sit opus, ac sponsam adducere. Isthuc equidem, *inquit Adyrmachus*, longè malim, quandoquidem cognatus es, te puellam adducere. Nam si nobiscum una proficiscaris in Bosporum, unum duntaxat equitem numero addideris. Quod si mihi uxorem advexeris, multorum instar fueris, atque ita factum est, & hic quidem iter ingressus est, Macentæ tradens ducendam Mazæam, quæ virgo etiam dum erat. At ille per diem quidem illam curru vehebat: verum ubi nox incubuisset, imposita equo (nam id curarat, ut alius quidam eques sese consequeretur) tum insiliens & ipse, nequaquam deinceps ad Mæotim iter faciebat, sed deflectens ad mediterraneam, relictis ad dexteram Mitræorum montibus, quam virginem interim aliquoties interquiescere jussam refocillasset, intra triduum à Machliensibus in Scythiam usq; permensus est viam, statimq; equus ejus ubi destitisset à cursu, paulisper astans exanimatus est. Porrò Macentes Arsacomæ Mazæam in manum dans: Accipe, inquit, à me quoque id quod sum pollicitus. At illo ad insperatum spectaculum stupefacto, gratiasque agente: Desine, *inquit*, Macentes, ac noli me alium à te ipso putare: nam mihi profectò gratias agere ob hæc quæ feci, perinde est, ac si sinistra mea gratias agat dextræ, quòd vulneratæ sibi subministravit, atq; officiosè curam egit ægrotantis. Ridicula nimirum & nos fecerimus si jam dudum commissi, & quatenus licet in unum coflati, magnum adhuc esse credamus, si qua pars nostri officiosè quid egerit pro toto corpore. Etenim pro se ipso fecit, quàm pars sit totius beneficio adjuti. Atque ad hunc quidem modum Arsacomæ gratias agenti, Macentes respondit. Cæterùm Adyrmachus ubi sensit insidias, non perrexit ire in Bospororum: jam enim Eubiotus rerum potiebatur accersitus à Sauromatis, apud quos fuerat diversatus: verum in patriam reversus, contractis ingentibus copiis, per montuosa irrupit in Scythiam: pauloq; post irruit & Eubiotus, cum Græcos undecunq; poterat secum ducens, tum Alanos, & Sauromatas accersitos, utrinq; vicies millenos. Conjunctim autem copiis, Eubiotus atque Adyrmachus nonaginta millia confecerunt, atq;

ex his tertia pars equites sagittarii. Nos autem (nam & ipse ad hanc expeditionem contuleram, addens iis, qui in tergum taurinum convenerant, equites ad plenum instructos centum) contractis haud multò minùs triginta millibus, unà cum equitibus operiebamur insultum, ductore Arsacoma. Ut autem admoventes illos conspeximus, contra duximus agmen præmissis in hostem equitibus. Atque ubi jam diu acriter esset pugnatum, tandem cessere nostri, interrupta phalange. Postremò in duo dissectum est universum agmen Scythicum: pars subduxit sese, non omninò palàm victa, verum ita fugiebat, ut locum dare videretur: adeò ut Alani ad multum tempus insequi non auderent: partem alteram, quæ eadem erat imbecillior, cingentes Alani ac Machlyenses, undequaque cædebant, confertim jaculis emissis, atq; sagittis, sic ut vehementer laboraretur à nostris, qui tenebantur obsessi. Et jam pleriq; arma projecerant, quorum in numero forte erat Lonchates & Macentes, jamque ambo vulnus acceperant, dum ante alios sese periculis objiciunt. Hic quidem adusto femore, puta Lonchates: Porrò Macentes securi sauciato capite, tum conto in humerum impacto. Quod simul atq; sensit Arsocomas, quum in altero agmine esset nobiscum, turpe ratus, si desertis amicis non adesset, subditis equo calcaribus, cum clamore in hostes tendere cœpit, sublato gladio adeò, ut Machlyenses vim animi non sustinuerint, sed viam illi fecerint, ut transiret. At ille receptis amicis, tam advocatis & aliis, impetum fecit in Adyrmachum, impactoq; in cervicem gladio, ad zonam usq; dissecuit. Quo fuso, dissipata est omnis acies Machlyensium, paulò pòst & Alanorum: Deniq; cum his Græci quoque. At ita redintegrato prælio, nos superiores extitimus, diuq; sumus insequuti trucidantes, donec nox finem imposuit. Postero die ab hostibus venerunt legati, qui supplices pacem atq; amicitiam orarent. Bosphorani duplicatum tributum pensuros sese pollicebantur: Machlyenses obsides daturos se confirmabant. Alani eam invasionem compensaturos sese spondebant, ut Sindianos nostro nomine vellent aggredi, quibuscum multo jam tempore nobis fuerat simultas. His rebus auditis suffragiis, inprimis autem Arsacomæ & Lonchatæ, pax inita, duobus illis cuncta pro arbitratu suo moderantibus. *Hactenus Lucianus d. loc.*

CAPUT IX.

DE INDICIIS, QUÆ EX INIMICITIA capitali proficiscuntur.

SUMMARIA.

1. *Quomodo ex inimicitia capitali indicia struenda sint?*
2. *Iudex soli inimicitiæ cum judicio inniti non debet.*
3. *Si indicium remotum est, unicum non sufficit ad torturam.*
4. *Non extendendum hoc indicium ad homicidia in rixa commissa.*

5. Inimi-

5. Inimicitiæ capitales unde promanare soleant?

6. Injuriæ reales, ut maximè inferunt inimicitias capitales, spoliatio possessionis, incarceratio, &c.

7. Minæ atrociores inducunt inimicitias capitales.

8. Quomodo explicanda verba: Ich will dirs gedencken/ Ich will es an dir rechnen/ Ich will es eiffern/rc.

9. Inconsultum semper pati, tutius ad vindictam procedere.

10. Accusatio utplurimùm infamare solet de facto, licèt de causa accusationis nondum apertè constet.

11. Causa omnium bonorum inducit inimicitias capitales.

12. Quæ exceptiones accusatori opponi possunt, eæ ipsæ quoque rectè opponuntur judici per modum inquisitionis procedenti.

13. Iudex est viva justitiæ imago, & lex animata.

14. Turbantur lætitiæ hominum, quoties criminosi impuniti dimittuntur, ubi error taxatur Blanci.

15. Qualiter apud Romanos resignaretur amicitia?

16. Iura contracti hospitii quæ?

17. De amico reconciliato quid juris?

18. Protervi & scelerati nebulonis est, temerè resuscitare inimicitias semel extinctas.

19. Hoc judicium ex inimicitia capitali resultans, malè à Zang. aliisq; Doctoribus inter generalia indicia relatum est.

1 ALIUD indicium est, quod ex inimicitia † capitali proficiscitur, concurrente fama & fuga, &c *l.3.§.2.ff.de test.l.1.§.24.ff de qq.* Hypp. de Marsil. *in pr.crim.2.n.69.* Gomez. 3. *resol.* 3. hinc illud ex Ennio Senec. *in Ædip. cap.* 3. Johan. de Pined. *in Job. cap.22. vers.4.nu.3. ibi: Quem metuunt, oderunt, quem quisq; odit, periisse expetit, &c.* & idem Pined. *tom.2.cap.33. vers.* 13. inimici creduntur esse irati, maligni & maledicti. Quod indicium per testes in specie justam inimicitiæ causam reddentes probari potest, Bald. *in l.17. C.de test.* Menoch. 1. *præsumpt.q.89.num.58.const.crim. Car. V. art.25. ibi:* Soll man in beschedigung vnd verletzung wahr nehmen / ob die verdachte Persohn auß Neid/ Feindschafft/vorgehender Trew/oder gewartung einiges Nutzen zu der gedachten Missethat vrsach nehmen möchte / & quanquam constit. mentionem non
2 faciat aliorum adminiculorum, quæ ad inimicitiam † capitalem accedere debere diximus, dubium tamen non est, quin cætera ad fundandum hoc indicium media, ut quæstio inde inferatur, æquè requirantur. Planè adminicula ejusmodi quoque præsupponit constitutio *in §. præcedenti, & seq. §.* Soll man/rc. Clar. *in §.fin.q.42.n.21.* Masc. *ff.de prob.vol.2. concl.* 901. Zang. *de quæst. & tort. cap 2. num.* 113. ubi venditant axioma hoc: Quod soli inimicitiarum indicio niti, res sit prorsus periculosa, quandoquidem experientia attestante, vel temerè insontes, damnatos, vel sontes nonnunquam dimissos, Mascard. *d.loc.* Raph. Fulgos. *lib.8.tit.4.* Blanc. *de indic. d.loco, num.*178.

3 Hinc trita † juris regula, qua dicitur, ut si indicium remotum sit à maleficio, unicum non sufficiat ad torturam, per notissima, Alexand. *consil.* 14. *in fine, lib.1.* Carer. *in pract.crim.pag.mihi* 45. *& pag.* 53. ubi unicum hunc casum excipit notabilem impræsentiarum: Nempe solam inimicitiam quæstionem producere, quandocunque plures existant rei, de quibus inquiritur, & nescitur,

ſcitur, quis occiderit defunctum, inimicus capitalis quæſtionis exponatur ſine aliis indiciis, ſed ut mihi res apparet, non propter unum, ſed duo indicia hic exponitur reus: 1. eſt diffamatio, quam præſupponit Carerius, loquitur enim de reis inquiſitis, 2. inimicitia. Ecce duo indicia. Ergo nihil novi apparet, manente regulâ illa ſalvâ, exceptionem unicam admittente, de qua agit *cap*. 4. Cæterùm quæ inimicitia capitalis ſit propriè, nec ne? (quanquam Blanc. non diſtinguat *d. loc. num*. 20. inter capitalem & non capitalem inimicitiam, cum ex effectu demum inimicitia arguenda ſit) per ſubſequentia demonſtrabitur. Meminiſſe autem hic oportet, quod † indicium hoc extendi 4
non poſſit ad homicidia ſub ſeditione commiſſa, ſub rixa, fruſtrà diſſentiente Bald. *in l*. 1. *ad l. Corn. de ſic*. Deſcendit autem inimicitia capitalis, vel ex 1. injuria, 2. lite, 3. aliiſq; cauſarum figuris. 1. Injuria inimicitiarum cauſa eſt, ſi verberibus, verbis, aut literis inferatur, *l*. 1. §. 1. *l*. 5. *de injur*. Vel cum occiditur pater, † filius, frater, conſanguineus, affinis, ab eo, qui ſuſpicione laborare in- 5
cipit, quandoquidem hæc cædes ad communem agnatorum injuriam redundare dicatur, Bart. *in l*. 3. *§. fin. ff. de adj. legat*. Bald. *conſ*. 441. *verſ. quinto*, dicens: Quòd teſtis talis repellatur, ut inimicus capitalis à teſtimonio dicendo contra eum, cujus conſanguineos occiderit, unde Regula: quod præſumatur meus inimicus ille, qui fratris eſt inimicus, ſive famæ ſive vitæ ejuſdem inſidiatus fuerit, quod etiam in conſobrinis patruelibus, aliiſq; proximioribus agnatis ſive cognatis locum habet, *F. F. in c. de eo, qui inter frat*. *l*. 23. *C. de exc. tut*. Carer. *in pract. crimin. pag. mihi* 53. *ibi*. amplia nedum ſi fuerit cauſata ex offenſa offendentis, ut quia per prius inculpatus offendiſſet, nam talis inimicitia indicium operatur. Quinimò ſi teſtator exheredem ſcripſiſſet filium verbis famoſis, inimicitiam hoc videtur factum inferre capitalem etiam adverſus heredem ſcriptum, & tranſit hoc indicium in ſpeciem illam litigii, quod eſt de omnibus bonis, uti paulò mox dicendum erit. Et hoc pacto explicandum eſſe puto Carerium, qui admodum obſcurè loquitur, *dict. loc. pag. mihi* 53. *n*. 7. 2. Porrò inimicitia capitalis dicitur illa quando veriſimile eſt, offenſum directò vel obliquè, ſi poterit aliquando ſe vindicaturum, quod ex perſonæ morib. pro re nata æſtimandum eſt, Lucas de Penn. *in l*. 1. *C. de his, qui defer*. Hipp. de Marſ. *in l*. 1. §. *perſona*, *n*. 58. *ff. de qq*. 3. Verberans & pulſans aliquem, ſive domum effringens alicujus dicitur offenſum capitaliter irritare, Bald. *in l*. 66. *ff. ſolut. matr*. pertinent huc omnes injuriæ reales, potiſſimũ autem, quæ † dicuntur atroces, §. *fin. de adim. legat*. Alex. *conſ*. 97. 4. Spo- 6
lians aliquem poſſeſſione, vel alia re mobili, vel immobili per apprehenſionem vel manus injectionem, *c. cum quis. de reſt. ſpol*. Blanc. *d. loc. n*. 97. 5. poſt divortium factum inter maritum & uxorem dicuntur oriri inimicitiæ capitales. Lucas de Penn. *in l*. 1. *C. de iis, qui ſe defer*. *l*. 39. *ff. de pœn*. 6. Detinens aliquem in vinculis eumq; torquens injuſtè, dicitur inimicus capitalis, uti & in-

juriam paſſus, *l.5.C.fam.hercifc.*Hipp.de Marſ.*in l.1.§.24.n.52.de quæſt.*Paul.
de Caſtro *in tract.Synd.* refert Blanc.*de qq.& tort.* quòd teſtis non ſit idoneus
contra officialem, à quo fuit incarceratus, cum præſumatur odioſus, & capi-
talis ejus inimicus, quo tamen non ſpectent ſubditorum in Magiſtratus præ-
concepti motus, ob modicam videlicet coërcitionem, quam pro tuenda ſua
authoritate exercere vigore officii eum oportuit, ut quia immorigerum car-
cere vel mulctâ edomuit, *gloſſ. in l.4.Cod.de his,qui ſe defer.* Alb. de Roſat.*in*
authent.ſi teſtes, C.de teſt. non minus ac ſi tyrannum dixeris regem ſtrenuum
ac ſeverum, cohortes prætorias etiam contra rebelles ducentes, vel novis ve-
ctigalibus paulò preſſius ſubditos vexantes, quanta hinc tyrannorum mul-
titudo erit? ait Bodin. 1. *de repub.5.* Non pauci inter indicia hæc referunt: [7]
non oſculari hominem in Eccleſia, cum datur pax miſſæ, *c.ſuper.de off.del.* [8]
expellere aliquem de domo, navi, vehiculo, villâ, fundo, *l. 88.§.6.ubi Dd.ff.*
7 *de leg.2.* Sed cauſas has ad repellendum à teſtimonio † teſtem, aptiores dixe-
ris, quam ut ad quæſtionum indicia exinde probabiliter inferatur, Carer. *in*
pract.crim.pag.mihi 52. ubi adſtruit, quod levis inimicitia nedum repellat te-
ſtem, Thom. Gramm. *deciſ.*28.Marſ.*in §.diligenter, §.ulterius quæro an inimi-*
citia. Alexand. *conſil.14.vol.3.* Blanc. *de indic. d. loc.* quemadmodum nec ver-
bis injuria illata inimicitias capitales præ ſe ferre debebit, qua de re alibi ſpe-
cialius, niſi [9]. famæ & vitæ jactura ſit metuenda, morſus animis immedicabi-
les & diuturnos inferens. [10]. *c.veniens*, ubi Anton.de Butr.*ext.de jurejur.* Sic
ex minis atrocioribus inimicitia quoq; oriri dicitur capitalis, præſertim ſi
minatus homo levis ſit, & crudelis, qui etiam executioni dare ſoleat verba &
minas, Bart, *in l.3.§.fin.ff.ad leg. Aquil.* Blanc.*d.loc.n.*105. Malè autem refert
huc minas Blanc. ut ſi quis dixerit ſe nociturum, ſe non diligere Titium, ſe
inimicum exiſtere, non colloqui cum aliquo velle, non ſalutare velle, &c. quæ
ſingula capitale odium non inducunt ſine aliis circumſtantiis, fieri enim po-
teſt, ut qui geſtus ejuſmodi ſimulat, legitimo juris remedio ſe vindicare cogi-
8 tet, *c. eſtote. de re jud. Ita verba,* † ich will mich an dir rechnen / ich will es eif-
fern / ich will dir es gedencken / in malam non rapienda partem, ac pro diffida-
tione, Fähde in genere ſunt accipienda, Alex. *conſil.98. vol.2.* Decian.*conſil.*
4.vol.3. neq; ex venenato cujuſvis cerebello ſed arbitrio boni viri minarum
vel injuriæ acerbitas eſt æſtimanda, Decian.*d.loc.* Vide Carer. *in pract.crim.*
pag.mihi 59. ubi in hoc caſu diſtinguit an minator ſit vir levis nec ne, & qui ſo-
leat minas exequi vel non? referens ex Salic. *in l.1.C.de his quib.ut indign.*mu-
lierculam quandam ex ejuſmodi verbis minatoriis fuiſſe tortam, ac ſuſpen-
ſam, quia faſſa erat minarum executionem, quæ tamen poſtea, cum jam ſuſ-
9 penſa eſſet, reperta ſit innocens. [11]. Porrò † quæ literis fit injuria, cum quis
librum, carmen, vel hiſtoriam ad infamiam alicujus pertinentem ſcripſerit,
compoſuerit, vel dolo malo fecerit, quo quid eorum fieret, *l.5.ff.de injur.*ini-
micitias

micitias capitales generat, arg. c.cum in juvẽtute,*ext. de purg. canon.c.presby-*
*ter.de purg.can.& causa.*12. *quæst.* 11. *l.* 8. *C. de decur.* Unde Hieron. ad Ruffin.
Responde criminanti, ne si tacueris, fateri videaris, cum patientia non nisi
mortem adferre novamq́; invitare soleat contumeliam: inconsultum semper
pati, ait: Dur. *de Pasc.thes.*307.*in Aul.pol.* tutius verò ad severitatem & vindi-
ctam declinare, Arnis. 2.*pol.*4. [12] Accusatio criminis capitalis generat ini-
micitiam capitalem inter partes, qualis enim causa, tales effectus, Bald. *in l.*3.
*ff.de test.l.*3.*§ fin. ff. de adim.leg.* Et in natura nullum est signum sine causalita-
te, Alphons. Tostat *in Levit.lib.*3.*&* 4. Imò licet capitalis non sit accusatio,
adhuc tamen inimicitia contrahitur haud vulgaris, nec interest sive suam per-
sequatur, an suorum quis injuriam? *l.*1.*§.*1. *& l.fin.ff. de injur. §. patitur.instit.*
eod. Nec hoc an justè accuset, an † injustè? Si justè: quia injuriam passus est, 10
aut re, verbis, aut literis, non est sine inimicitia accusatio, sin injustè: accusa-
tio ante sententiam eundem excitat, longeq́; majorem innocente rancorem,
qui enim insimulat alium delicti, sive id præ se ferat pœnam capitalem nec
ne, traducit Reum penes viros bonos, unde fama jacturam facit, *l.* 1.*ff.de his,*
qui not.inf. unde Terentianum hoc: criminare audacter, semper aliquid hæret,
*text,in c.*1.*§. illum.de rest.spoliat.in* 6.*& c.* Item *si quis.de accus.* Accusatorem
quemvis appellat inimicum, &c. Porrò [13] causa omnium bonorum vel ma-
joris partis inducit inimicitiam capitalem, *authent.si dicatur, C.de testam.* Ca-
rer. *d.loc.pag.* 53. cum † causa bonorum dicatur causa vitæ, *l.* 14. *C.de Ad.di-* 11
vers.jud. Hinc axiomata juris, res & bona alter sanguis, *c. freq. de rest.spol.in* 6.
gloss.in Authent.si test. Cod. de testib. major pœna amissio bonorum omnium,
quam mors, *l.fin.ad l.Jul. Majest.* Rebuff. *in tr.concord.pag.*26. ibi: duplex est
sanguis venarum & bursarum, &c ita ut liceat offendere aggressorem ad de-
fensionem bonorum, sicut ad defensionem corporis, *gloss.* Jas. Zas. *in l.*3.*ff.de*
*jur.n.*3. quam conclusionem non accipiendam esse de possessore omnium bo-
norum malè tradit Blanc. *in l.fin.d.qq.n.*128. cùm in hoc tanto plus videatur
stringere decisionis ratio, quanto crudelius est adversarium possidere, quam
saltem turbare Dominum de re sua, movere actiones, quas causas tamen hic
admittit. [14] Est & quasi capitalis inimicitia, quæ oriri dicitur, cum quæstio
status movetur, Bald. *in l.*3.*ff. de jurisd.* id est cum homo, liber in servitutem
revocatur, homo legitimè natus spurius adseritur, Jas. Schneidew.*& Dd.in*
§.præjud.Inst. de act. Porrò cum mulier revocat virum, Abbas Monachum
vagabundum, quæ causa etiam dicitur servitutis, *gl.in c.multa de jurejur.§ cum*
ad monasterium.ext. de stat.mon. ubi quoq; agitur de præjudicio graviori, sci-
licet, ut in servitutem homo liber redigatur, Monachus enim servo compara-
tur, & pro mortuo habetur, secularibus exutus bonis, *auth.ingressi, C.de SS.*
Eccles. Præterea lis, quasi capitalis dicitur, cum lis est omnium bonorum, uti
modo demonstravimus, [2] Cum Procurator Advocatus patrocinium fert in

causa criminali contra accusatum, *gloss. in l. 1. §. sed & ff. de cal.* Luc. *de pen. in l. fin. C. de his, qui defer.* Johan. de Anan. *in l. 5. §. his vero. 10. ff. quibus ut indig.* quanquam advocatus accusare propriè non dicatur, *l. qui eum, 14. §. 9. ff. de bon. lib.* An Judex inimicitiam contrahere videatur cùm ipsis partibus, quæ coram se litigant, quæri solet? Distinguitur aut judex procedit super accusatione officii mercenarii, vel etiam nobilis vigore, existente accusatore, & nullam inter litigantes & judicem oriri dico inimicitiam, cum Judex debeat audire partes, justitiamq; utrinque administrare. Novell. *de jud l. 13. C. de sent. & interloc.* (nota hic quod ex privata causa, judici suspecto, qui inimicus aliquando extitit partibus, recusationis exceptio opponi possit, ut vel ipsi adjunctus constituatur, vel prorsus judicandi potestas eidem tantisper suspendatur, *l. 16. ubi Jas. C. de jud.*) Aut judex procedit per inquisitionem, & inimicitiam concipere contra reum dicitur, non secus ac si accusator existeret, qui inimicus reo criminis dicitur. Judex autem in causa inquisitionis accusatoris par-
12 tibus † fungitur, quippe cui opponi possunt eædem ipsæ exceptiones, quæ reo objici poterant, Bald. *in l. 2. §. ff. de adult.* Alex. *cons. 54. vol. 1.* Blanc. *de indic. d. loc. num. 46.* inprimis si imperitè & nulliter procedat in puncto inquisitionis, verbi gratia; si inquisitionem cum ipsa causa ejusq; meritis, quæ in puncto accusationis propriè & potissimùm ventilari debebant, confundat, Chilian. König *in proceß. cap. 3. num. 6 ibi:* Vnd wo der Richter der Außsag der Gezeugen wider diese Entschuldigung/gebrauchen wolte/ das kan nicht geseyn / dann die dienet nicht darzu/weil sie nicht zur Beweisung / sondern allein zu einer Erforschung fürgenommen. Quod ipsum tamen nisi legitimè & apertè docetur, nunquam præsumitur, neque enim referenti credimus, absq; relato ejusque veritate, *auth si quis, C. de edendo.* Sed utcunq; hæc distinctio communis sit, vix tamen jure sustinebitur. 1. Quia judex non propriè, sed καταχρηστικῶς vel παραβολικῶς, ut JCtus loquitur, actor vel accusator dicitur in causis inquisitionum, vide Marsil. *in tract. de bannit. in verb. civitate, n. 27.* 2. Quia receptum est paradoxon: Inimicitiarum indicia non stringere, quandocunque is causam dederit inimicitiæ, qui indicio hujusmodi utitur, qua doctrinâ omnia jura de hoc indicio agentia, limitari evincit Carer. *d loc.* At verò reus nemini, nisi sibi imputabit rectius, siquidem offensum sibi dixerit judicem. Ergo. 3. Accedit, quod is, qui jure publico utitur, nemini injuriam facere videatur, *l. 55. l. 176. ubi Dec. ff. de reg jur.* judex per inquisitionem procedens, jure publico utitur. Ergo. Minor probatur, quia publicè hoc accepit, ut possit procedere, & inquirere in criminosos, purgare provinciã malis hominibus, *l. 13. ff. de*
13 *offic præsid.* Imò rerum necessitates † ipsum compellunt ad hoc: Est siquidem viva justitiæ imago, & lex animata: Ecquid autem justitiæ magis reluctatur, quam injuria? quid saluti Reipublicæ, cujus salus suprema lex est, magis ma-
14 gisq; conducit, quàm punitio facinosorum, vindicta † justitiæ violatæ? unde commu-

communia & trita brocardica: Reipublicæ intereſt, ne delicta maneant impunita, imò turbantur lætitiæ & gaudia hominum, quotieſcunq; criminoſi dimittuntur impuniti, *l.3 C. de Epiſc. aud.* unde apparet, quam evidenter hallucinetur, Blanc. *d. loc.* quando ἁπλῶς ſtatuit, judicem inquirendo adverſus facinoroſos, eo ipſo fieri inimicum inquiſiti, &c. Ex aliis cauſarum figuris inimicitiæ oriuntur, quæ quando pro capitalibus habendæ, indiciumq; ad torturam faciant, judex providus pro arbitrio æſtimabit, quâ in re, accuratiori opus animadverſione, ne qui apertè profiteatur inimicitiam, ſolos inimicos, qui ſimulant amicitiam, amicos arbitretur, ſed & qui diſſimularunt aliquando inſidias clancularias reo: ut enim ſcopuli marini, qui ſub aquis latent, illis, qui apparent in conſpectu, eminentque navibus multò ſunt nocentiores, ita & occultæ inimicitiæ ſub ſpecie falſæ amicitiæ latentes, majora dare damna ſolent, Lucill. *in antholog. lib.2.* Haſce technas majores noſtri improbantes, inimicitias ſibi invicem palàm denunciabant ſolemni quodam ritu, quæ inimicitiæ ſic denunciatæ capitales propriè dicebantur, eo quòd ſanguinem ſpirarent, juxta illud Arnobii adverſus gentes: Aſſumet una ex corporibus cauſas, unde fiebant & immanes ſimultates atq; inimicitiæ capitales, cui ſimile eſt, quòd Seneca 10. *de Clem.* ſcribit: Heu vivâ (*inquit*) quidem per omnia, uxore conveniebant, mortuâ verò inimicitiam profeſſus eſt, ſic ſi quem contracti hoſpitii pœniteret, cujus jura violare alias nefas erat, & ultorem Deum habere † credebatur, 15

Juppiter hoſpitibus nam te dare jura loquuntur,

canit Virgilius 1. *Æneid.* renunciare hoſpitio ſolebant, quod ſignum erat inimicitiæ capitalis & hoſtilitatis proximæ, unde Cicero *in Verr.* 3. itaque iſte vehementer homini infenſus hoſpitium ei renunciat, domo ejus emigrat: & apud Liv. *lib.5. ſecundi belli Punic.* Badius civis Campanus quinto Criſpino Romano † in conſpectu duorum, hoſpitium ſolenniter renun- 16
ciavit, ut cum eo hoſtili animo egredi poſſet, Demoſthen. *in orat. pro Cteſiſiphonte*, objicit Æſchini, quod legatos quoſdam Philippi hoſpitio ſuſceperit, & quod jus hoſpitii inde contraxerit καὶ σὺ προυξένεις αὐτῶν. Cæſar de Heduis loquens: Quibus præliis, *ait*, fractos, qui & ſua virtute & populi Romani hoſpitio atq; amicitia plurimum ante in Gallia potuiſſent, coactos eſſe Sequanis obſides dare. Idem Cicero *in Verrem alibi*: Pater aderat Bexio Tindaritanus, homo nobiliſſimus hoſpes tuus: ejus tu domi fueras, quem hoſpitem appellaveras. Eum cum illa authoritate & miſeria videres præditum, non te ejus lachrymæ, non ſenectus, non hoſpitii jus atq; nomen à ſcelere aliquam ad partem humanitatis revocare potuit? Sed quid ego hoſpitii jura in hac tam immani bellua commemoro: qui Schenium abſentem hoſpitem in reos retulerit, &c.

Ad rem redeo, hoc quæri ſolet, an quæ ſuprà commemorata ſunt, lo-

cum habeant, in amico reconciliato? Distinguit Marsil. *in l.24. ff. de qq.* inter inimicitiam, quæ nuper reconciliata est, &, quæ longo temporis intervallo sepulta jacuit, sic ut illo casu generetur indicium, hoc non pariter, cùm tem-
17 pus absorbere † paulatim soleat, etiam inimicitias haud reconciliatas, vel expressè revocatas, scilicet quod est rerum omnium edax, inimicitiarum & mendaciorum lupus, Petr. Warenberg *in Dialog. contr. Hamelm. pag. mihi* 34. Menoch. *de arb. qq.* 28. & 5. *præs.* 43. Blanc. *de indic. num.* 124. Bart. *in l.* 1. §. 11. *ff. de qq.* adeò, ut animi Diabolici & plusquam protervi, infernalis & plusquam
18 feralis sit, recordari † inimicitiæ veteris & obsoletæ, vide Camer. 2. *med. hist. cap.* 163. malum aliquantisper & bene conditum non movendum, ait Petr. de Suav. *in histor. Concil. Trident. lib.* 4. *pag.* 376. idem *lib.* 5. *pag.* 452. *ibi: malum positum bene, non facilè aut temerè movendum.* Idem *lib.* 6. *pag. mihi* 793. ubi Augustinus exempli causa citatur, qui voluit non rescindenda esse matrimonia clericorum, cùm antiquitus etiam Augustini tempore monachi uxores duxerint. Papa Concilio rescribit malum priscum non recoquendum, Concilium increpans, quod admittat vanas ejusmodi de causa matrimoniali nugas, nam si Sacerdotibus restituerentur matrimonia, dilapsuram omnem Ecclesiæ Hyerarchiam & Pontificem iri redactum ad nihilum, *pag.* 793. sed hæc obiter, &c.

19 Deniq; hic notatum esto, quod † indicium præsens *in const. crim. Car. V. art.* 25. nec non à Zanger *c.* 2. *de qq. & Dd.* passim, inter indicia perperam transferatur generalia, quandoquidem vero verius sit, utcunq; generale & remotum hoc videri possit indicium, nec tamen plures olere & referre delicti causas, quam vel homicidii, veneficii, ejusdémve generis delicti, & nonnunquam incendii: Nos auctoritatem secuti, de inimicitiarum indiciis nihilominus verba facere voluimus.

CAPUT X.

DE INDICIIS, QVÆ EX NOMINATIONE sociorum descendunt.

SUMMARIA.

1. *Quando nominatio ad torturam sufficiat?*
2. *Quando & qualiter confrontatio admittenda sit?*
3. *Qualiter reus sit interrogandus?*
4. *Veri boni ne facilè premantur nominationibus.*
5. *Inimicorum proprium mentiri.*
6. *Declaratur præjudicium.*
7. *Distinctio traditur in quæstione, an judex rogare possit reos?*
8. *Sponte socios nominans an mentiri dicatur?*
9. *Regulæ hic aliquot attendendæ.*
10. *Qualia indicia nominationem coadjuvare soleant?*
11. *Viro bono nominatio nocere non debet.*
12. *Ne sacerdotes reos instigent ad exculpandos nominatos.*
13. *In quæstionibus arduis judex non debet inniti propriæ prudentiæ.*

14. Quo-

14. *Quomodo judex ipse reus maleficii patrati constituatur?*

15. *An & quando moribundi confessio attendatur.*

CÆterùm indicium aliud sese offert, ex nominatione sociorum criminis resultans, Menoch. 1. *præs.q.* 89. *n.* 73. quod ἁπλῶς & per se non sufficit ad quæstionem sed adminiculantibus indiciis specialibus, Menoch. *idem* 2. *arb. qq. cas.* 474. licèt ad inquisitionem formandam præstare posse videatur, modo judex, priusquam ad atrociora descendit, diffamatum in colloquium nominantis admittat, faciatque & nominantem & nominatũ † confrontari, 1
qua de re infrà *lib.* 4. in processu indiciorum, Deo volente, planius pleniusq; dicetur. In genere autem meminisse & hoc oportet, ne dominus confrontetur cum servo, vasallus cum domino, filius cum patre, uxor cum marito, vir tenuis cum † potenti, pauper cum divite, infamis cũ viro egregio, nempe ad 2
effectum, quem nominationis indicia præ se regulariter ferunt, Carr. *in pract. crim. lib.* 3. *cap.* 1. non tam quod tenuiores facilè sub confrontatione possint confundi, vel potentiores à protervis & maledicis, quorum guttur animumque Spiritus regit malignus ad animam usq; commaculari, grassante tenuiorum invidiâ, quam quod confrontatio alias res sit fragilis & periculosa, speciemq; suggestionis sapiat, Bursat. *consil.* 201. adeoque remedium extraordinarium ad processum substantialiter non spectans, Clar. *in* §. *fin. q.* 45. Quemadmodum, uti diximus, nedum nominatio, deficientibus indiciis, quæstionem producit, *l.* 11. *ubi Dd. C. de test. c. veniens, ext. eod. c.* 1. *de confess. l.* 4. *C. de qq.* neque refert, sive plures unúsve aliquem nominarint, Blanc. *ad l. fin. de qq. num.* 388. non refragrante, quod testes duo concordantes, plenam faciant fidem, & quod funiculus duplex difficilius rumpatur, Rebuff. *in tr. concordat. pag. mihi* 215. nihil hoc ad rem: cum à diversis inferatur. Ecquid enim paritatis inter nominationem & attestationem, Mascard. *de prob.* 3. *concl.* 311. Blanc. *d. loc.* ubi adserunt perinde esse, utrum plures unum nominent, an singuli unum eundemque socium vel diversos, quanquam enim existant correi plures, eorumq; relationes, una tamen qualitas judicii, indicii, & reorum est, cæterum adhoc ut indicia dicantur plura, requiritur diversitas inter unum & aliud, non quod sint ejusdem generis, prout socii plures unum idemq; astruunt, *hæc Blanc. d. loc.*

Porrò modus nominationis sua quoque habet requisita, ut enim confrontatio non admittit judicum ociosas, temerarias vel captiosas quæstiones, ita nec nominatio, quæ omnem rogationem, utpote suggestionis speciem, respuit, Bart. *in l.* 16. *ff. de qq.* nisi in genere interrogetur reus, *l.* 1. §. 21. *ff. eod.* & casibus jure expressis, ubi de sociis † interrogari licet, *l. fin. C. de accus.* 3
Clar. *in* §. *fin. q.* 21. Blanc. *in d. l. fin. num.* 371. ubi casus aliquot recenset, scilicet ne viri boni, malorum calumniis ut plurimum obnoxii, falsissimè deferantur, quoniam æquè placuerit, nominationem † quoq; rem fragilem esse & ad- 4
modum

modum periculosam, cui quantum tribuat judex, pensiculata utatur discretione, cum nec de umbra asini, lanâ caprinâ, sed de vita famaque hominis irrecuperabili agatur, non verbalis sed realis quæstio ventiletur, *l. fin. ubi Dd. §. 6. ff. de bon. eor. qui ant. sent.* Proinde Marcian. *in l. 18. §. 3. ff. de jur. fisci:* ne desperati, *inquit*, ad delationem facilè confugiant, nec salutem alienam in dubium vocent, qui de sua desperarunt, *l. 1. §. 24. ff. de qq.* ubi relationi inimico-
5 rum, qui mentiri † præsumuntur, nulla habetur fides, & quæ alia, hinc illud:

Solamen miseris socios habuisse malorum,

vel pœnarum, ut ait Bart. *in quæst. de Marin. & diabolo perjucunda.* Vide Farinac. *lib. 1. tit. 5. q* 443. *n.* 88. Zang. *d. qq. & tort. c. 2. n.* 53. Rectè ergò Jason. *in consil. 22. vol.* 1. in crimine adulterii respondit Franscisciнæ de Medicis uxo-
6 ri, M. de Brix. accusatæ † adulterii, confitentis & nominantis Hebræum quendam, quo cum se rem habuisse jactitarat, fidem non esse habendam sine aliis indiciis. Alii distinguunt inter accusationem & inquisitionem, ita ut judex accusatore existente interrogare non possit reum, secus, si per inquisitio-
7 nem procedat, quod tunc interrogatio de correis institui † demum queat, Blanc. *d. l. fin. n.* 376. quæ distinctio planè nulla est, non fundata lege, ne dicam ratione, res plana est, uti paulò ante demonstratum, *ex l. 1. §. 21. de qq.* cui accinit, *const. crim. art.* 31. ibi: Daß dem sager die geklagte Person in der Marter mit Nahmen nicht vorgehalten / vnnd auch auff dieselbe Person / sonderlich nicht gefraget noch gemartert worden sey / sondern daß er in gemein gefraget / wer jhm zu seiner Missethat geholffen / Causæ autem, in quibus judex instituere rogationem possit, vulgariter referuntur, crimen læsæ majestatis, conspirationis, conjurationis in Rempubl. rebellionis, subversionis status, sacrilegii, assassinii, falsæ monetæ, latrocinii, adulterii, injuriæ & famosi libelli, unde pœna corporis afflictiva irroganda sit, ubi de sociis interrogari debere constitutum legimus, in der Policey-Ordnung / zu Franckfurt gebessert / *de Anno* 77. *tit.* von Gottslästerung / In aliis criminibus, & si rogatio ad modum prædictum formetur, interrogatio tamen non valet ad inferenda quæstionum indicia, *cap. 1. de test. in* 6. Salic. *in l. fin. C. de accus.* Menoch. *d. lib. 2. cent* 5. *cas.* 47. nonnunquam quoq; in delictis occultis rogatio toleratur, sic comparatis, ut non nisi sociorum auxilio videantur patrata, ut quando factum diceretur furtum, Mit einbrechung oder einsteigung / quæ furti species nominatur in constitut. ein geflissener oder gefährlicher Diebstal / ex quibus hoc concluditur, ut siquidem de facto interrogetur reus, isq; socios nominaverit, ne dicto ejus stetur, Gram. *decis.* 28. Blanc. *d. loc. fin. q* 380. Zang. *de q. & tort. c. 2. num.* 77. unde brocardicon vulgare aliud: quod interrogatio, ubi jure admittitur, à judice ipso causarum criminalium expediri debeat, vel delegato,
8 adeò, ut sponte † nominans, quando nominatio in casibus permissis omittitur,

titur, censeatur mentiri, *arg. d. l. 1. §. 24.* idq; exemplo testis, sponte deponentis, Bald. *in l. 5. §* 10. *ff. de his, quib. ut indig.* Deinde sub tortura nominatio fieri debet, Blanc. *d. loc. nu.* 380. Zang. *d. loc.* Clar. *in §. fin. in prax. crim. q.* 21. 24. *n.* 13. *vers. item si sunt tales:* ubi dicit, non sufficere primam torturam, in qua reus delictum confessus est, sed attendendum, utrumne reus perseveravit forte sub nova & secunda tortura, vel nominationem repetierit extra torturam? quam sententiam sequitur Farinac. *d. loc.* appellitans eam communem & veriorem, ubi nonnulli post Clar. addunt, posse reum torqueri denuò, super solà nominatione, ita, ut si constans manserit, nominando socios, nominatio indicium pariat, &c.

Quæ sententia sustineri non potest, quoniam sequeretur 1. Torturam repetendam esse ex eodem fundamento, quod † ad torturam primum indicium sufficiens non erat. At hoc incivile: Ergo & illud, quandoquidem toties effatum sit, ex sola nominatione non torquendum nominatum, quâ ratione ipse nominator torquebitur, qui præter factum proprium nihil admisit? *Dd. in c. odia, de reg. jur. in 6.* 9

2. Porrò sin ob solam repetitionem nominationis renovaverit quæstionem judex, nihil certius eveniet, quàm aut inficietur, vel affirmet priora reus, dummodò quæstionem evadat: At frustrà exspectatur id, cujus eventus nihil operatur, præsertim mediis ad eventum producendum subordinatis, adeò arduis & gravioribus existentibus. Ergo.

Præter hactenus enarrata, principaliter hoc in articulo *Constit. Carol. V. art.* 301. requiritur: 1. Ut interrogetur reus, qui nominavit correum, de omnibus circumstantiis, quomodo, quo in loco, quo tempore socius nominatus ipsi præstò fuerit, consilium vel opem tulerit? Ex his enim & similibus plurimum se informare judex potest, utrum sit fides habenda dictis, nec ne? Alex. *cons.* 89 *lib.* 3. Menoch. *lib.* 2. *de arb. jud. cas.* 474. *num.* 58. Farinac. *d. loc.* ubi dicit, quod adminicula hac in parte conjuncta cum nominatione à re facta faciant indicium ad torturam, qualia sunt testes de auditu, unus de visu, inimicitia nominati cum occiso, vel occidendo deponentes, item quando fex populi frequens & vehemens spirat contra nominatum, quæ tamen non habeat originem ab ipsis nominantibus, sed † aliis personis fide dignis veracibus, ut suprà: Fuga nominati, conversatio nominantis cum nominato. 10

2. Ut inquirat judex, utrúmne inter reum nominatum, nominãtemque sint, vel aliquando fuerint inimicitiæ capitales, aliave diffidia, lites, controversiæ? cum inimicorum quæstioni fides haberi non debeat *d. l. 1. §. 24. ubi Dd. ff. de qq.* quæ nominatio tamen ad inquirendum sufficiens esse videbitur, nominato homine vili, adde *const. crim. d. art. 31. ibi:* Zum dritten / gebüret sich zu erkundigen / ob der Sager in feindschafft / unwillig / oder in Widerwertigkeit / mit dem Besagten stehe / dann wo solche Feindschafft offentlich were / oder

erkundigt wird / so wehr dem Sager solche Sag wider den Besagten nicht zu glauben/er zeigt dann deßhalb so glaubliche / redliche Vrsachen vnnd Wahrzeichen an/die man auch in Erkundigungen erfünde/die ein redliche Anzeigung machen.

3. Ut nominatus judicii aliàs suspectus sit, eadem *constit. d. art.* 31. *S.* zum vierdten / ꝛc. Etenim si nominatus integræ existimationis & famæ bonæ
11 est, nominatio † ei obesse nequicquam debet, indiciis aliis tacentibus, Marsil.*cons.*12.*& cons.*16.Menoch.*lib.*2.*cent.*5.*cas.*474.Mascard.*de prob. vol.*3. *conclus.*1311.

4. Ut nominans perseveret in confessione facta, ne vacillet, sed constanter dicta citra vim & vincula, rogatus, denuo repetat, ratificetq́;, *d. const. crim.art.*31. de sacerdotibus, ne informent reos, ad suppliciũ deducendos, ut
12 confessionem de † sociis factam revocent, agit *ead.const.ibid.* Sed quid si reus in mortis articulo constitutus puta sub patibulo, vel in deductione ad locum supplicii, sine sacerdotis admonitione Confessionem revocet, protestans se falsò inculpâsse, calumniosè nominasse alios, exoneraturum se conscientiam, &c. *Resp.* Constitutio judicis prudentis officium hic esse dictitat, cõfessionem factam cum omnibus circumstantiis diligenter considerare, perscrutari quicquid actum gestúmve constet, conditionem personæ nominatæ probè & denuò perpendere ac introspicere, utrum talis sit ex moribus, ut de flagitio commisso pro suspectâ haberi debeat, *d. art.* 31. *in fine*, non obiter qui-
13 dem & per rationem in aëre † fundatam, ut ait Rebuff.*in tr. concordat. pag* 58. vel in capite quiescentem momentaneo, vel pedis calcaneo.*ibidem*, sed repetitis enixâ cum diligentia actis & actitatis, & siquidem fieri potest, novis, iisque à prioribus, separatis indiciis, unde nova vel formetur inquisitio vel quæstio, quin imò ubi præter nominationem nulla extant judicia alia, res expedita operosam non admittit indaginẽ, nisi nominatus indiciis una scateat, iisq; non levioribus, omninò autem refert, ut judex ll. imperitus animum informet ex responsis Collegiorum, ne reus fiat sanguinis innocentis, vel si di-
14 mittat nocentem, reus constituatur ipse † maleficii, quod coërcere, neque grassandi occasionem ulteriorem præbere debebat, Tiraq. *de pœn. in proœm.* cum primis vero pensiculanda est nominatoris conditio, vita, & persona, aliæq; factorum circumstantiæ, utrum inductus à nominato ejusq; amicis revocationem palam faciundi, an retrò cum nominato foverit inimicitiam, an seriò pœnituerit delictorum coram sacerdote vel sacrificulo? quòd si apparet, moribundi recantatio, non prorsus est flocci æstimanda: huc enim spectat ætiologia: non moriturum fore immemorem salutis æternæ, Farinac.*lib.*3. *de testibus, tit.*8.*quæst.*80.*oppos.ibi:* si unquam habetur veritas ab homine, il-
15 la habetur, quando anima separatur à corpore, eique propterea † est præsertim credendum, quando laborat in extremis, ratio enim naturalis dictat, & expe-

& experientia rerum magiſtra docet, quod de proximo moriturus mendacium non dicet, pro quocunq; pretio, & qui dicit conſtitutũ in articulo mortis mentiri, non debet audiri tanquam inveriſimile dicens: & licèt non omnis moriens ſit ſanctus Joannes Evangeliſta, major tamen morientium pars nititur mori ſine onere conſcientiæ, eſt enim infirmitas quædam tottura ſpiritualis, certior ac tutior eâ, quę per fidiculas infertur, *hæc ille*, deniq; admonitiones quas faciunt homines morti jam propinqui, magis recipiuntur, quam ſi alias dicerentur, quia majoris ſunt authoritatis, Alphonſ. Toſtat. *in Paralipp.* 1.

CAPUT XI.

DE INDICIIS, QVÆ EX FVGA DESCENDVNT.

SUMMARIA.

1. *Fuga indicium delicti eſt.*
2. *Fuga famuli furti indicium parit rebus ſubinde amiſſis.*
3. *Fuga hominis vitæ probatæ nullum indicium parit.*
4. *Reo poſt formatam inquiſitionem fugiente, nihil inde indiciorum emergit.*
5. *Non omnis loci mutatio vel peregrinatio fuga eſt.*
6. *Qui inquiſitione injuſtâ ſpirante fugit, pro innocente haberi non debet.*
7. *Viri egregii licitè fugiunt metu carceris.*
8. *Nobili loco carceris totum palatium principis aſſignari debet.*
9. *Locus Demoſthenis perelegans citatur.*
10. *Scholares metu carceris licitè fugiunt.*
11. *Fugitivus reverſus qualiter indicia purget?*
12. *Qui fugit, ſalva ſecuritate promiſſâ ſibi, redire tenetur.*
13. *De carcere fugiens, ad eundemq; ſponte rediens, an indiciis aggravetur?*

POrrò indicium † aliud ex fuga oritur, Jaſon. *in l.* 31. *n.* 136. *ff. de jurejur.* Joan. 1
Baptiſt. Zilett. *tom.* 2. *conſil. crim. conſil.* 90. *num.* 17. Fuga enim fugientem
accuſat & in ſuſpicionem ſceleris adducit, *l.* 3. *§.* 7. *ff. de re milit. l.* 7. *§.* 2 *ff. de*
ſuſp. tut. Maſc. *de prob. concl.* 819. *vol.* 2. Sic fuga † famuli indicium præbet de re- 2
bus ſubtractis, *gloſſ. in auth. fin. de exhib. reor.* Hyppol. de Marſil. *in rub. de probat. n.* 283. Felin. *in c. nullus. num.* 5. *de præſcript* Boër. *deciſ.* 215. *n.* 29. Dec. *conſil.* 234. Bart. *in l. Cornelia. n.* 1. *C. ad Syllan. conſtit. crim. Car. V. art.* 25. *in fine ibi:* So jemand einer Miſſethat halber flüchtig würde / ꝛc. Sanè ſic naturâ comparatum eſſe apparet, ut fuga dolorem vel conſcientiæ angorem pręſupponat timorem involvat. Joh. de Pined. *in Job. cap.* 35. *verſ.* 7. Sed quorſum timor, angor ille? niſi quod ſupplicium ſceleris reformidet: Non cuncta timemus mala, ſed quæcunq; magnos dolores vel corruptiones adducunt, ait Ariſtot. *lib.* 2. *Rhetor.* 5. & quæcunq; ingentes videntur habere vires corrumpendi aut ita nocendi, ut nocumenta ad ingentem tendant dolorem, &c. At ſententia hæc ἁπλῶς vera dici nequit, utcunque Baptiſt. Zilett. *d. loc.* ſtatuat, fugam ſolam poſt delictum indicium quæſtioni ſufficiens producere. Quod non

crudè adeò explicandum eſt, cùm enim [1] perſona fugiens antehac famæ
3 integræ † fuit habita, indicium hoc eliditur, atq; eouſq; ceſſat, donec fortius
eminentiusq; indicium probabiliter adferatur, Paul. Pariſ. *vol.4.conſ.163 nu.*
4 20. quæ juris maxima [2] tum † maximè ſtringit, quoties poſt formatam in-
quiſitionem reus auffugerit, Menoch. *lib.1.præſ.quæſt.*89.*num* 39. [3] Et ratio
5 allegari † probabilis queat fugæ ſeu diſceſſus, Pariſ. *d.loc.* neque enim omnis
loci mutatio, ſubitaneus diſceſſus & profectus fugam aliquam inducit. Idem
d.loc. [4] Planè qui timore juſto fugit, aviſatus inquiſitionem contra ſe mo-
6 tum iri, culpa † & ſuſpicione adhuc vacat, cùm fatuus videatur, qui cùm in
ſtatione libera deducere poterat innocentiam, pro libertate elegit ſervitu-
tem, Boër. *deciſ.*215.*num.*29. Gail. 2.*obſ.*109. Maſcard. *de probat.concl.*819.*vol.*2.
quod rarò vel tardè præſtiterit carceri incluſus, humano præſidio orbatus,
nec ſibi in tanta fortunæ anguſtia conſtans, de ſano & ſalutari conſilio redem-
ptionis ſuæ meditari & adlaborare minimè valet. Unde veriſſimum illud:
Ein gefangener Mann/ ein armer Mann/ in tantum, ut quoque dum fugiunt
odioſi fures à dominis rerum fugati, non peccent, ait Alphonſ. Toſtat. *in Joſ.*
*tom.*2. imò potiùs peccarent, ſi non fugerent. Eſt quippe non ſcripta, ſed na-
ta lex, & nihil. [5] tam rationi naturali congruum eſt, quàm ea, quæ nocitura
videntur, evitare, quin quod ſapientis officium ſit, conſiliumq; juxtà, pericu-
lo inſtante, fugere, cumprimis magiſtratus ſævitiâ notoriè graſſante, qui de-
latos aliquando iniquè & atrociter fuit perſecutus, Brun. *de qq. q.*3.*num.* 8.
Carer. *in pr.crim.indic.*3.*num.*8. Griland. *de relax carcer. de fuga, num.* 10. Sic
7 Paulus Apoſtolus inquiſitione † injuſtâ contra ſe motâ, poſt muros civitatis
urbe demiſſus, Damaſco fugit, 2. *ad Corinth.* 11. [6] Porrò licitè fugiunt viri
egregii carceris duritiem juſtè ſubtimeſcentes, Menoch. *de præſ.lib.*1.*præſ.*89.
8 *num.*38. ſcilicet quibus carceris vice, domus vel † palatium Principis meri-
tò erat deputandum, Tiraquell. *de pœn.cauſ.*31.*num.*12. ubi ait: quod poteſtas
non Palatium ſolummodò nobili incarcerando, ſed totam civitatem aſſigna-
re debeat. Quapropter Demoſthenes de ſuo reditu ſe excuſans, *Epiſt.* 2. ſic
9 ait: Jam ob † diſceſſum meum jure iraſci mihi poteſtis, neq; enim ideò abii,
quod de vobis deſperarem, aut uſpiam alio reſpicerem, ſed primum carceris
ignominiam animo ferebam graviter, deinde propter ætatem afflictionem
illam corporis perpeti non poteram, denique & vos non nolle putabam, il-
lam contumeliam me effugere, quæ neque vos quicquam juvabat, & me per-
10 debat. *Hæc ille.* [7] Sic ſcholaris † etſi delinquendi privilegium non habet, vi-
gore privilegiorum tamen fugere poteſt ſine præjudicio, fuga delicti, cujus
arguitur, indicium minimè generante, Rebuff. *de privil.ſcholar. privileg.*15.
Menoch. *d.loc.num.*49. [8] Denique non facit indicium fuga, quoties, qui
11 fugit, citatus † revertitur, ſeq; judicio ſiſtit, gloſſ. *in l.*3.§.*emanſor, ff. de re milit.*
Clar. *in pr.crim.*§.*fin.quæſt.*21.*verſ.fuga, in fine.* Cæterùm citatus, ſalvaq; ſecu-
ritate

ritate munitus, nec reversus neque personaliter comparens, indicium contra se non leve facit, cùm † hìc & fuga, latitatio & contumacia, quæ separatæ indiciorum species sunt, fortissimè operentur, Marsl. *in pr. crim. §. diligenter, nu.* 136. Bald. *in l.1. C. de hered. instit.* Paris de Put. *in tract. synd. in verb. tortura, ill.3. vers. sequitur quæstio*, Menoch. *de præs. quæst.* 89. *num.* 41. tradunt hìc nonnulli Dd. ut recedens de carcere, eundemq; sponte † repetens nullis inde aggravetur indiciis, Bart. *in l.17. §.1. ff. de ædil. edict.* Menoch. *d. loc. num.* 44. uti & hoc communi receptu sententia apparet, ut siquidem reus, querela nondum institutâ, nec carcere fracto effugiat indiciis oneretur, Alex. *cons.* 144. *num.* 7. *vol.* 2. Carer. *d. loc. de indic. tort. num.* 15. Paris de Put. *in tract. syndic. in verb. capturâ, vers. si judex, &c.* ubi existimat, quod licet fractura carceris faciat indicium, fugaq; rei subsecuta, infrà prolixè *in cap.* 49. haud tamen probationem delicti inferat, Marsil. *in pr. crim. §. attingam, num.* 38. Carer. *d. loc. num.* 36. Girland. *de relax. carcer. in tit. de fug. num.* 13. de fuga quoties & quando indicia pariat? vide prolixius Mascard. *de probat. concl.* 817. *vol.* 2. Zanger. *de except. in appendice, de qq & tort. c.* 2. 12 13

Planè hæc omnia utcunque se habeant, non negligenda est sententia Bartoli *in l.1. ff. de bon. eor. &c.* distinguentis inter ista cuncta, utrum reus post delictum commissum, vel citationem emanatã, vel institutam inquisitionem aufugerit. Equidem enim certo certius est nudam fugam, fugam quamvis non facere indicium, quò spectant jura & res adductæ *num.* 3. 4. & 5. Fuga verò hìc consideratur potissimum, eaq; indicia præbet, quoties confestim reus fugit post patratum maleficium cumprimis acclamatione interveniente, vel hominum copiâ accedente observante, quod reus per loca invia & insolita cucurrit, imò famâ, quæ clamor populi quoq; dicitur, Cothman. *respons.* 1. *n.* 743. *passim vagante*: Bald. *in l. fin. ff. de qq.* Brun. *de ind. de acclam. & vocifer.* nec non referente, reum fugisse, fugæ causam fuisse sceleris conscientiam & quæ alia. Joh. de Plat. *& Dd. in l.* 2. *C. de cur. publ. lib.* 12. Neque distinguitur, sive reverà fugerit reus, sive fugam paraverit per ætiologiam: Quod fuga idem operetur in procinctu, quod fuga in actu, Bald. *in l. pignoris causa, Cod. de pign. act.* imò fuga parata quoque aggravat socium criminis à captivo nominata, Carer. *in pract. crim. pag. mihi* 50. existimat tamen purgari posse hoc indicium, siquidem reus allegaverit vim à consanguineis vel accusatoribus sibi inferendam innocenti, vim carceris & quæ alia: sed fragilis nobis videtur hæc practica, neque enim metus quivis est in consideratione, non minæ quævis considerandæ: proinde Sophocles in œdipo *pag. mihi* 263. *ibi*:

Non tu scis quæ minati sunt,
Hoc scio, neminem
Te hic per vim abrepturum esse.
Multæ verò minæ, multæ inania verba

Per iram effunduntur, sed mens quando
Ad sese rediit, evanescunt tales minaces voces.
Illis autem, etsi fortasse grandia commoti jactârint
De te abducendo, sat scio videbitur
Longum per mare iter, nec facilè navigabile.
Bono igitur animo ut sis vel absq; meo consilio
Te adhortor, &c.

Porrò alias adfert quoq; purgationis causas idem Carer. *d. loc.* ut si alleget reus iter ad nundinas, quia mercator si non robator, mango, si non latro, &c. vetus sonat diverbium Germanicum, daß der Teuffel habe seinen Knecht geschlagen/als er keine Entschuldigung seiner losen Händel habe fürzubringen gewust/ꝛc. Sanè si fundatur purgatio in aliquo verisimili eoq; objecto, quod judicem commovere poterit, meritò ad admittendam hanc exceptionem res est expedita. Quia expeditum jure est, quod indicia indiciis trudantur, purgentur, nec omnis fuga noceat, nervosè Farinac. *consil.* 19. *n.* 6. Anton. Muret. 4. *var. lect.* refert apud Persas fuisse legem, ne criminis argueretur, qui antehac laudabiliter vixisset, Delrio *in repet. l. transigere, C. de transact. in fine*, adeò ut hoc in passu deferatur juramentum purgandi reo, *gl. in* §. *sed istæ. Inst. de act.* ubi & Jas. Marsil. *in pr. crim. in* §. *diligenter. in rub. C. de prob.* Carer. *d. loc. p.* 50. uti in Camera receptum vigore const. imp. ut diffamatus de vi publica se sistat, sese purget, Gail. 1. *obs. cap.* 10. & 11. Gilman. *in præjud. Camer. tom.* 2. *pag.* 176. & 174. *vide omninò c.* 45. Cæterum si fugæ insunt indicia adhuc alia, ut vitæ levitas, peccandi consuetudo, & post delictum fuga repentina, clandestina, fuga ad clamorem hominum mox facta, omninò aliter est judicandum, facta enim jus variant & ex facto jus oritur, facta diversa jus diversum inducunt. Quia diversorum diversa est indoles, Andr. Knichen. *de sublim. terr. jure. c.* 1. *n.* 30. Quinimò indicio uno purgato, non inde diluitur alterum fortius forsan illo, quod purgatum adseritur, hinc divulgatum illud theorema: Quod fuga faciat indicium, quando fuga fuerit ita certa & manifesta per præsumptiones vehementes, quod se absentarit reus ex causa delicti, ut utar verbis Carer. *d. loc. pag.* 51. Archidiac. *in c. cum contumacia. de hæret. in* 6. De fuga pendente inquisitione, commissâ, ut & hoc specialetenus attingamus, sic definienda res est, aut quis fugit ante citationem, & indicium nullum exoritur, nisi ut diximus, alia indicia concurrant, aggraventq; citandum, Bart. *in d. l.* 1. *C. de bon. cor. &c.* aut fugit cœptâ jam accusatione vel citatione, quæ solet esse realis, jam pœnæ metu videtur dilapsum esse reum & indicia inde generantur, sed juxta tradita sub *num.* 4. 5. 6. & ne scrupulus lectorem urgeat, quasi cõtradicentia hîc congerantur, meminisse oportet, quæ supra d. numeris relata sunt sic exaudiri, uti præsupposita declarant, quoties is, qui fugit, vir frugi hactenus fuerit & pro viro bono reputatus, ut sic indicia indiciis mitigentur,

quinimò

quinimò recitatur potius ibidem casus, ubi fuga per quandam conniventiam toleratur ad mitiganda indicia fugæ, quæ regulariter exinde proficisci solent, & ut demonstretur non pari indiciorum atrocitate viros egregiores prægravari, quà viri plebeji & viliores. Porrò si post citationem aufugit, indicium præstò est, non tam ex fuga, quam contumaciâ, quæ per se indicium generat, vide infrà cap. non attendentes hanc rationem doctores ἁπλῶς statuêre, & sine redditâ causa & ratione, indicia generari ex hoc, quod post citationem reus aufugerit: Planè si contumacia bannum produxerit eo gravius erit indicium, quo fuga copulatur & contumaciæ & banno, quæ separata sunt indicia, eaque bina, quæ integrum procul dubio facient indicium, uti *cap.33. & c.36.* abundè est evictum, quam causam quoq; parum observantes testes juris nostri, indicium unicum hinc emanare adstruentes, quod non nisi concurrente adminiculo quæstionem producat, Carer. *d. loc. p.51.*

CAPUT XII.

DE INDICIIS, QVÆ EX TRANSACTIONE de delicto habitâ, emergunt.

SUMMARIA.

1. *Ad torturam indicium est, cum transactione, dato quopiam reus se insinuat, in gratiam accusatoris.*
2. *Exemplis indicium declaratur.*
3. *Opinio Zangeri defenditur.*
4. *Cautela pro transigente in causa criminali examinata.*
5. *Transactio per partes facta non præjudicat fisco.*
6. *Quomodo fiscalis ex transactione pacifcentium super turbata pace publica acquirat.*
7. *An veniæ petitio indicia pariat?*
8. *Quid de minoribus & adolescentibus delinquentibus.*
9. *Historiis declaratur, qui tandem adolescentes in ætate juvenili facinorosi, evaserint in viros excellentissimos.*
10. *Refutantur quædam argumenta dubia.*

PRæterea ad torturam indicium est, quandocunque pretio numerato, vel 1
re quapiam datâ promissave, de delictis † transigitur, reo penes offensum vel accusatorem in gratiam reducto, *gloss. in l. 1. ff. de his, qui not. infam. l.38. ff. de jur. fisci*, Gail. *de pp. 1. cap.* 11. Zanger. *de qq. c. 2. n.* 116. atq; hàc subolens maculam, (ne exempla illustriora prætereamus rerum gestarum) Hen- 2
ricus Leo, Cæsari seriò mandanti, poscentique 5000 auri † marcas, ob reatum Leoni insimulatum, pensitare atque inde objecti criminis suspicionem luere noluit, indignum quippe visum fuit duci ait Albert. Cranzius, pecuniam in causam transactionis non sine honoris macula persolvere. Hæc ille, *in Saxon. lib. 6. cap.* 18.

Et quanquam non pauci existiment in terminis habilibus, ubi transactio admittitur, non propullulare nec generari indicia, contra Zanger. *d. loc.* scilicet,

3 ſcilicet, ne quis authoritate † legum decipiatur, *l.1.ff.de tut.conv.* & quod unâ viâ permittitur, per obliquum eidem adimatur, quandoquidem nemo quoque tam ſtupidus credatur fore blax, qui paciſcatur, unde ſibi periculum creari ſciat, & quæ alia, &c. Nullum tamen penes nos reſidet dubium, quin haud refragante quorundam phalange, ἁπλῶς ita ſit ſtatuendum, ut etiam in caſibus, ubi tranſactioni connivetur, pactio indicia pariat, quam ſententiam veriſſimam putat Menoch. 2.*de præſ.præſ.*33.*num.*6. cumprimis, indiciis aliis adminiculantibus, nec refert ſive de cauſa principali προηγουμένως, ſive de expenſis & damnis in cauſam criminalem migrantibus, agatur, eadem accuſatori vel heredibus luantur, Chaſſan.*conſ.*58.*num.*22.adde *conſt.crim.Carol.V. art.*40.*ibi:* So ein verdachtlicher/ dem man in der Sache nicht viel guts vertrawet/ aber Partheilich vnd auff deß Thäters Seiten helt/ ohn vorwiſſen deß Gefangenen Obrigkeit Vertrag vmb Schatzung machet/ ꝛc. Carer. *in pract. crim.pag.*59.ubi docet: Quod inſtrumentum tranſactionis ſit producendum, & quod tranſactio ſine pretio interveniente non pariat indicium. Objectas ratiunculas quantũ attinet, illæ nullius omninò ſunt ponderis: Eſto, authoritate legũ neminem eſſe decipiendũ, intellige modo fraus & dolus malus abſit, quem leges ſanctiſſimæ multò minùs admittunt, nec magiſtratũ decipi ſinunt perverſis & clanculariis privatorum pactionibus, *arg.l.*28.*ff. de pact.l.*15. *ff.de cond.inſt.* deinde *quod unâ via, &c.* non quoq; huc ſpectat, adimendo judici competenti, vindictam juris, gladios, furcas, ad coërcendam hominum malitiam, quæ alias ſtarent ubiq; in viduitate & triſtitia, quolibet ſuper delictis pangente & evadente, quam abſurditatem jura reſpuunt, Petr. Rebuff. *in tract. concord. pag. mihi* 428. ubi ait: Quod hæc regula, nec eidem diſſimilis: inducta ad unum finem, non debent operari contrarium, non attendatur, quoties legum correctio inde reſultet. Subintellige autem hæc quæcunque, indiciis præter pactionem, ſtringentibus & reſtantibus, Chaſſan. *d. loco.* Nonnulli tradunt cautelam hanc: ut tranſigens proteſtetur de innocen-
4 tia, prætendens quoad diſpendia & † litium ſumptus ſibi duntaxat eſſe tranſigendum, Carer. *d.loc.pag.*59. Item: Ut alius non principalis tranſigat, pacemque faciat accuſato: miſeræ profectò cautelæ, nec flocci pendendæ: regurgitantibus etiam hîc motivis prædictis, atque replicatione vulgari: Quod proteſtatio facto contraria nihil efficiat, vel paria ſint, quod quis per alium operetur, vel quis ipſemet fecerit: per notiſſima, quanquam Jaſon & Alciat. hanc cautelam tantoperè extollant, atque huc ſpectat, quod vulgariter dicitur:
5 tranſactionem non † præjudicare fiſco vel judici, idque communi & optimâ ratione, nimirum, ne delicta maneant impunita, quin quod judex, tranſactione habitâ, eò enixius in tranſigentes inquirere teneatur, Paul. de Caſtr. *in l.* 18.*C.de tranſact.* Boſſ.*in tr.crim.tit.de pœn.*

6 In Camera † cum ſuper Conſtitutione de pace publica lis pendet, inſtantia

ſtantia non aliter perit, quàm ſi reus etiam cum procuratore fiſci tranſigat,
utpote qui ex tranſactione partis intentionem habet fundatam, id eſt, quod
tranſigens pro convicto & confeſſo habeatur, Gail. *d. loc.* queri hîc ſolet, an
veniæ petitio indicium ad torturam faciat? quâ de re *gloſſa in c. exhibitam, de
homicid. in 6.* Diſtinguitur vulgò, aut venia † in judicio vel extra judicium pe- 7
titur, ſi in judicio, indicium oriatur: ubi cautelam quoq; referunt, ut veniam
poſtulans proteſtetur ſe non putare hoc vel illud à ſe patratum; ſed ſi in ali-
quo offenderit, deliquerit, veniam ſe petere, Blancus *in l. fin. ff. de qq. num.* 38.
fallax ſimiliter cautela & puerilis.

Quid ſi veniæ petitor ſit ex numero hominum, quibus jura ratione æ-
tatis, ſexus, vel aliâ de causâ legitimâ favere ſolent? Reſp. Nonnihil hic † 8
remittendum de rigorosâ inquiſitione, *juxta conſtit. crim. Car. V. art.* 164. *&
l. 23. ff. de furt.* niſi delictum ſit enorme & exceptum, ſubindeq; indicia ſtrin-
gant valida, cum petitione veniæ, argumento deducto à majori ad minus, *l.
37. §. 1. ibi in delictis. ubi doctores, ff. de mino. & l. 9. §. 1. ff. eodem. & ibi gl. &* Bart.
*eod. tit l. 38. §. 1. verſi. fratres. & verſ. inceſtum, ff. ad l. Jul. de adul. & l. 1. §. impubes,
ff. ad ſc. Syllan. & l. ferè in omnibus. ubi, gl. ff. de reg. jur. & l. ſi fratres, C. ex quib.
cauſ. infam. irrog. c. 1. & 2.* ubi Panorm. & Anan. *ext. de delict. puer, & c. 2. & ibi
gloſſ.* Panorm. & alii, *d. c. 1.* & ibi Panor. & Felin. *c. ult. de ſentent. excom. & ibi
gloſſ. 50. diſt. & cap. hoc ſit, 26. q. 7. & c. interfectores, & cap. in adoleſcentia, 33. q.
& c. ſi duo. & c. 35. q. 6. & c. eos. in fin. de conſ. & gl. & Doct. in l. quod ergo, §. pœna
gravior. ff. de his qui not.* Fachin. *lib. 1. controv. cap.* 71. Autor anonymus *in
addit. ad tr. Conradi* Hartz *de inquiſ. in cauſ. crim. jurid. formand. concl. 7. n. 21.
ubi autores de præjud. vide.* unde verſiculus Lucan. *lib. 9. ibi:*

—— —— *Parcimus annis,*
—————— *Donamusq; nefas.*

Inde Demetrius, de quo Livius, *lib. 10. decad.* 4. hiſce verbis: Te (*inquit*)
majorem fratrem pro minori deprecari oportebat, te adoleſcentiæ, te errori
veniam † impetrare, & apud Tranquill. *in Auguſt. c.* 5. Tectorius adoleſcens 9
patricii generis in deprecanda adulterii pœnâ inter cætera ætatem ſenatui al-
legavit, Et Plutarch. Cum Agidæ regis Spartani mortem deteſtatur, comme-
morat, ſi quod homicidium commiſiſſet Spartæ, id factum fuiſſe, cum eſſet in
eâ ætate conſtitutus, in qua homines, ſi deliquerint, facilem veniam conſe-
quantur. Sed vix hodie deprecationes quicquam operabuntur, quod 1. de-
pravata hominum ætas hoc ſeculo rariſſimè emendetur, *quo ſemel eſt imbuta,
recens ſervabit odorem teſta diu:* naturam mutare difficile eſt, nec licet ſemel
mixta elementa naſcentium convertere, ait Senec. *de ira, c.* 18. Remig. *de dæ-
mon. l. 2. c. 9.* hinc JCtus: quod res de facili ad naturam redeat, *in l. 27. §. 2. ff. de
pact.* faciuntq; verſus Poëtæ Severini, citati à Tiraq. *de pœn. cauſ. 51. n. 18. ibi:*

Repetunt proprios quæq; recurſus,

Redituq; suo singula gaudent, &c.

Neq; obstat, quod refert Cicero pro Lælio, quem propter ætatem defendere volebat, ibi: Equidem multos & vidi in hac civitate & audivi, qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent emersisse aliquando, & se ad frugem bonam recepisse, gravesq; viros demum factos: Et Lactant. *de ira Dei, c.* 22. ideo (*ait*) qui multi in prima ætate turpes & judicio populari damnati, postmodum laudabiles extitere, uti Julium Cæsarem scribitur fuisse in ætate primâ hominem flagitiosum, Cyprianum magum, ut testatur Nazianzenus referente Melanth. *in lib. de doct. Eccles.* Idem Cicero *pro Lælio*: multi & nostrâ & patrum memoriâ judices summi fuêre, cives clarissimi, quorum cùm adolescētiæ cupiditates deferbuissent, eximiæ virtutis, firmatâ jam ætate extiterunt. *Hæc ille.* Resp. Jura constituta non ἐκ παρὰ λόγου, sed ἐπὶ τὸ πλεῖστον, uti inquit JCtus *in l.* 3. *ff. de ll.* neq; jura singularia ad consequentias generales & apodicticas trahenda, *l.* 16. *ff. eod.* adeò ut ipse Cicero distinguat quoq; inter delicta juventutum *pro Lælio*, ibi: si nullius vitam labefactant, nullius † domos evertant, &c. quapropter 2. & *l.* 23. *ff. de furt.* quam declarat *constit. crim. Car. V. art.* 164. Von jungen Dieben / ꝛc. adolescentes ætatis 14. pœna ordinaria omninò plectendos saluberrimè disposuit, adde casum notabilem, *l.* 14. *ff. ad SCtum syll.* 3. quod in arbitrio judicantis non sit pœnæ persecutio, quæ ejus voluntati non mandatur, sed legis auctoritati reservatur, *l.* 1. §. *fin. ff. ad Turpill. l. ordine, ff. ad municip. l. si operum. ff. de pœn.* hinc Thom. de Aquin. *p.* 2. *q.* 67. duplici (*ait*) judicem de causâ impediri, ne reum à pœna jure definita liberet 1. ex parte accusatoris, cujus plerumque interest ut puniatur reus: 2. reipublicæ, ne delicta maneant impunita, *l.* 3. *C. ubi Dd. de episc. aud* & ideo concludit in his, quæ sunt determinata, juxta legem divinam & humanam non esse misericordiam faciendam, *per text. in* §. *oportet, Novell. de jud. ibi*: judex ne sit clementior lege, quem mirabilem textum appellitat Accurs. *ibidem.* Nihil de abolitione dicam hoc in loco, cum deprecationes ad causam illam haud spectent, neque enim ulla abolitio fit, præter causas in jure citatas, Francisc. Marc *in decis. Delph. q.* 662. si quid extraordinaria de causa: non abolitio propriè meretur dici, quam clementia specialis illorum scilicet, qui jus remittendi pœnas sibi vendicant absolutius. Memorabile est, quod refert Lucian. *in Toxari. pag.* 98. Nam cum Menecrates repetundarum esset condemnatus Massiliæ, adeoque confiscatis bonis relegatus, retinuit unicum ex fidelioribus amicis Zonothemin hominem prædivitem & insignem, qui ducebat filiam in conjugem relegati amici ad preces Menecratis, monoculam mancamq; alterâ manu, adeoq; teterrimū quoddam, & refugiendum terriculum, hîc fata relegati mitigans inde contracto matrimonio suscepit ex conjuge puellum formâ præstantiorem. Non diu est (utar verbis Luciani) quod tollens hunc pater intulerit in Curiam frondibus olea-

ginis

gînis coronatum, ac pullis amictum, quo plus miserationis avo concíliaret. At infans arridebat judicibus, manibus complodebat. Itaq; Curia commota super illo, remisit mulctam Menecrati, atque ille jam rei famæque est restitutus. *Hæc ille.*

CAPUT XIII.

DE INDICIIS, QUÆ EX VARIATIONE sermonis depromuntur.

SUMMARIA.

1. *Reus in sermone varius, suspectus est de delicto.*
2. *Variatio dicitur iniquitas, ubi aliquot regulæ traduntur de variatione.*
3. *Sanguinem quovis pacto redimere licet.*
4. *Magna crassaq; variatio ad torturam indicium facit.*
5. *Trepidatio in voce & gestibus quale indicium pariat?*
6. *Variatio circa causam principalem, quænam?*
7. *Quæ principalis causa hic dicatur?*
8. *Varius, contradicens & vacillans differunt.*
9. *Historiis indictum declaratur.*
10. *An taciturnitas indicium ad torturam faciat?*
11. *Exempla ad rem pertinentia traduntur.*
12. *An in contractibus tacens habeatur pro confitente?*

ALIUD indicium ad torturam est, cùm reus de † facti veritate rogatus 1
varius est & inconstans in sermone & responsione, Angel. *de malef. in verb. fam. publ.* Batt. *in l.* 10. §. 3. *ff. de qq.* Hippol. de Marsil. *in sing.* 103. Blanc. *in repet. l. fin. de qq. num.* 150 ubi hoc indicium magnoperè exaggerant, ajuntque solam variationem quæstionem producere sine aliis indiciis, quam sententiam ἁπλῶς nos haud recipimus, propter axioma nunquam sat superque inculcandum, repetendum, ne per indicium unicum reus quæstioni tradatur: alias † variatio dicitur iniquitas, *in l. si quis, C. de reb. cred.* & res erubescenda, *l.* 2
fin. C. de modo mulct. quæ quoque in teste producit torturam in casibus, ubi testes torqueri possunt, *l.* 15. *ubi gloss. ff. de qq.* planè contra variantis causam in genere præsumitur, *Dd. var. cons. tom.* 2. *pag.* 118. nam quæ dicta implicant contradictionem, odiosa sunt, & fraudis plenissima, *Dd. in c. repugnantia, de reg. jur. in* 6. Virgin. Bocat. *de interd. possid. c.* 6. *num.* 8. quæ constantia falsis? variantur & dissident, ait Justinus *pag.* 208. variatio, illusio dicitur, Rebuff. *in tract. concord. p.* 746. Carer. *in pract. crim. pag. mihi* 55. variationem & titubationẽ vocat signa malæ consciẽtiæ, adeoq; datur cautela, ait idem *d. loc.* ut sæpius interrogetur reus, actisq; diligenter inseratur, qua constantia, quo pallore trepidatione, & quibus verbis, reus respondeat ad interrogata. Obscura est nec amplectenda Carerii doctrina, *citato loco*, ut non aliter hoc indicium valeat producátve quæstionem, nisi de calumnia prius fuerit juratum, &c. Neque obstat, quod non pauci ex nostris tradant: licere homini vitæ redimen-

3 dæ ergò, mentiri, fallere, cùm sanguinem † redimere quovis modo videatur esse permissum, *l.1.ff.de bon.eor.qui ant.&c.*& adversus pericula, naturalis ratio se tueri dictitet, *l.4.ff.ad L.Aquil.*Resp. Hæc axiomata ad subjectam materiam, non ad facti speciem referenda, cùm enim judicia Dei sint, non hominum, 1.*Chr.vers.6.*in quibus Dei præsentia viget, *l.13. C.de judic. Carol. Ruin. cons.69.lib* 5.iniquum foret & impium, Dei præsentiam, judicii authoritatem mendaciis ac technis eludere, & quasi pedibus conculcare, quandoquidem alias mentiri sit peccatum mortale, Lamb. Danæ.*in Eth.Chr.c.16.* Distinguo
4 autem hic inter supinam † crassamq; variationem, & leviorem, quæ judicis arbitrio definienda committitur, Bart.*in l.fin.num.5.ff.de qq.*Clar.*in pract. crimin.lib.5.§.fin q.21.*Hyppol.de Marsl.*in pract.crim.§.dictus,n.77.*

Refero huc titubationem & verborum gestuumque tremulationem, concurrentibus indiciis, de quo paulò ante ex Carerio dicere cœpimus, *l.10. §.5.ff.d.qq.* ibi Bart. Hyppoll. *d. loc.* Bald. *in l.8. C. de episc. & cler.* dicens: quod
5 † trepidatio, mutatio coloris in facie, sicut signa in teste sint, quod falsum dicat, ita quoque in hac materia delictorum indicia faciant falsitatis & reatus, Paris *de put. in tr.synd.jud.in verbis, tort. §. visu.* vide Crantz. *in Sax. lib. 11. cap.12.* ubi pallorem vel ruborem faciei inter indicia ponit, declarans id luculento exemplo, quâ de re, capite sequenti, *& c.16. lib.eod.* ibi & vultum hominis & linearum faciem perpendens, primùm suspicionē falsi concepit, &c. Alphons. Tostat.*in paradox.* ibi verecundia est in fronte, Johan.de Pineda *in Job.tom.2.cap.42. vers. 6.pag.1179.* ibi: sæpe patientissimus animi affectum verbis, vultu, atq; tum interrogationibus tum responsionibus testatus est, in quam sententiam scitè Tertull. *de patient. cap. 15.* cujus verba digna sunt, quæ adscribantur, vultus illi, *ait*, tranquillus & placidus frons pura sceleris & mœroris, remissa æquè in lætum modum supercilia, oculis humilitate non infelicitate dejectis, os taciturnitatis honore signatum, color, qualis securis & innoxiis: amictus circum pectora candidus, etenim in throno sedet spiritus justissimi & mansuetissimi, qui non turbine glomeratur non nubilo livet, sed est teneræ serenitatis apertus & simplex. *Hæc ille.* Porrò verborum va-
6 riatio potissimum ea hic attenditur, quæ circa causam principalem † obcurrit, non circumstantias loci, temporis, causam principalem intelligo, cum cir-
7 ca nomen, cognomen, patriam, & natales titubaverit † reus, sibive contradixerit, Specul. *in tit. de teste versu item quod est varius.* Paulus de Castro *in l. si ex actis, C. de transact.* Inter variantem & contradicentem distinguit Blanc. *de indic.in l.fin.ff.de qq.n.264.*varius, *inquit*, est is, qui primò dicit unum, post-
8 ea dicit contrarium, nullam variationis causam assignans. Contradicens † verò, qui primo dicit duo incompatibilia, ut si dixit interfuisse se contractui, tali die & loco: & postea dicit: tali die se alibi fuisse, vacillans dicitur, qui dubitando & tremendo loquitur. Hæc Blanc. quæ utcunque sint placuit titu-

bantem

bantem non aliter quæstioni emancipandum, nisi adminicula fortiora concurrant, experientia siquidem non raro testatur, multos ob periculi præsentis magnitudinem & perturbationem animi, inconstanter loqui, pallescere, quasi attonitos † trepidare, vacillare. Paris de Put. *in tr. Synd. verb. tort.* refert: se vidisse nobilem magni criminis insimulatum, qui cum aulam intrâsset, in quâ stabat chorda, quam videns, conciderit in terram quasi exanimis, quantumvis innocens fuerit repertus. E contra accidit sæpe numero, quod perfrictæ frontis rei magnanimitatem prę se ferant insignem, uti de Arnoldo Tillio recensetur, qui cum curiam Tholosanam capitis damnatus provocasset, Patres pro sua prudentia proque rei gravitate Petrum Guerram patruum, & actricem sisti in senatu jubent, ibi inter se committuntur ait Joan. Wolff. *2. lect. memor. pag.* 764. & primo quidem loco ipsa mulier. At cum Tillius vultu ita intrepido fuit, eamq; constantiam multo quidem, quam ipsa actrix, majorem præ se tulit, ut mulierem & patruum calumniari existimarent, &c. Porrò de eodem idem refert confrontatione scilicet Tillii cum Guerra factâ, tum Tillius se multo quam unquam antea proterviorem præbet, istum sycophantam, impostorem nequissimum & vanissimum appellat, se non recusare, quin turpi suspendio pereat, ni planum faciat, eum pretio numerato corruptum esse, &c. Denique taciturnitatem rei hic refero, utpote si interrogatus à judice respondere † nolit, Jacob. de Bellovis. *in pr. crim. tit. de qq. cas.* 6. Bald. *in l.* 11. §. 4. *ff. de interrog. act. ibi:* qui omninò non respondet, contumax est, Marsil. *in l.* 47. *ff. de re jud. n.* 197. Contumax a pro confesso convictoq; habetur, Bald. *in l.* 1. *C. de hered. instit.* Ergo taciturnitas ad torturam indicium facit, Blanc. *in d. l. fin. n.* 272. qui conclusionem hanc extendit ad domesticos, necem domini interfecti celantes, unde dicit: in facto sibi contigisse, quod quædam mulier † ob taciturnitatem defuncti viri quæstioni fuerit subjugata, postquam per aliquot dies visus vir non esset à vicinis, & quod mulier aliquando clamasset, plorans dicensque, reperire se modo virum mortuum in stabulo, cadaver visu & fœtore horridum, quæ ipsa virum occidi fecerat. Improbatur autem illorum opinio, statuentium, quod si literæ scribantur, in quibus delicti insimulatur, cui offeruntur, isque perlectis literis non confestim protestatur, indicium ad torturam generetur, Menoch. *d. arb jud. cent.* 1. *cas.* 21. *&* 1. *præsumpt. q.* 89. *n.* 119. quod tamen ἁπλῶς silentibus aliis indiciis, jure comprobari non debet, Menoch. *6. præs.* 99. etsi enim in causa criminali, is qui tacet, consentire præsumatur, si potuit contradicere, nec contradixit, quæ sententia quoque anceps est, ut infra patebit, *d. l.* 11. §. 4. *ff. de interrogat. act. c. præstitas. de confess. in* 6. Bart. *in l. quæ dotis.* 33. *ff. solut. mat.* Bald. *in l.* 3. *C. quando fiscus, &c. gloss. in l. certum, ff. de confess.* unde & Hieron. *ad Ruff.* 11. responde, inquit, criminanti † ne si tacueris, consensisse videaris, attamen in furto, aliisque delictis privatis, extra controversiam, præsens & tacens non

habentur pro consentiente, *l.48.§.1. 2. 3. ff. de furt. l. 1. §. sed in eo, ff. ad SCtum Syllan.* uti nec in genere capitalium causarum, cum de gravissimo præjudicio, irreparabiliq; tractatur damno, is qui literas recepit, ac tacuit, pro consentiente est habendus, *argum. l. 48. §. 1. & 2. ff. de furt. existimare enim oportet*, ideo tacuisse hominem, ne apud viros bonos de delicto diffamaretur, siquidem impræsentiarum statim protestationem faceret, *CC. in c. 15. de R. J. in 6.* Consequenter itaque hæc taciturnitas minimè indicium parere, nec in ea causa esse debet, ut quæstioni, qui ita tacet, emancipetur, *d. l. 48. §. 1. & seqq. ff. de furt.* Cyn. *in l. 21. C. de procur.* ubi astruit, tacentem potius pro contradicente habendum in causis maximi præjudicii, Tiber. Decian. *resp. 177. n. 64. vol. 3.* hinc tacens in obligatione personali pro dissentiente quoque habetur, *l. 13. ibi: etsi responderit vel tacuerit, tenebitur, &c. ff. de procurat. & quæ alia, &c.*

CAPUT XIV.

DE INDICIIS, QVÆ ORIVNTVR EX INTERPELlatione de inquirendo in maleficia.

SUMMARIA.

1. *Si quis ultrò & instanter urget inquisitionem de delicto recenti vel antiquo.*
2. *Exemplo declaratur indicium.*
3. *Suspectus est, qui operam suam offert extra officii sui rationem & metas.*
4. *Qui pro relaxando captivo nimium intercedit, siquidem ignotus est, suspectus videbitur.*
5. *Illustratur illustrioribus historiis hoc indicium.*
6. *Vtrum ad intercessionẽ viri egregii pœna mitiganda?*
7. *An pater delinquentem offerens filium judici, inde veniam consequatur filius.*
8. *Historia de Mardo, filium improbum Artaxerxi offerentem recitatur.*
9. *Qua pœna diffidator se sponte offerens, plectatur?*
10. *Plagiarii & assasinii sese offerentes mitius puniantur.*
11. *Oblatio fieri debet ante capturam & rigorosam inquisitionem.*
12. *Exemplo illustratur.*

1 ALIUD indicium est, si quis, cujus non interest, ultrò † & instanter urget, ut de maleficio perpetrato, ejusq; auctore inquiratur, Blanc. *de indiciis, d. loco, num. 25.* Zang. *de qq. & tort. c. 2 num. 128.* Hyppol. de Marsil. *in l. 18. ff. de qq.* Paris de Puteo *in tract. synd. in verb. tortura*, Carer. *in pr. crim. pag. 51.* adserentes, indicium aliquando desumptum fuisse, contra prætendentem,
2 occisum se reperisse, & contra aliquem visum in loco homicidii † patrati, imò contra alium valdè sollicitantem in curia, ut de homicidio inquireretur, cùm tamen ejus nihil interesse videretur, Hyppol. de Mars. *in pract. crim. §. dilig. nu. 150.* Carer. *in pract. crim. pag. mihi 61* refert, indicium fuisse inventum contra eum, qui primo mortuũ sese invenisse jactaverat, vel retulerat per denunciationem judici, sese invenisse cadaver hominis, &c. Verè & inprimis autem
3 huc spectat, quod regulariter dicitur, suspectum esse † eum, qui operam suam offert, invito, *l. 25. ff. de reg. jur. l. 18. §. 5. ff. de qq.* Et licèt cuivis ex populo judiciorum

ciorum publicorum executio permittatur, *princ. instit. de publ. jud.* non tamen inde sequitur, judicia publica cuivis ad agendum, & quovis ordine patere, *l.8.l.11.ff.de accus.l.fin. C. de accus.* ut non immeritò dicatur: suspectus est, qui ordine juris † neglecto, magistratum, more insolito, inquietaverit, & 4
cum ejus non intersit, de delicto inquisitionem sollicitaverit. Blanc. *d. loc.* refert: se vidisse, quòd furis cujusdam socius venerit ad judicem assiduè, & importunè intercedens pro socio, qui proinde ipse incarceratus se socium furti prodiderit, ita, ut ambo suspenderentur. Sic Lipsiæ homo facinorosus nomen suum apud judicem tribunalis professus, & sponte confessus est aliquando, se prædonem hactenus vias in Electoratu regias obsedisse, latrociniis & rapinis sese operam dedisse annos aliquot, Anton. Bullæ. *in const. Caroli V. artic.33.pag.*54. ubi similiter recitat exemplum memorabile de Senatore homicida in Curia semetipsum nominante & efflagitante pœnas pro merito & admisso crimine, quod & subsecutum est. Par exemplum de assessore latronario, zelo tamen impari, non scelere admisso, refert Hieron. Drexel. *in Heliotr. lib.3.cap.3.§.2.* Illustriùs exemplum † est, quod recenset Petr. Royz. *in decis.3.* 5
*num.*361. *ibi:* proximo tempore in agro Ponario, non procul Vilna, cùm de homine cædis per injuriam damnando supplicium sumendum esset, jamque alligatus à carnifice, ad sumendam de eo pœnam distineretur, occurrit is, à quo cædes facta erat, & delictum in se confessus, liberato eo, qui damnatus erat, cædis à se factæ pœnas ultrò luit. *Hæc ille d.loc.* Sic homicida Joannem, Ducem Bavariæ, Hollandiæ quondam tutorem, veneno de medio tollens, absque quæstione delictum est confessus, Crantz *in Saxon. lib.* 11. *cap.*12. ita apud Sophoclem in Oedipo tyranno, Oedipus nimis anxiè in occisores Regis Lay inquirens, inde indiciis ipse homicidii gravatus fuit, nec immeritò, Sophocl. *d.loc.pag.mihi* 138. *ibi:* respondente Tiresia te ejus viri interfectorem esse dico, cujus interfectorem quæris, &c. Marc. Friß *in Meteoris*, refert, lanium quendam, qui noctu vocem incertam audierat, aliquoties sibi dicentem, minis additis, ut surgeret, obviamq; sibi quemvis factum, accepto cultro jugularet, post facinus confestim sese obtulisse judici, ut pœnas de se sumeret, judicem verò inquirentem & experientem, quod occidisset lusorem, qui domum nummis perditis, transiens violasset imaginem Salvatoris, fronte saxo immissâ, atq; capite simulacro sic inhærente, ne inde divelli posset, lanium senem & Podagricum absolvisse, vide Joan. Wolff. *tom.*2. *lect. mem. pag.* 658. vide exemplum penes Lucianum *in Toxari.* ubi Demetrius pro Antiphilo sacrilegii accusato, at innocenti, sese exponit amicitiæ jure, utrisq; tandem miro fato succedente, liberatis. Quod verò jure Canonico sancitum extat, ad intercessionem viri boni mitiùs puniendum reum, *c.clericos*, 1. *dist. ibi: pro amore Dei & tuo*, & *c.veniam*, 33. *quæst.* 9. *ibi: tàm bonis, quàm charis*, &c. non huc spectat, neque audiendi sunt, qui statuunt criminosum, sive obliquè per crebras

crebras interpellationes, sive directò se offerat magistratui, impunè relin-
6 quendum, vel ad minimùm † extra ordinem puniendum, non aliter, ac si
7 patre filium criminosum deferente, sistenteq; judici, † filius veniam conse-
quitur, *l. milites, §. desertorem, ff. de re milit.* Salicet. *in l.* 14. *C. qui accus. non poss.* ego *in lect. meis feud. cap.* 8. Theodor. Reinkinck *in resp. de process. contra sag. null. instit. num.* 421. *& seq.* ibiq; Wilhelm. Anton. *in claust.*

Pertinet huc historia Ælian. *c.* 34. *lib.* 1. Homo quidam (*ait*) genere Mardus nomine Rhacones, filium habebat nomine Cartonem, qui Magos & sapientes multis damnis affligebat, primum igitur pater eum instituere, erudire & verbis reducere in viam tentabat. Verùm cùm ille non admitteret
8 disciplinam, & quodam tempore vicini judices eo venirent, ubi sedes suas † habebat adolescentis pater, ille comprehensum filium, & manibus in tergum revinctis, ad judices adduxit, ibi quæcunque unquam per audaciam deliquisset cum accusatione commemoravit, & à judicibus postulavit, ut adolescentem ad mortem raperent. At illi animis consternati suis sententiis eum condemnare noluerunt: Sed utrumq; ad regem Persarum Artaxercem adduxerunt. Mardo verò instanter filii supplicium urgente, rex, ait, potisne es etiam ferre, ut filius in tuo conspectu vitâ privetur? qui respondit: Maximè, quoniam cum in horto nascentium lactucarum surculos amaros defringo & amputo: tantum abest, ut dolorem ex eo mater ipsorum lactuca patiatur, ut etiam magis efflorescat, item magnitudine & dulcedine plus augeatur ad eundem modum, ego, ô rex, cum videro eum, qui meam familiam lædit, & vitæ fratrum officit, obstatque vitam admittere, & à suis in ipsos injuriis prohiberi, etiam ipse amplificabor, & reliquos mei generis similiter mecum prosperam fortunam agere conspiciam, quibus auditis, Artaxerces Rhaconem collaudavit, & in Collegium regiorum judicum adoptavit, his verbis præsentes allocutus: Qui tam severè & justè de propriis liberis sententiam audeat pronunciare, omninò etiam in alienis criminibus incorruptum & sincerum judicem se præstabit, adolescentem verò præsenti culpâ liberavit, gravissimam mortem interminatus, si præter antecedentia peccata dehinc simili in flagitio deprehensus fuisset. *Hæc ille.*

Porrò de diffidatore, hoc in specie statutum constat, ut siquidem sponte magistratum accedat, seque ad pœnam offerat, pœnæ mitigatione dignus censeatur, ita tamen ne sine morte naturali, qua diffidatores in genere ple-
9 ctuntur, † dimittatur, sed pœna capitali honestiori afficiatur, ut si rotæ vel furcæ pœna statuto esset plectendus, gladio saltem feriatur, Pet. Heig. *q.* 32. *n.* 45. *p.* 2. quanquam scabinis Lipsensibus alias placuerit, referente Berlichio *p.* 4. *concl. pract.* 23. *num.* 2. pœnam mortis diffidatoribus ante consummationem delicti nedum dictitandum, sive diffidator sese offerat sive non, *allegante constit. Saxon. tom.* 2. *p.* 4. quod quoq; in plagiariis imò & assasiniis receptum
esse

esse passim † confitentur. Hipp de Marsil.*consil.*105. Damhoud.*in pr.cap.*83. 10
*num.*8. Beust.*in l.admonendi. latè & eleganter n.*1179.*ff.de jurejur.* Jul. Clar. 5.
*sentent.§.fin.q.*60.*n.*21.hactenus verò prodest hæc oblatio, & spontanea con-
fessio, modò ea ante capturam & rigorosam † inquisitionem fiat, Coler. *in* 11
*decis. Germ. decis.*232. Heig. *d.q.*32.*p.*2.*num.*42. qua cautelâ Coracotas utens
dux latronum Hispaniæ se sponte obtulit Augusto Cæsari, decies sestertium
edicto promittenti ei, qui Coracotam ad sese deduceret vivum vel mortuum.
Coracota inquam seipsum † obtulit imperatori, atque ex edicto præmium 12
poposcit, quod præter delicti veniam quoq; est consecutus, Bodin.1.*de rep.*1.
Spectat huc locus insignis Æneid. 9.

Me, me, adsum qui feci, in me convertite ferrum,
O Rutuli mea fraus omnis, nihil iste nec ausus
Nec potuit, &c.

Et tantum de hoc capite.

CAPUT XV.

DE INDICIIS, QVÆ EX SIMVLATA COECITATE, paupertate, surditate, claudicatione, & furore ficto emergunt.

SUMMARIA.

1. *Mens mala perrarò quiescit.*
2. *Historia de fratre Marcello falsas indulgentias venditante.*
3. *Historia quomodo mendici aliquando Gottingæ delusi sint?*
4. *Proditores & exploratores solent ut plurimum fingere pravos affectus.*
5. *Quomodo vigore recessuum imperii & cõstitut. Electoris Saxonici in simulatores morborum peregrinos rectà inquirendum sit?*
6. *Quibus indiciis premantur stultitiam simulantes aulici?*
7. *Argumentum à minori ad majus in causa indiciorum efficaciter stringit.*
8. *Natura ad malum inclinans, difficulter resipiscit.*
9. *Reo, in furorem verum incidente post captivitatem, an quæstio & pœna remittenda?*
10. *Declaratur hoc historiis.*
11. *De viris egregiis furores simulantibus, notabiliora.*
12. *De Alexandro VI. ejusq; filio, huc spectantes simulationes vide ibidem.*
13. *De viris egregiis, sub mirandis simulationibus, sese custodiis liberantibus.*
14. *De Paulo quarto, alapam Cardinali daturo.*

INdicium quoq; non leve † præbet maleficiorum, quoties diffamatus vel
cœcitatem, surditatem, clauditatem, paupertatem, stultitiam, furorem, vel 1
ejusmodi quid affectuum simulaverit, non tam quod tale factum per se delictum generet, *const.crim. Car.V.art.*39. Joachim. Stephani *de jurisd.Græc.c.*15. Heig. *quæst.*27.*lib.*2.ad atrociora reum invitans facinora, secundùm brocardicum: quibus mens mala est, eos ad alia scelera conatus instruit, Sophocl. *in philoct.pag.*411. vel mala mens ad quævis patranda suadet, Pet. de Suav. *in hi-*

ſtoria Concil.Trid.lib. 5.*pag.* 518. quàm quod tanta Dei & naturæ illuſio, cujuſ-
2 vis † non appareat malitiæ & improbitatis plena, *d. conſt. Car. V. art.* 39. *ibi:*
Deßgleichen ſoll ein jede Obrigkeit/ auff die verdächtige Bettler vnd Landfäh-
rer/ auch fleiſſig auffſehendts haben/ ꝛc. Sic Marcellus frater minorum ejuſ-
modi affectus ſimulabat, cum incarceratus Venetiis ob falſas indulgentiarum
bullas dilaberetur, Crantz. *in Saxon.lib.*11.*cap.*16. de quo infrà. Gottingenſes
aſtu & ſtratagemate mendicantium colluviem, quæ ut plurimum ſimulatos
3 affectus morboſq; prætendit, ne proditione, † vel annonæ defectu redderetur
urbs hoſti præda, expulerunt ignavum pecus, obſidione cincti ab Ottone
duce de Leina. *idem Crantz. in Saxon.* 10. *cap.* 14. Experientia quippe rerum
magiſtra abundanter atteſtatur, proditores, exploratores, incendiarios, la-
trones, hoſteſq; reipublicæ nefandiores ſimulatis affectibus, ne facilè co-
4 gnoſcerentur, paſſim fuiſſe graſſatos, majoreſq; † clades, uti ſcopuli marini
ſub aquis latentes, damna majora dare ſolent, intuliſſe, ut ait Lucill. *in au-*
thol.c.2.receſſ.Auguſt.de anno 1500. Von Bettlern vnd Ziegeunern/ *ibi:* nach
dem man glaublich anzeigen hat/ daß ſie erfahrne Außſpäher vnnd Verkund-
ſchaffter ſeyn/ ꝛc. eadem verba repetuntur *in Reformat.Polit. Aug de anno* 1530.
& de anno 1548. *Conſtit.Saxon.Elect.Auguſti*, von Bettelern/ *ibi:* zu dem wer-
den wir berichtet/ daß etzliche/ vnter dem Schein des Bettelens/ ſich allerley bö-
ſer Handlung befleiſſigen/ ꝛc. Conf. Joh.Jacob. Speidel. *in notab. jur. hiſt.pol.*
5 *lit.B.n.*34.*verb.* Bettler. adeò ut dubium † non ſit, quin in ſimulatores mor-
borum, affectuum, rectà inquiri, & uno, fortè mendaciorum, quibus ſcatent,
indicio accedente, quæſtionibus examinari jure queant, *d. conſt. crim. art.* 39.
arg. reform. polit. de anno 1548. von Bettlern vnd Müſſiggängern/ *l. unic. C. de*
*mendic.valid.lib.*11. Damhoud. *in pr.crim.c.*11. exinde Plato *de ll.lib.* 11. in civi-
tate nemo mendicus exiſtat, *& de Republ. cap.* 4. in qua civitate mendicos vi-
des, ibidem fures, latebras quærentes, latrones, ſacrilegos, & hujuſmodi ſce-
lerum artifices reperiri dixeris, &c. De ſtultitiâ ſimulata, von Schalcksnar-
ren/ ꝛc. eædem agunt cõſtitutiones, qui non niſi in principium aulis, prodito-
rum latibulis, uti ſcribit Waremb. ab Erenberg *de fœder.pag.*244. tolerantur.
De Dionyſio Tyranno refert Vict. Strigel. *in Exod.c.*12.*pag.*107. quod habue-
rit ejuſmodi genus hominum in aulâ, qui ſputum tyranni ore exciperent, af-
6 firmantes † id nectare dulcius eſſe. Gualterus Mapes Archiepiſcopus Oxo-
nienſis Angliæ, ſcurras ejuſmodi fovit, cumprimis verò aliquem literis in-
ſtructum, inter quos unus fecit comœdiam, introducens Regem pro Jove,
Papam pro bove, nonnunquam Plutone, prælatos pro Pilatis & animalibus
brutis, Joan.Balæ. *in Catal.ſcript.de anno* 1531. Joh. Wolff. *tom.2.lect.mem.pag.*
710. & refert Ant. de Guevarâ *in epiſt.aur.pag.*158. *german.* quod reges ſibi in-
vicem dono tranſmiſerint, gantze Schiff voll beladener Narren/ ꝛc. adde *conſt.*
1530. *§.* von Schalcksnarren/ *ibi:* aber andere Schalcksnarren/ ſo Churfürſten
vnd

vnd Fürsten/mit Diensten nicht verwand / vnd wider obbemelte Ordnung im Reiche befunden/sollen nicht gelitten/besondern durch eine jedere Obrigkeit/wo die betretten/gestrafft werden/rc. Si coërceri debent, quidni in ipsos inquiri de maleficiis? quòd † minus est, cùm argumentum hoc affirmativè omninò concludat, *l.fin.qui ætat.lib.10.cap.cum in cunctis,ext.de elect.* Eberh. *in Top.à minori*, ubi contendit, quòd argumentum à minori sit necessarium in delictis, quæ tendunt ad eundem effectum, *num.*3. nempe, ut de facinorosis judicium reddatur, *l.3 ubi Dd.C.de Episc.aud.* cùm enim ingenium humanum semel ad malitiam dilapsum, una ad improbè agendum, viâ præclusâ, aliam facilè reperiet deteriorem, quia in pejus natura semper ruit malitiosa, Petr. de Suav. *in hist.Concil.Trident.lib.1. pag.*95. Crantz. *in Wandal.lib.14.cap.*3. hoc genus † hominum (*de piratis ait*) posteaquam ad prædam semel armatur, si non potest ab hostibus, certè ab obviis quibuscunq; requirit, unde vivat, ne invanum laborârit, &c. Lacedæmonienses fatuos ejusmodi uti impostores, & flagitiorum quorumvis reos, vel ad minimum indicatos, vel quæstioni vel pœnæ pro re natâ subjecerunt, Ant.de Guevara fures & latrunculos appellat id hominum genus, *in epist. pag.* 157. Aliâs reo in furorem incidente & quæstio intermitti, etsi furor supervenerit, post sententiam capitalem executio suspendi debet, Bald. *in l.humanitatis,C.de imp.& aliis subst.* nisi, ut quidam distinguunt, crimen † commiserit exceptum ac nefandum, Bart. *in l.si servum, ff.si ex nox.caus.agat.* cùm etiam ipsæ bestiæ nō propter peccati conscientiam, sed indignam facto, quam refricant memoriam, pœnas luant capitales, adeò, ut anno nono, Cæsaris Nicephotis, monachus quidam stricto irruens ense in palatium Constantinopol. caputq; Augustini hostiliter insequens, è vivis sit sublatus, Wolff. *cent.9 pag.1.lect.memor.pag.*215. Hadrianus † verò apud Tarraconem spaciatus per viridaria, servo in se cum gladio furiosiùs irruenti pepercit, medicis potius curandum hominem tradens, Ælian. Spart. *in vita Hadriani.* Præterea viros egregios (qui casus ad consequentias vel pœnas non trahendi sunt) furores † simulâsse refert Plutarch. *in vit.Solonis,uti Solonem*, Laërtius *in vita ejus*, Ulyssem, ne ad bellum Trojanum proficisceretur, Petr.Roiz *in decis.Lituan.decis.1. num.*123. (nota hìc locum Ulpiani *in l. 6.ff. de cur.fur.dand.* plerosq; furorem fingere, statuētes, quo magis eo commento necessitatem munerum civilium effugiant) L.Junium Brutum, qui inde Brutus dictus est, quod brutorum instar posset simulare gestus, Liv. 1. *de cad.* 1. Pogg.Flor. *de mis.human.condit lib.2.pag.*47. Moysen, Judæorum ducem, ut commissorum vel committendorum impunitatem sibi compararet, Tiraquell. *de pœn.caus.2.num.*4. Davidem, ne ab Achi, Philistinorum Rege interficeretur, 1.*Sam.*1. Bonifac. VIII. à Philippo Pulchro, Gallorum Rege, per Nognaretum bello captum, quem reverâ dementem fuisse existimat, Bodin. *de Republ.1.cap.*10, Roscium Romanum, tempore Syllæ Dictatoris & Cice-

ronis, Romæ degentem, cui quotidie ex ærario publico drachmæ 1000. erogabantur, Leonh. Turn. *in Apol. contr. Gripsw.* unde diverbium: *Judicare facilius esse, quàm agere Roscium,* Guil. Valent. Forst. *in præmiss. disp. de act.* Blond. de Roma triumphante, *cap* 3. scribit: Quod Romani æquè salaria constituerint histrionibus uti militibus, & quod sæpenumero pro una Comœdia in theatris publicis habitâ numerati sint mille sestertii, fiscus enim non populus satisfaciebat rebus hisce ludricis, quib. nullus actor sese immiscebat, nisi decreto Senatus, certæq; leges præscriptæ erant actoribus. Posthac, quando degenerarent facetiæ & sales publici in malitiam & scandalum populi, omnes gesticulatores, tibicines, circulatores lege latâ expulsi sunt Româ. Cæsaris Augusti seculo Pilas, Tranquilli, Phanius, uti gesticulatores eximii floruerunt, utrique ab utroq; Cæsare fustibus cæsi & deportati fuêre. Marcus Aurelius, Lamberto præsidi in Hellesponto transmisit tres naves morionibus plenas hac cautelâ & mandato, cujus tenorem idiomate germanico expressit Guevara *d. loc.* Nachdem nun diese Schalcksnarren werden an das Land getretten seyn/ ist meine Meynung/ daß du sie auff freyem Fuß stellest/ vnd jhnen nichts abnehmest/ sondern sie ernstlichen ermahnest/ daß sie hinfürter jhre Schalcksnarrerey keines weges mehr üben noch brauchen sollen/ wofern sie aber das Widerspiel theten/ alsdann magstu sie am Leben straffen. Vor allen dingen aber will ich/ daß du sie zu der Arbeit anhaltest/ vnd jhnen keines weges den Müssiggang verstattest. Dann der Müssiggang ist ein Mutter aller Laster vnd Ergernüssen/ die in einer Statt entstehen können. Die Schalcksnarren können billicher sagen/ daß wir Narren/ vnd sie verständig seyn/ dann weil wir jhnen schencken/ so können wir die jenigen nicht für Narren halten/ welche vns betriegen/ vnd von vnserm Schweiß wissen zu leben. Ob schon wir von vns selbst viel/ von den Schalcksnarren aber wenig halten/ so sag ich doch/ daß sie billicher vnsere Werck außspotten/ als daß wir vber jhre Wort lachen. Dann sie machen jhnen vnser Gut besser zu nutz/ als wir vns jhre Thorheit.

Nihil hic de gesticulatoribus occultè & clam grassantibus dicam, qui longe nocentiores sunt manifestis erronibus, uti scopuli sub unda latentes plus nocent, quam qui eminent, nihil de magnatibus hac lue infectis, & exinde totam rempublicam sceleratè fallentibus dicam. Nota est quod citra injuriam scriptum esto: Prodigiosa simulatio Alexandri VI. quem egregium insignemque simulatorem appellat Guicciard. *lib* 6. Waremb. ab Erenb. *de*
12 *fœd. pag.* 215. per ministri incuriam † epoto veneno, quòd aliis dari jusserat, demum exstinctum, Ranzov. *in tr. astrolog. pag. mihi* 284. Cujus filius eandem callens artem, judicio publico damnatus, ut lueret pœnas, confessarium suũ jugulavit in custodia, & indutus veste ejus liber evasit, Laurent. Faust. *lib.* 3. *de* 4. *monarch. p.* 237. astutia edoctus Marcelli fratris, de quo paulò ante ad mortem se ægrotare simulantis, receptamque, *uti ajunt*, conscribentis, qui præparata

paratâ potione rogavit ad se dimitti fratrem ordinis minorum, ut coram Deo sinceram faceret moriturus conscientiam, adventantem ad se in carcerem fratrem blandè invitat, ut potum suum degustare non detrectaret, frater nihil doli veritus, bibit, nec diu post in somnium solvitur gravissimum: Marcellus detractâ illi veste monachali, ipse induitur, & clamans carcere extrahi poscit, extrahitur reus, & cum cucullo alieno dilabitur, Joan. Wolff. 1. *lect. memorab. cent.* 15. Sic Wenceslaus ob pigritiam & luxuriam exauctoratus, cùm secunda vice † teneretur captivus à fratre Sigismundo, sumpto mendicantium ha- 13
bitu evasit, à virtute Caroli quarti patris longè alienus. Laurent. Faust. *de stat. Daniel. pag. mihi* 231. Sic Johannes 23. sub Concilio Constantiensi, quod ipsemet edixerat, habitu laicali clàm se subduxit, vulgò diabolus incarnatus dictus, Herbrandus *de miss. pontific. pag.* 36. Joh. Bar. *in vit. Joan.* 23. de fure amentiam vel potius obsessionem Sathanicam, simulante hæc scribit Joan. Wolff. *tom.* 2. *lect. memb. pag.* 1009. Landesbergæ (oculatus testis hæc refero) erat auriga, qui parochum accedens dixit: Aliquoties me Sathan ad tuas usque januas comitatus est: sed neque ipse ingreditur, neq; ingredi patitur. Cumq; aliquandiu hac fraude uteretur, atque tandem in furta incideret, deprehensus ait, se à dæmonio agitatum hæc fecisse, & insaniam finxit. Vocantur Jesuitæ, qui dicunt illum obsessum, adhibent igitur varios exorcismos, verum nihil proficiunt, quo etiam plura adhibent crucis signa, eò majorem ille fingebat insaniam. Tandem Rector Landspergensis, multis preculis & characteribus adhibitis, à tergo agnum cereum illi alligans, imperat dæmoni, ut in nomine B. Mariæ egrediatur, Dæmon respondit Crusio: (sed hoc nemo, nisi ille audiebat) non egrediar, nisi hominem hunc vestris intercessionibus à fune liberaveritis. Hoc autem omnes astantes furem dicere audiebant: cito sanarer, si à patibuli pœna tutus esse possem. Postquam igitur Jesuitæ pollicerentur, se suis intercessionibus illum liberaturos: ibi continuò convaluit, quietus sedit & risit. Cum verò Magistratus secundum juris rigorem cum ipso agere, illumq; supplicio afficere vellet: Jesuitæ misso ad principem supplici libello, illum à reste liberarunt. Qui liberatus ipsemet confessus est, se omnia ista finxisse tantùm, quia liberationem ipsi Jesuitæ promisissent. At Jesuitæ hoc pro miraculo in vulgus sparserunt, agni Dei imagunculam ceræ impressam mire commendantes, illarumq; ingentem copiam vendentes. Hujusmodi conficta miracula innumera disseminant, absque pudore: licèt plerique sciant, hæc dolo & fraude peragi. *Hæc ille.* Sic Bartolus *in tr. de testib. in* §. *opposita. num.* 4. se à natu majoribus accepisse, ait, Perusii, unde illi origo fuit, quendam fuisse, qui fraternam cædem, simulatâ per biennium amentia, interfectore fratris occiso, dum eum dementem, ut simulabat, creditum caveret, ultus est. Vide Petr. Roiz. *in decis. Lituan. decis.* 1. *num.* 122. Deniq; amentiam vel pietatis zelum an præ se tulerit Paulus quartus, Cardinalem D. Jaco-

 bi Pa-

bi Papam ad Cathedram ſedentem, neceſſitatis ergo allocuturũ, manu quaſi
14 alapam daturus eſſet Cardinali, † avertens, Petr. de Suav. *in d. hiſtor. Concil. Trident. pag. mihi* 463. Audax Hildebrandus adhuc Archidiaconus Romanus colaphos aliquot impegit. Alexandro 2. *in ſacrario.* Wolff. *tom.* 2. *lect. memb. pag.* 711. Ille Pontifex Ferdinandum I. Cæſarem glorioſiſſimum hæreſeωs proclamavit, quod calicis communionem Auſtriacis ſuis conceſſiſſet, legatos imperatoris carceri includens, reſeransque literas Cæſaris, ad ſe non pertinentes, *Idem lib.* 5 *pag.* 470. hic Papa inquiſitionem contra Lutheranos nervum pontificatus eſſe conſuevit dicere, arcanumq; Pontificium. *Idem d. loc.* Deniq; de indiciis adverſus monachos mendicantes, & minores receptis, agit Pogg. Florentin. *lib.* 1. *de miſer. human. condit. pag.* 39. *ibi:* faterer felices illos, ſi tales eſſent, quales volunt videri, ſed longè interior vita diſtat ab oſtẽtatione, ſeditioſi quidam ſervientes ambitioni, importuni, maledici etiam in ſuæ profeſſionis viros ſæpiſſimè deprehenduntur. *Hæc ille.* Ludowic. II. Rex Galliæ veneno ſuffocaturus fratrem Aquitanum, monachi opera adhæc uſus eſt, anno 1471. qui propter hoc ſcelus fulgure cœleſti tactus, mane jacuit in cubiculo inſtar carbonis niger, & lingua exſertâ ſemipedis longitudine repertus, Jacob. Majer. *in Chron. Flandr.* Wolff. *tom.* 2. *pag.* 913.

CAPUT XVI.

DE INDICIIS, QVÆ EX PRÆPARATIONE INſtrumentorum, quibus vulgò delinquentes utuntur, deſcendunt.

SUMMARIA.

1. *Si quis arma ſibi comparavit & in vicinia ſubſecutum eſt homicidium, indicium contra emtorem concurrentibus aliis indiciis exoritur.*
2. *Sic qui ſibi præparavit vel emit alia ad delinquendum inſtrumenta apta, indiciis premitur.*
3. *Quænam hinc indicia vel ad furtum perpetrandum vel commiſſum, ad veneficia facienda vel facta reſultent?*
4. *Exempla hac de re referuntur.*
5. *An judicia quæ adverſus viros ſtringunt, ad delicta fœminarum extendantur?*
6. *Vtrum à fœminâ exigendum ſit juramentum.*
7. *An fœminæ naturâ malæ ſint?*
8. *Fœminæ delinquentes mitius puniendæ ſunt, & quâ de cauſa?*
9. *Speciosa de fulgore armorum militarium.*

1 ALiud indicium ad † torturam eſt, cum quis pecunia vel ipſe vel per alium, arma, aliave inſtrumenta ad delinquẽdum apta & idonea ſibi comparaverit, fabricaverit, vel fabricari fecerit inſtrumenta ejuſmodi nociva & noxia in loco ſuſpecto vel etiam conſpicuo.

Quales ſunt ſchalæ, Carer. *in pract. crim. pag.* 65. ferramenta, adulterini claves

claves ad furta † committenda, ossa humana, candelæ incantatoriæ ad veter- 2
num insolitumque somnum hominibus inducendum, si fomites ad incendia, si de herbis venena, ex infectis bufones vel araneæ colligantur, exindeq; damnum, noxa vel interitus † alicujus animalis sit subsecuta, homine quæ- 3
stioni subjugando, existente leviori, & quæ sit conversari solita cum improbis, qui flagitii ejusdem communi hominum judicio censebantur rei, *argum. const. crim. art.* 25. Bart. *in l.* 4. *ff. ad L. Jul. & in l. fin. n.* 6. *ff. de qq. Fr.* Brun. *de indic. p.* 1. *quæst.* 4. Blanc. *de indic. in d. l. fin.* ubi dicit, se vidisse, † quod quidam 4
fecerit experientiam super armaturâ cum pugione an pertransiret? qui die sequenti hominem occiderat, & subdit, quæstioni subactum fuisse, confessum, quod ideo pupugisset armaturam, quo periculum faceret, an pugio etiam per ossa humana transiturus esset. Meo tempore de binis, Græcis natione, Heidelbergæ, singulare pietatis votum allegantibus, supplicium sumebatur, qui adsciverant sibi famulum itineris comitem, quem securi, comparatâ sibi in proximo oppido, ubi in confinibus cadaver cum securi sanguine aspersa reperiebatur, trucidaverant, vide Carer. *in pract. crim. pag. mihi* 65. ubi tradit, quod ad fundandum hoc indicium præstet, ut securis vel gladius, quo quis occubuit, probè dignoscatur quoad mensuram, eaq; facta collatione cum vulnere provide etiam chyrurgis adhibitis consideretur, posito casu, quod securis vel ensis esset repertus in loco patrati homicidii. *Hæc ille.* Porrò cum Witebergæ studiosum agerem in Saxonia Electorali mulier infanticidii rea nec immeritò existimabatur, quod funiculus in lecto ejus inventus esset, quando partus occisus crederetur, re quæstioni submissâ, facinus mulier ultrò confitebatur, & quæ adduci possent exempla alia, quæ prætermitto.

Sed quia de muliere jam † dicere cepimus, haud inutiliter formari the- 5
ma potest impræsentiarum: Utrum indicia, quæ in genere & indifferenter induximus, ad fœminas delinquentes, pari ratione pertineant? Quod videbatur in dubium vocandum esse, authoritate Accursii *in l.* 8. *ff. de edend.* referentis, dolum non præsumi, ne velatam culpam quidem in muliere: At sine dolo & culpa delictum non committitur, indicia delicti non subsistunt, quia actor dolum in ipsis indiciis latentem probare tenetur, pro re natâ, quâ de re alibi. Accursii glossam à plerisq; receptam esse, testatur Bald. *in l. fin. C. de jur. delib. & in l.* 8. *C. de imp. & aliis subst.* dicens, quod in muliere non præsumatur dolus, sed potius bona fides, mera & nuda simplicitas, quàm sexus imbecillitas scilicet inducit, idem *in l. quicunq;, C. de serv. fugit. ibi: quod si statutum puniat dolum præsumptum, mitius agatur cum fœmina, &c.* Sed hæc utcunq; se habent, jure tamen vix confirmabuntur. 1. Quia lege constitutum non est, ut quæ indicia adversus viros stringunt, contra fœminam non æquè militare debeant. Erubescimus autem loqui sine lege, *l.* 9. *C. de collat.* Imò quoties statutum etiam pœnale, quod aliàs strictè explicari debet, homines meminit,

inde

inde fœmina continetur procul omni dubio, & nedum extensivâ, sed genuinâ verbi significatione, Joh. Gœdd. *in l. 1. de V. S.*

2. Quod fœmina ad delinquendum propter eâdem sexus imbecillitatem proclivior sit & pronior viro, adeò, ut Justin. *in Novell. de nupt.* § *quæ*
6 *vero*, jusjurandum † idcirco remittat mulieri, ne facilius in perjurium prolabatur, abrogata ibidem L Julia Miscella, quæ exigebat juramentum, imò in eandem rem est, textus *in auth. ut sine prohib. mat.* §. *quia verò multam.* Ubi quoniam similiter compertum habebat Imp. mulieres toties pejerare, quoties jurejurando quicquam adserant, constitutionem priscam, quæ juramentum quoque exigebat, abrogavit. Idq; communi & optimâ ratione, qua placuit, ut quando verisimilis præsumptio stringat, aliquem pejeraturum, nunquam eidem deferatur juramentum, *c. Clericos, de hab. cler.* Panorm. *in c. quæstioni, & ibi Philip. Franc. de appell.* prout in simili de clerico constitutum extat, ne ab ipso juramentum exigatur, de non revertendo ad mulierem adamatam, scilicet, quia illud propter carnis fragilitatem vix servaturus sit, Joh. Neviz. *in Sylv. nupt. quæst. 1. an sit nubend.*

7 Cætera † flagitia, quæ fœminis utplurimùm adhærent, nemo unquam dubitavit, quin severè tam in indicia, quàm supplicia fœminarum sit animadvertendum, quia multis grassantibus exemplo opus est, uti factum Fabio Maximo, Romæ existente ædile, mulieres enim veneficiis ita aërem corruperant, ancillula quapiam facinus hoc execrandum detegente, ut millia aliquot hominum inde periissent, Justin. Gobler. *in comm. ad const. Car. V. artic. 36.* quarum tunc centum & septuaginta damnatæ fuerunt, quæ res prodigii loco Romæ habita est, non res nova nec inusitata visa Apulæo, qui hujusmodi delicta vocat, *lib. 9.* familiares mulierum artes. Quapropter Propert. *lib. 2.* ad mulieres fatur:

Sed vobis facilè est, verba & componere fraudes,
Hoc unum didicit fœmina semper opus.

Et Plautus *in milite.*

Tecum ipse nunc evolve fœmineos dolos
Mulier, dedit natura cui pronum malo
Animum, ad nocendum pectus instruit dolis.

Nec dissimulandum tamen est, quin incauta mulierum fragilitas sit in causa, quod fœmina delinquens puniatur mitius, *l. sacrilegii, ff. ad l. Jul. pecul. l. si adulterium,* §. *stuprum, ff. de adult. & c. sicut. de homicid. c. 32. quæst. 6.* ubi dicitur: tanto gravius puniendos esse viros, quanto magis ad eos pertinet, & virtute vincere & exemplo regere fœminas, adde *l. quisquis,* §. *ad l. Jul. Majest.* proinde Thomam de Aquino *2. q. 163.* statuisse constat, Adam plus peccasse, quàm Evam, cõsideratâ persona peccantium, quoniam ille erat conjuge perfectior: quod negat Alphons. Tostat. *ingen. Tom. 1.* Plin. *lib. 8. natur. histor.* scribit:

ſcribit: leonem, quando ſævit, in viros plus, quã in fœminas fremere, veluti quem natura docuerit fœminas clementius, quam mares, tractandas eſſe, vide Andr. Gail. *lib.* 1. *de pac. publica. cap.* 1. *n.* 37. *& ſeqq.* & in primis Theodor. Reinkingk *in Reſp. jur. de proceſſ. cont ſag. null. inſt. n.* 442. *& ſeqq.* ibiq; Dn. Wilhelm. Antonii *in clauſt.* Quanquam Carer. *in pract. crim.* hoc omninò neget, adeo ut quoque maſculinum prohibitivum concipiat fœmininum in ſtatutis pœnam irrogantibus, evincens, nullo juris textu probari poſſe illam pœnarum mitigationem quoad mulieres, nec unquam pœnarum differentiã quoad committentes fuiſſe introductam, præterquam in cauſa L. Corneliæ, ubi nobiles deportantur, ſervi beſtiis objiciũtur, *l.* 3. *l. pen. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* nec non reſpectu offenſorum, ubi pœnę potius exaſperantur: nam qui Comitem, nobilem, Doctorem, equitem occidit, ſeverius coërceatur, quam qui ruſticum occidit, Carer. *d. loc. pag. mihi* 118. ubi inter cætera evincit, quod manum violẽtam inferens doctori, manus pœna puniatur, Rebuff. *in tr. concord. pag. mihi* 109. igni concrematũ fuiſſe ait privatum hominem, advocatum regium manu pulſantem. Sanè ſi nullæ, excepto illo caſu, pœnarum mitigationes, quorſum totus ille tractatus nobiliſſimus Tiraquelli *de pœn.* qui tamen nec jure vacat, nec uſu eſt exploſus: Porrò ad hoc indicium ſpectat, ut ſi quis nummos mutuo accepit ad paranda arma. Idem Carer. *pag.* 63. Bart. *in l.* 4 *ff. ad L. Jul. Majeſt.* qui latè hoc indicium explicant, ad parandos equos milites ad vim publicam inferendam, Brun. *de ind. verſ.* item ſunt, Carer. *d. loc.* Sed ut ad armorum præparationes redeamus, diſtinguenda ſunt & tempora & perſonæ circa indicia relata; quantum enim belli tempus concernit, ubi pravi pariter ac frugi concurrunt ad vexilla, milites, tympanâ quæ occultam faſcinandi in bello vim habet, ſonante, judicia hæc omnia ſilere exiſtimo, cum neceſſitatis lex requirat, eo ſtatu arma cumprimis ſibi vendicare, præparare, at quo ad terrorem hoſtis fulgidiora appareant, exactè prępolire. Unde *Deut.* 32. ſi acuero, ut fulgur, gladium meum: Extant plures loci in eam ſententiam in ſacris literis, *ut Abuc.* 3. *Nahum.* 3. *Pſalm.* 7. 1. *Maccab.* 6. adeò ut turpis & impolitus haberetur miles, qui impolitis & parum nitidis armis non appareret, nec ſeſe terribilem vel ſolo aſpectu hoſti præberet, Alexand. *lib.* 17. *gen. dier. c.* 13. Unde Virgil. 9. *Æneid.*

——— *Rotat enſem*
Fulmineum. & iterum.
Flammasq; vomentem
Flammiferumq; enſem, &c.

Vide Joh. de Pined. *in Job. cap.* 20. *verſ.* 25. & Vopiſcum *pag.* 273. *ibi*: arma terſa ſint, ferramenta ſauciata, calceamenta fortia, veſtis nova veterem excludat, ſed non de amicorum lacrymis, ſed hoſtium prædis, equum ſaginarium ſuum defricet, & in omni parte ſit mundus, Beſold. *de jure belli, pag.* 122.

cùm è̀contra arma hebetia, quæ diuturno ocio, vel militum desidia contraxerunt rubiginem, reprehensione digna, idem *d. loc. pag.* 11. Planè † arma micantia adeò in precio habuit vetustas, ut acinacem pro Deo coluerit cœcâ armorum veneratione, quâ de re *p.2.cap.2.* vide Lucian. *in Toxari. pag.* 106. *ibi: non per acinacem quicquam sum mentiturus, &c.* In Quintilium Varum à Germanis delusum, post Densi funera, scribit Luc. Flor. *Epit* 4. *in fine.* At illi (Germani) qui jampridem rubigine oblitos enses, inertesq; cernerent equos, ut primum & sæveriora armis jura viderunt, arma corripiunt: improvidum & nihil tale metuentem improviso adorti, cùm ille (ô securitas) ad tribunal citaret, undiquè invadunt, castra rapiunt, & tres legiones opprimunt, &c. *Hæc Flor.*

8

9 Deniq; Atheas, † Scytharum Rex, per acinacem & ventum juravit, tanquam res sacras & divinas, cùm Ismeniam tibicinem optimum in bello cepisset ac jussisset canere, cæteris admirantibus & adserentibus: non meliorem se audiisse tibicinem. Illo autem affirmante sibi jucundius esse audire equi hinnitum, tum ob animi & aurium rusticitatem & barbariem, quorum ille stabulis inclusus erat, hæ rudente asino quam suavi musarũ voce digniores sunt, verba Joh. Spinæi *de tranquill. anim. lib.* 4. *pag.* 189.

CAPUT XVII.

DE INDICIIS, QVÆ ORIVNTVR EX MALEFICIO in vicinitate commisso adversus vicinos loci, ubi delictum commissum proponitur.

SUMMARIA.

1. *Quale indicium formetur imprasentiarum?*
2. *Quando hoc indicum maximè stringat?*
3. *Indicium unum nunquam ad torturam sufficiens est.*
4. *Vicinus præsumitur scire facta vicinorum.*
5. *Vicini mores vicinorum cognitos habēt.*
6. *Dictum testis de moribus alicuius hominis deponentis valet, siquidem hanc rationem reddit, quia vicinus est.*
7. *Consanguineus præsumitur scire mores consanguinei sui.*
8. *Qualter adversus hospites repentinos suspectos hoc indicium extendatur?*
9. *Ob hominis unius delictum impunè relictum sæpè ipsæ universitates periêre.*
10. *Magistratus non puniens delicta, pejor est flagitioso reo.*
11. *Commendatur jus dicenti l.8.§.1. C.de vi publica.*
12. *Caroli primi judicium hac de re recensetur.*
13. *Delegati judices committunt crimen læsæ Majestat. qui delicta impunita relinquãt.*
14. *Mors impii, Dei sacrificium.*

1 ALIUD indicium † ad torturam est adversus dominum ædium, siquidem in ipsis vel juxtà aut propè easdem delictum commissum allegetur, concurrentibus scilicet indiciis aliis, ut quia dominus vel inquilinus homo levis

sit,

sit, aliisq; illius vel † similis generis criminum notis turgeat, zu dem man 2
der verwürckten Missethat sich voll versehen möchte / Hippol. Marsil. *in pr. crim. §. diligenter, num.* 99. Bart. *in l.* 1. §. 65. *ff. ad SCtum Syllan.* (*dico*) concurrentibus aliis adminiculis: Etenim quod † nunquam satis superq; inculcari 3
potest, indicium unicum ad torturam rarò vel nunquam sufficiens est, proinde vulgò dicimus, indicia non indicium requiri, *const. crim. art.* 27. *ibidem*: derselbigen argwöhnlichen Theil oder Stücke ist keines alleine zu Rechtlicher Anzeigung / darauff Peinlich mag gefragt werden / gnugsamlich / Menoch. 5. *præsumpt.* 32. *n.* 24. *l. dominus, ff. locati*, atq; hujusmodi indicium signum quoq; à nonnullis dicitur, Paris de Puteo *in tract. synd. in verb. mandas*, Marsil. *d. loco, num.* 407. Blanc. *de indic. ind. l. fin. num.* 4. 12. ubi dicit: quod quando committuntur delicta occulta, quorum authores vulgò nesciantur, magistratus soleant, capere vicinos, unde veritas procul dubio haberi queat, *l.* 15. *ff. de instr. & inst. leg.* Bart. & Salicet. *in l. fin. C. de qq.* unde vulgata juris maxima, quæ dicit: Quod † vicini præsumãtur regulariter scire ea, quæ in vicinia sunt patrata, vel † quod credantur, non ignorare mores vicinorum, *l. de minore*, §. *pen.* 4 5
ff. de quæst. l. 28. §. 2. *ff. de inst. & instr. leg. auth. de testibus, quæ dicit: præsumi vicinum scire bonitatem & legalitatem hominis, multò melius homine alio*, Hieron. de Cævallos *in spec. comm. opin. contra comm. quæst.* 808. *num.* 28. Proinde nonnulli ex nostris ajunt, valere † dictum testis, deponentis aliquem bonum 6
non ratione redditâ, quia est vicinus, *gloss. & Dd. in l.* 2. *C. quoad fisc. vel princ. &c.* de consanguineo idem constitutum jure legimus, *l.* 7. *C. de integ. rest. l.* 37. *C. de liber. caus. l.* 8. §. 1. *unde cognati*, Seraph. de Seraphinis *in tract. de privileg. juram. priv.* 33. *num.* 118. receptius verò, uti diximus, in vicino, quod etiam authoritate Scripturæ sacræ, *ut Luc.* 1. probat Tiraquell. *de piæ caus. priv.* 23. *n.* 1. ubi multa egregia de vicinitate collecta habet, vide Johan. de Pined. *in Job. cap.* 22. *v.* 1.

Porrò indicium hoc adversus † hospites repentinos & ignotos, quos 7
suspectos arbitramur, siquidem in hospitio vel juxta illud delictum commissum proponatur, stringit quoque fortissimè: Quâ de re exemplum præbent † 8
bini illi Hebræi apud Bunting. *in hist. completa à Meibom. pag. mihi* 539. Idem adversus grassatores & prædatores publicos, si in vicinia ubi commorantur, viatores spoliati vel occisi fuerint, potissimum operatur: Sed hæc prosequi pluribus, vix operæ pretium est, dormiente ubivis pene locorum L. Corneliâ, vitiis in mores, hominibus in beluas merè lycantropeias mutatis. Subvenendum verò, ne quod antiquitati, justitiam temerè administrãti toties contigit, quando ob hominis unius impunitam peccandi licẽtiam sæpe numero perirent ipsæ universitates justo & investigabili Dei judicio, Germania plusquam serò at seriò † experiatur. Refert author citatus ob viri unius flagi- 9
tium expugnatas fuisse arces & orbes, viros principibus quondam gratissi-

mos ob unius vel alterius drachmæ spolium fuisse cruci affixos, Bunt. *d. lib. pag.*429.*& pag.*426. Et refert ex Polybio, Pescennium Nigrum ob unius Gallinacei direptionem decem commanipulones, qui raptum unà comederant, securis percuti jussisse, Joh. de Pined. *in Job. cap.* 9. *vers.* 12. adeò ut si quis de via in alicujus possessiones deflexisset, fustibus subjiceretur, vel virgis cæderetur, in conspectu omnium hisce verbis monitoriis: visne hoc in agro tuo fieri, quod alteri facis. Lamprid. *in Alex. p.*220. Joh. Jac. Speidel. *in not. jur. hist. pol. lit. K. n.*24. *verb.* Kriegs-*disciplin. p.*590. *ad fin.* Proinde Lang. *l.*7. *pag.*773. l' ordre & police furent tels ertreeux (id est milites Montmorany) que son camp à ceux, qui arrivojent monstroit plus face & apparente d' une cite poli-
10 ceè. Vide *p.*3. *cap. de latrocin.*

Ecquis fari ausit, magistratum † in foro vel bello grandiora permittentem flagitia, ab ipso facinoroso abesse vel differre parum aut nihil, ipso facto, quo mandat, quo connivet hisce criminibus, incurrere notam, de his, qui notantur, &c. *text. expressus, in l.* 8. §. *fin. C. de vi. publ.* Ludov. Rom. *in sing. sing.* 77.
11 ubi ait: magnum esse vituperium legistis, quod hic textus non familiarior & notior † sit illis. Unde Cicero *in Verrem*, non majus illum, *ait*, scelus concepisse, cum pœna spoliaret, cum tot homines innocentes necaret, quam cum tot sceleratos, tot tantisq; nefariis facinoribus coopertos dimitteret, vel
12 quod gravius, sua sententiâ absolverentur. Refert Andr. de Isern. Carolum I. jussisse judicem suspendi, qui latrunculum pœna manus saltem † mulctaverat. Ordinarios alios sive delegatos quantum attinet magistratus, illi si se-
13 gniter animadvertunt nec plectunt crimina provinciæ, rei constituuntur vel læsæ majestatis, *l.* 1. *C. de privat. carc.* mulctantur † exitio, vel 20. auri libris,
14 *Novell. ut neq; mil. neq; fœd. l.* 1. *in fine ubi. Bald. C. de Monop. & l. si quis sepulchrum, C. de pub. lætit.* nempe ne Dii sacrificiis † spolientur, quod sacrilegium spirat, mors impii verò est Deo holocaustum, Alphons. Tostat. 3. *reg.* 39.

Pinguior ulla nequit mactari victima summo
Quam meritus fieri victima grata Deo.

Dn. Bullæus *in pentad. consil. respons.* 1. *num.* 10.

CAPUT XVIII.

DE INDICIIS, QUÆ EX CELATIONE DElictorum proficiscuntur.

SUMMARIA.

1. *Qualiter quis teneatur manifestare conatus delinquendi vel ipsa delicta?*
2. *Fabula de Sisypho penes inferos saxum volvente.*
3. *Vasallus domini secreta pandens beneficio privatur.*
4. *Socii suspecti in quem finē torqueantur?*
5. *Ob solam conspirationis scientiam nemo capitaliter plecti debet.*
6. *Ubi probationes desiderantur evidentes & legitimæ, indicia non sufficiunt.*

7. *Indicia*

7. Indicia non pœnæ sed quæstionis debent esse mensura.

8. Examinatur locus Pauli de Castro in l. fin. C. de probat.

9. In causis modici præjudicii fama aliquid probat?

10. Illustratur quæstio proposita exemplo quodam à milite Florentino desumpto.

11. Quid in usu practico obtineat, quando crimen testibus inhabilibus probandum?

12. Posteriora insunt prioribus, & vice versâ.

13. A separatis male infertur.

14. Explicatur l. 34. C. de adulter.

ALiud indicium est † occultæ societatis, qua de re supra dictum est quo- 1
dammodo, id est, cum quis haud ignarus flagitii alicujus atrocioris, ut
conspirationis in necem vel ruinam imperatoris vel imperii factæ, crimen
non manifestavit, aut siquidem impedire malum poterat, id intermisit, *c. deli-
cto. de sent. excom. in 6.* Menoch. 1. *præs.* 89. & quanquam regulariter crimen
commissum vel committendum indicare, adeoque quadruplatorem agere
nemo teneatur, *gloss. Dec. & Dd. in l. culpa caret. ff. de R. J.* quandoquidem se-
cretorum revelatores ubiq; gentium odiosos extitisse, tàm historiæ quàm res
ipsa † contestantur, in tantum, ut antiquitas finxerit Sisyphum, qui deorum, 2
secreta manifestâsse dicitur, apud inferos mirificè excruciari: fabula enim
est, quod manifestator garrulus saxum ingens ad montis cacumen deferre,
quod inde relapsum revoluere & in sublime evehere teneatur, Valer. Maxim.
de cult. deor. Cicero 1. *Tuscul. quæst.* citans versiculum:

Saxum sudans nitendo, neq; proficit hilum.

quâ de re quoq; similibus & ad amphoram vide sis apud Autorem (quisquis
ille sit) *notar. margin.* auff das *spargirte votum absolutorium in causa* Kays. *Fisci*
vnd Hessen Darmbstadt *contra* Ysenburgk/ *n. 1. & in primis pag. 8.* Veruntа-
men & delicti gravitas, ipsaq; rei necessitas, sæpenumero suadet, exigitque
manifestari ea, quorum interest reipublicæ, & quæ in salutem singulorum
nefariè cedere videbantur, *l. 5. §. 6. ff. ad L. Jul. Majest. l. 6. ff. ad L. Pomp. de par-
ricid. l. 18. ff. de injur.*

Proinde feudorum jure † constitutum apparet, ut si cliens conspiratio- 3
nem aliaq; nefanda in domini caput, atque pernitiem ejus vel familiæ con-
structa, subticuerit, non tam feudo privetur, *c. unic. quib. mod feud. amitt. ubi
Schenck baro Pet. de Ravenn. Hott. & FF. comm.* quàm pro re natâ indicio
proditionis aggravetur, *quâ de re p. 2. de indic. proditionis*, ut nec immeritò
quicunque scientiam vel cognitionem facinoris patrandi habere aut habuis-
se convincatur, quæstioni subjugari tormentisq; adhibitis, interrogari † jure 4
possit, qui si socius fuerit particepsq; conjurationis aliúsve delicti ordinaria,
si solam scientiam habuerit, pœnam extraordinariam patiatur, prout vigor
disciplinæ publicæ & terror † in exemplum admittere & sufficere videbitur. 5
In quantum enim scire, sive conscire à consentire distat, tanto quoq; pœna-
rum distributiones intervallo hîc differre omninò debent, Bald. *& Dd. in l. 5.*

§.6.ff. ad L. Jul. Majest. Menoch.2.*de arb.jud.cent.*4.*caſ.*358.*n.*24.Zanger.*de*
6 *qq.& tort.c.*2.*n.*139. Quocirca dici vulgò ſolet, quod † ubicunq; probationes evidentes deſiderantur, indiciis vel præſumptionibus vehementioribus
7 tantum haud tribuendum, quò pœna ordinaria infligatur. Indicia enim † non ſupplicii ſed quæſtionis ſint principia, non pœnæ ſed torturæ actus, Panorm. & Felin, *in c. afferte. de præſ.* Paul. de Caſtro *in l.ſciant. C. de probat.* di-
8 cens, ſe à morte liberâſſe reum, qui viſus erat ruri cum † gladio ſtricto, ubi reperiebatur occiſus, isque inimicus patris, juſſerat filium exire foras, nec redire, donec quid novi audiiſſet, imò redeunti, ut fugeret, perſuaſerat: Sanè indicia hæc violentiſſima: ecquis verò auſit inde ad ſupplicium rectâ procedere ſine juris ordine, ſine quæſtione & indagine ulteriori? Pœnam ordinariam quidem non inferunt hæc indicia, ut modo diximus, ſed quâ arte, qua cautela reus ille queſtionem evitaverit? edoceri mallemus, dicit enim Caſtrē-
9 ſis ſe redemiſſe reum à vinculo mortis. At regeris: aut teſtis † unicus omni exceptione haud major viderat juvenem ex agro progredientem, aut fama vacillabat in circumſtantiis factorum, quæ enarrantur. Quantum enim famæ, cujus initium veritas non fundavit, concedendum ſit, res ipſa loquitur: & Virgil. in Ætna:

Hæc eſt mendoſæ vulgata licentia famæ.

Tertull. *in Apologet.c.*7. fama (*ait*) utplurimùm fallax eſt & mendax, nec tunc quidem, cùm veri quid adſerit, ſine vicio mendacii eſt, D. Wilhelm Antonii *in clauſt. ad reſp. Theodor.* Reinfinck *de proceſſ. contra ſag. null. inſt. num.* 200. & Hieron. *ad Ruff.* multum in utramque partem fama ſolet mentiri, & tam de bonis mala, quàm de malis bona falſorum ora concelebrant, ut meritò exclamârit Poëta:

Proh vulgus, pelagus, indeclinabile virus!

Confer Dn. Joan. Jacob. Speidel. *in notab. jur. hiſt polit. lit. G. num.* 20. *verb.* gemeyn Geſchrey/ *ubi quædam in hanc rem nō minus ſingularia, quàm lectu digna adduxit.* In cauſis præjudicii modici, fama quidem atteſtatur nonnihil, uti videre eſt *in c. cùm conſideres, § ſecundæ quæſtionis, de ſentent. excomm.* ſecus in arduis, ubi fama famam trudit, indicia per præſumptiones contrarias eliduntur. Porrò quod diceretur, ob indicia vehementiora nunquam ſupplicium decerni poſſe, id de præſumptione hominis non legis oportet prædicari, *l. ſi quis adulterii, C. de adult.* Matth. Mattheſil. *in ſing. ſing.*118. cumprimis in delictis difficilioris probationis, ubi quoque teſtes inhabiles, & non admittendi omninò probant, *l.*5.*§.*6.*ff. de re milit. l.*9 *ff. de qq. c. veniens, ext. de teſtib. c. fin. ubi Abb. de teſtib. cogend.* Campeg. *de teſtib. reg.*107.*fall.*2. Gomez.3.*reſol.*12. Decian. *conſ.*25.*lib.*2. Alciat. *de præſump. reg.*1.*præſ.*39. Neq; obſtat, quod idem Alciatus *d. loc.* nec non Farinacius *de opp. contr perſon. teſt. lib.*2.*tit.*6.9. 62. *nu.*54. adſerunt, admitti quidem ejuſmodi teſtes, ſed non niſi ad indicia demon-

ſtranda

ſtranda non ultra, &c. deinde quod ſcribit Bartolus (pariter non adverſatur)
Militem Florentinum † injuriam à quodam paſſum dixiſſe famulo, ut do- 10
mum non reverteretur, donec aliquid reſciret de hoc negotio, miniſtrum
diſcedentem à domino, ac repertum injuriantem confodiſſe: inde & mini-
ſtrum & dominum ultimo ſupplicio fuiſſe affectos, præſumpto ſcilicet homi-
cidio ex mandato militis, quia verba ita explicata fuerint: Vade miniſter, &
occide quē ſis, & quem ego occidi volo, Bart. *in l. ſi quis, §. pater, ff. de acq. her.*
Reſp. ad 1. Repugnare eam ſententiam communi Dd. adſertioni & ſtylo pra-
ctico, nec non expreſſis textibus ll. Etenim quod in delictis exceptis ut hære-
ſeos, læſæ majeſtatis, latrocinii, adulterii, teſtes inhabiles fidem integrã, non
quoad indicia, ſed ipſam pœnam faciant, res eſt extra dubium, Riminald. *conſ.*
52. lib. 1. n. 29. Maſcard. *de probat. 3. concl.* 1359. Pariſ. *conſ. 2. num.* 80. *volum.* 4.
Abb. *in c. 1. de confeſſ. & c. fin. de teſtib.* quam ſententiam communiorem † eſſe 11
ait idem Farinac. *d. loc. q. 62. limit.* 4. 2. 84. & in judiciis receptam, Archidiac.
in c. in fidei, de hæret. in 6. text. in d. c. in fidei, ubi practici cautelam tradunt, alle-
gandam eſſe hanc qualitatem cauſæ, nempe integraliter probari non poſſe
crimen, non ſupereſſe præterquam probationem ſubſidialem, Cephal. *conſ.*
75. num. 46. lib. 1. Aliqui dicunt, probandam eſſe hanc adſertionem, ſcilicet
quod veritas aliter non probari poſſit, Alexand. *conſ.* 84. *lib.* 1. Alciat. *de præſ.*
reg. 1. præſ. 47. Plot. *de in lit. jurand. §. 4. num.* 34. Porrò non adverſatur opinio
Bart. *d. loc.* nam licèt miles ac ſervus ejus exinde ſint pœna capitali affecti, ec-
quis concludet: Ergo præmiſſis non præmittendis confeſtim illi ſunt ultimo
ſupplicio traditi? Qui unum allegat, alterum non excludit, imò ex poſitione
conſequentis præſumitur antecedens: Eberh. *in Top. in loc. à temp. ad temp.*
nam ſine prioribus † poſteriora non ſubſiſtunt, Alphonſ. Toſtat. *in Matth.* 12
tom. 7. num. 265. ſed inſtas: Atque ubi in eremo cædes facta eſt, teſtes admit-
tuntur inhabiles, ſiquidem aliter probari nequeat maleficium, *c. fin. ubi Ho-*
ſtienſ. & CC. ext. de teſtib. cog. Gomez. 3. *reſol.* 12. *rubr. de probat. delict. num.* 21.
Ergo nec Caſtrenſis opinio explodenda. Reſp. diximus, eam κτ̃ τὶς eſſe ve-
ram, quoad indicia fundanda, eaque violentiſſima, non quoad hoc, quod
jure ſit ille reus ex faucibus lictoris ereptus, contra quem tam fortia militâ-
runt indicia: diſtinguendi itaq; ſunt caſus & facta rerum, illic Caſtrenſis lo-
quitur de unico teſte, qui ad indicium ſufficit probandum, junctis admini-
culis, hic agimus de teſtibus † pluribus inhabilibus, qui in nemore viderunt 13
eadem patrari, quæ facta ſunt ſeparatiſſima, unde nihil infertur. Denique
non adverſatur, *l. 34. C. de adult.* 1. quanquam enim ſine teſtibus in illa facti
ſpecie condemnetur reus, non tamen inde concluſio erit facienda univerſa-
lis, *l. jus ſingulare, ff. de legib.* repetuntur ibi acta prioris judicii ad purgandum,
& exceptio purgationis rejicitur ex poſt facto, concurrente inceſto, ut meri-
tò in hæcce ſeſe diſtringat verba Imperator: manifeſta † fide atque indiciis 14
ſic publi-

sic publicatum esse adulterium, ut confestim in adulteros severissimè vindicari, & veluti convictum facinus puniri debeat, *d.l.*34.

CAPUT XIX.
DE INDICIIS, QVÆ EX CELATIONE & occultatione reorum descendunt.

SUMMARIA.

1. *Qui reum criminis dolosè celat suspectus ipse est de crimine.*
2. *In quibus casibus suspicio illa cesset?*
3. *Quando sine aliis adminiculis sola rei abductio sufficiens sit ad torturam?*
4. *Referuntur speciosæ causæ, cur vir malus raro corrigatur.*
5. *Bonus antehac bonus, idem de hinc præsumitur.*
6. *Sub specie ovis delitescit lupus.*
7. *Descriptio hypocritarum per insignes comparationes.*
8. *Cognatæ huic juris civilis materiæ adferuntur.*
9. *Subditi subverentes magistratus concussionem se paulatim subducere possunt.*
10. *A rege malo & injusto licet deficere.*
11. *Quousq; subditi teneantur parêre regi malo?*
12. *Qui propriè defectores sint dicendi?*
13. *Referuntur exempla sacra.*
14. *Licitum est contra Papam gerere arma, si injustè procedat.*
15. *Gallia cur desciverit à Pontifice.*
16. *Cur VVenceslaus & Fridericus coronis imperii sint spoliati?*
17. *An rex revera sit super populum?*
18. *De potestate Arragonica quænam illa sit?*
19. *Rex subditorum sit frater.*
20. *Decreta discreta obligant subditos.*

1 ALIUD indicium est, ut si quis reum criminis malitiosè celat, occultat, abducit, ne in † vincula conjiciatur concurrentibus indiciis aliis, *text. in const. crim. Car. V. art.* 25. Menoch. 1. *præs quæst.* 89. *n.* 109. Blanc. *de indic. n.*202. hinc illud: improbus dignum sua improbitate quærit diversorium, Johan Pineda *in* 2. *Job. cap.* 21. *vers.* 29. *n.* 7. & per comparationem vitæ cum vita & moribus potest polliceri sors-similis, idemq; testimonium & deniq; conscientiâ rogatâ ipsam veritatem elicimus. Idem Pineda *cit. loc.* quam abductionem Dd. associationem appellitant.

2 Cessat autem hoc † indicium, siquidem pater filium, uxor virum, amicus amicum celaverit, nisi ratio urgens & delicti immanitas suadeat, non secus, ac contra extraneos quosvis in conjunctos inquirendum esse per ea, quæ *supra c.* 9. diximus. Quinimò fortissimè indicium hoc stringit, & ad torturam sufficiens est, quoties occultator visus sit præsens reo, quando delinqueret, isq; una cum † principali vel solus aufugerit. Aliqui hic reiterationem occultationis atq; sic adminicula requirunt, juxta illud vulgato-tritum: Qui semel malus semper præsumitur malus in eodem delicti genere, *l.* 7. §. 2. *ff. de accus. l.* 5. §. 6. *ff. de re milit.* Menoch. 1. *præs q.* 88. *n.* 35. & 5. *præs.* 32. Unde Juvenalis *Satyr.* 13.

Mobilis

Mobilis & varia est fermè natura malorum,
Cum scelus admittunt, superest constantia, quid fas
Atq; nefas tandem incipiunt senti[illegible]actis
Criminibus, tamen ad mores natura recurrit
Damnatos fixa & mutari nescia, nam quis,
Peccandi finem ponunt sibi, quando recepit
Delictum semel ad fictâ de fraude ruborem,
Quisnam hominum, est quem tu contemtum videris uno
Flagitio?

Et Claudian. *lib.2.*

——— ——— *Parvæ poterunt impellere causæ*
In scelus, ad mores facilis natura reverti, &c.

Et Marcell. Palingen. *in Leon. pag.* 123.

Naturam frœnare potes, sed vincere nunquam;
Culturâ est etenim natura potentior omni.

Mixta nascentium elementa † mutare est perdifficile, imò naturam muta-
re, penè divinum opus ait Senec. *de ira, cap.* 18. Remig. *de dæmon. lib.* 2. *cap.* 9. 4
vel ut Pined. *in Job. ait cap.* 1. *num.* 51. simplicia tam diu sincera & pura sunt,
quamdiu non sunt composita, aut aliorum administratione corrupta, cum
aliquid habent compositionis dispar, atq; dissimile sui, jam apta sunt fallere &
fucum facere. Et Cicero *de senectute*, cum simplex animi natura esset, neque
haberet in se quicquam admistum dispar sui atq; dissimile, non posse eum di-
vidi. Quemadmodum è contrario, is † dehinc bonus præsumitur, qui re- 5
trò bonus vel pro bono habitus fuit, *l. fin. C. de O. & A. l.* 3. *§.* 12. *ff. de re milit. l.* 5.
§. 6. *ff. eod. c. cum in juventute. de præs.* ubi dicitur: non facilè esse credendum
eum, qui diu se honestum providumque exhibuerit, confestim mutatum ad-
eò fuisse, ut se viciis turpiter jampridem dederit, nisi contrarium probetur,
unde idem Juvenalis: *Fronti nulla fides, &c.* quoniam sub specie ovis lu-
pus † delitescat, dicente ipso salvatore mundi, *Matth.* 7. imò fuerunt, sem- 6
persuntque nostra ætate, ait Chrysost. *d. loc.* & erunt postea, qui palliati, bar-
bati incedunt, nomen sanctitatis tali habitu usurpantes, ut non † solum Phi- 7
losophi habeantur sed & Deorum consiliarii & ceremoniarum antistites sin-
cerissimi existimentur, cùm reverà sint animalia spuria & probra & imposto-
res mali & malitiosi nulla re prorsus bona digni, foris tristes, domi dissoluti,
vestitu Philosphi, factis & moribus verò spurcissimi, flagitiosissimi, nequissi-
mi, Tiraquell *de pœn. caus.* 44. Porrò qui hominum judicio justissimi haben-
tur, coram Deo sunt impurissimi nonnunquam, ait Joh. de Pined. *in Job. cap.*
25. *vers* 5. quos lunæ filios passim dicimus:

——— ——— *Notho, qui dicta est lumine luna,*

Hinc illud Jobi *d. c.* 25. *ibi: luna non splendet, & stellæ non sunt mundæ in conspe-
ctu ejus, &c.*

8 Cæterùm malitiosæ † celationis cognata sunt jure civili actio de servo corrupto, & ne quis eum, qui in jus vocat, vi eximat. Et quia, ut diximus modo, ad hanc indiciorum cla[illegible] omnes indistinctè occultationes non pertinent, ita quoque occultatio vel dolosa dici nequit, (libet hic paulisper extra fines spaciari, quoniam hęc quæstio jam rigorosè etiam sub incuda cudetur)
9 nempe quoties subditi subverentes vim & concussionem † injusta magistratus, Status regni, regis injusti potestatem adversantes, paulatim secedunt, celant, subducantq; se ad tempus, donec furor regis prætereat. Cùm enim
10 quod plus est, à rege injusto & impio deficere licet † permittente jure sacro, *ut Josuæ* 21. *Chron.* 8. 2. *Chron.* 22. *Maccab.* 1. *cap.* 1. & 2. *cap.* 3. quidni ad tempus declinandum, recedendum, imò cedendum malo quod intenditur? quæ separatio seu schisma rebellionis notam prorsus non habet, nec occultationis indicia malignæ præ se ferre jure potest, dummodò subditi vel status tributa, aliaq; onera consueta pensitare, subinde non detrectent juxta illud: Regi re-
11 gem agenti pareamus; Regi fines Imperii palàm † excedenti, iniqua postulanti pacta, fidem servare nolenti parêre iniquum ducamus: ut enim servum scelestum, fugitivũ, vel latitare illum immeritò dixeris, qui vulnus intentanti domino manum opponit, qui furenti sese subducit, cellulæ suæ januam,
12 donec furor defervescat, occludit, celatq; † ibidem conservos suos periculo eidem expositos: Ita defectores nec receptatores eorum incidunt in hæc indicia, nec sunt hostes regis appellandi, quicunque status particulares pari furore percito portas urbis claudunt, donec Cæsar vel Rex resipuerit, paxq; fuerit secura restituta. Sic Davides furorem Saulis avertebat, Sailam urbem
13 regi opponens, militem colligens, non ut Sauli vitam † regnumq; eriperet, sed ut salutem propriam tueretur, *l.* 3. *ff. de just. & jur. l.* 3. *ff. si quadr. paup. feciss. dic.* ubi jus gentium non distinguit, sive Rex, sive quicunque ille sit, qui injuriam infert, neque quo velamine & prætextu id fiat, respicit, *Dd. in d. l.* 3. adeò, ut contra ipsum Pontificem, si contra Canones & decreta patrum procedat,
14 vim vi, injuriam injuria propulsare, & quod mitius, juxta † thema propositum, vim ingruentem quovis modo & occasione subterfugere, sive id momentanea secessione, vel etiam defectione diuturna fiat, licitum permissumque censeatur, Contz. Jesuita *lib.* 6. *polit. c.* 28. & *seqq.* Alphons. Tostat. *in Matt. tom.* 1. atq; hujusmodi signis ex Augustino refert Stephan. Jun. *in tract. de vindic. contr. tyran. quæst.* 2. hi ipsi à defectioribus & celatoribus malitiosis distinguendi sunt, præsertim si status unus atq; alter ita se occultat & secedit à rege, ut sublata secessionis causa ultrò redeundum statuat quasi jure postliminii.

15 Hinc Gallia Bonifacio VIII. regni † regalia sibi vendicanti, etiam Sorbona ita respondente, pontificis potestati, quam antehac pluris fecerat, sese subtraxit. Bodin. 1. *de republ.* 9. *pag. mihi* 218. & quod plus, conscripsit exerci-

tum,

tum, Nognareto Duce in agros Romanos mittens, qui Pontificem captivum duxit, Rex verò Philippus Pulcher Papam furore & amentia correptum conspiciens, liberum tandem abire passus est, Bodin. *d.loc.* Benedictus XIII. idem affectavit, à quo similiter defecit Gallia, donec tandem Clemens V.
Philippum ab interdictione Bonifacii VIII. purum † & ab omni Pontificia 16
potestate & imperio liberum pronunciaret, quod decretum septimum Pontificum rescriptis renovatum & confirmatum esse, ait Bodin. *d. loc. pag.* 219. Sic à Liberio & Joanne XX. Papis nedũ secesſêre & Clerici & Laici, sed prorsus eis ademêre claves, Alphons. Tostat. *d.loc.* sic Wenceslaus ob pigritiam, Fridericus propter sævitiam nimiamque emunctionem fascibus imperii sunt privati, Paris de Puteo *in tract. synd. in princ. pag.* 12. Alphons. Tostat. 1. *Reg. tom.* 1. quia Rex vel Cæsar, ait, non nisi cum populi consensu summa urgente
necessitate, tributa imperat & exprimit de subditis, cùm † supra regem ma- 17
jorem habeat potestatem populus, quàm Rex super populum, sed hoc κτ̃ τι, Idem 1. *Reg. tom.* 2. hinc vigore potestatis Arragonicæ, Arragones in tributis
conferendis, nec non aliis decernendis, quæ ad res coronæ spectant, causis 18
publicis, Hispaniæ regi replicare possunt, nos possumus quantum vos, &c.
& supra nos ambos † est justitia Arragonica, Aristoteles 8. *Ethic.* Regem ap- 19
pellat fratrem subditorum, Paris de Put. *in tract. synd. de excess. Baron. pag.* 39.
ubi dicit: subditos decretis dominorum † discretis parere teneri, non inju- 20
stis, quibus dolus inest, ac doli exceptione possunt elidi. *Hæc ille.*

CAPUT XX.

DE INDICIIS, QVÆ EX CONFESSIONE moribundorum depromuntur.

SUMMARIA.

1. *Confessio contra socios criminis facta, an indicium faciat ad torturam?*
2. *Moribundus non est S. Evangelista Ioannes.*
3. *Illustratur exẽplis, qualiter confessio moribundi contra confitentem stringat?*
4. *Explicatio regulæ proponitur, quod moriturus nõ præsumitur oblivisci salutis æternæ.*
5. *Referuntur exempla, quibus demonstratur, non omninò moribundorum testimonia esse vana vel nulla.*
6. *A particulari ad universale an rectè inferatur?*
7. *Ignorare jus particulare vel speciale, non est culpa.*
8. *Quod generaliter verum, an limitationem admittat?*
9. *Cur omnis definitio in jure periculosa?*
10. *Toties regula limitanda est, quoties id admittit æquitas.*
11. *An & quando in confitentis moribundi cadaver jure possit statui pœna?*
12. *Pœnitentia Ecclesiastica non tollit pœnam secularem?*
13. *Locus Aristotelis hac de re.*
14. *Delictum antiquum non tam acerbè uti recens puniri solet.*
15. *Actus subsequentes quomodo sese ad antecedentes habeant?*
16. *Certissima fit conjectura & indicium, ubi subsequentia cõnectuntur antecedentibus.*

1 ALIUD indicium eſt, cum † moribundus confitetur delictum vel ſocios
nominat delicti, *Dd. in l.3.ff.ad SCtum Syll.* quæ confeſſio ſociorum re-
ſpectu, non aliter ſtringit, niſi indicia adhuc alia contra ipſos militent. Qua-
propter JCtus *in d.l.3.§.1.* ſcitè ait ibi: *niſi & potuerit probari*, quo ſenſu indi-
cium hujuſmodi vile appellat, *gloſſ. in c. literas, de præſ.* Bart. *in d.l. 3.* Vent. de
2 Valent. *in part. litig. lib.2.c.7.n.3.* hinc vulgata illa † brocardica: Quod mori-
bundus omnis non ſit S. Evangeliſta Joannes, &c. Roland. à Valle *conſil.37.*
num.26.lib.3. Theodor. Reinkingk *in reſp. de proceſſ. contra ſag. null. inſt. n.199.*
ibiq; D. Wilhelm. Antonii *in clauſt. ubi n.300.* poſt alios tradit, id verum eſſe,
licet moribundus ille receperit corpus Chriſti, & quod regulariter confeſſio
ſpontanea in alterius præjudicium parum vel nihil operetur, Valent. de Va-
3 lent. *d. loc.* ubi recenſet confeſſionem procuratoris Spirenſis, qui † cum ago-
ni jam proximus eſſet, aliquoties de ſe exclamavit: O juramentum calu-
mniç, &c. cui accinit illud, quod procurator aliquis jam moriturus in hæc
proruperit verba: *Appello, appello.* Sanè ſi procuratores ejuſmodi idem de col-
legis vel toto collegio moribundi teſtati fuiſſent, ecquis crediderit hoc veri-
4 tati conſentaneum, proindeq; adverſus falſarios quæſtionem † formandam
eſſe? Neq; hic ſtringit, quod vulgò dicitur: Neminem ſalutis immemorem
præſumi, præſertim mortis inſtante periodo, *l. fin. C. ad l. Jul. repetund. c. ſanè*
conſt.7. cùm hæc juris maxima, ut modo meminerimus, in præjudicium ter-
tii non obtineat, Alciat. *de præſumpt. reg.3 præſ.4.n.8.* Reinkingk *d. reſp n.295.*
ibiq; denuò Wilhelm. Antonii *in clauſ.* Blanc. *de indic. in d.l. fin. ff. de qq. n 393.*
ubi ait, quod in diſpendium ſui ipſius hæc facta confeſſio valeat, Bald. *in §. va-*
ſallo in tit. uſ. feud. de pace conſtant. ubi dictum illud examinat, quod moribũ-
dus non ſit Propheta, nec Evangeliſta. Sed inſtat Balæ. *in vit. Pontif. lib.7. ubi*
refert: Robertum Lincolmenſem cum Innocentii quarti Papæ ſuperbiam &
injuſtitiam taxaret, idcircò condemnatum, provocaſſè jam moribundum ad
5 judicem cœleſtem, dominum dominantium. Inde vocem exauditam in †
Camera Papæ, veni miſer ad judiciũ, qua tubâ Papam procul dubio citatum,
poſtero die exanimem fuiſſe repertum. Sic cum quidam à magiſtris Teutoni-
ci ordinis ſupplicium ultimum pateretur, citavit ad diem 13. proximum, ut ſe
ſiſteret judex coram Deo, citatus die illo deceſſit, Crantz. *in Wandal. lib.11.*
Buch. *lib.14.* rerum Scoticarum, Henricus Epiſcopus Moguntinus cum ini-
què delatus eſſet coram Papa & ſpoliatus inde dignitate, delatores & execu-
tores degradationis his verbis affatus, appellavit ad Chriſtum: Quoniam
veſtrâ delatione mihi nihil aliud accreſcet quam labor quidem corporis, evi-
ſceratio mentis, afflictio Spiritus, & evacuatio demum gloriç, nec nõ amiſſio
rerum externarum, Appello jam ad tribunal cœleſte: ubi me reſpõſurum ex-
hibebo. Illi ſubridentes, cũ tu præceſſeris & nos ſequemur, reſponderunt, de-
functo appellatore, ambo illi uno die morte immatura prope diem deceſſê-
re, alter

re, alter cum ventrem evacuaret, inteſtina in cloacam immiſit, alter manuum
digitos articulatim obmordens, & ore eoſdem expuens quaſi ſe ipſum devo-
caturus, vitam cum morte commutavit, vide Alphonſ. Toſtat. 1. *Paralipp.* ubi
ait afflictorum & moribundorũ admonitiones non eſſe floccipendendas, &c.

Reſpondemus hæc & ſimilia exempla non refragari iis, quæ ſupra ſta-
tuimus. Neq; enim ſequitur, in hoc vel illo moribundi teſtimonium † non 6
fefellit caſu; Ergo κατὰ παντὸς verum eſt, non errare nec mentiri morituros,
cum à particulari ad univerſale nulla ſit illatio, vel, ut noſtri loquuntur, exce-
ptio confirmat regulam in caſibus non exceptis, vitiatq; regulam in conver-
ſo, ubi ſpecies dari poſſunt exceptæ, *l. 1. ff. de R. J. l. in his. l. quod vero, ff. de ll.* un-
de Salycet. *in l. quod te. ff. ſi cert. petat.* ait: quod à jure regulari vel univerſali
non inferatur ad particulare † & vice versâ, adeo ut ignorare jus regulare ſit 7
culpa, non culpa neſcire particulare, *gloſſ. d. loc.* & Salyc. *in l. quod Nerva, ff. de-
poſiti.* Quare cum dicamus quicquam † verum eſſe idq; generaliter, vulgò 8
limitationem vel fallentiam non admittit, è contrà quod regulariter ſubſi-
ſtat, utique † exceptiones & fallentias patitur juxta illud: Omnis definitio 9
in jure eſt periculoſa, *l. omnis, ff. de R. J.* neq; enim fieri poteſt, *ait gloſſ. in au-
thent. ut ſine prohib. matrim. deb. vel cred. &c.* regulam † non fallere: ubi æqui- 10
tas & ratio naturalis ſtringit, quæ actionum quoque filia dicitur, Coraſ. 2.
miſcell. 10. *num.* 1. Eberhard. *in topic. ab except. ad regul. in fine.* Unde tritum il-
lud: Quod juſtius æquiuſque ſit illi aſſentire juris ſententiæ, ſive regula ſit ſi-
ve exceptionis vicem ſuſtineat, quæ rationibus abundat melioribus, quan-
quam imperator ſit in contraria ſententia: l. Æmilius, *ff. de minorib. Argel. con-
ſil.* 110. Ant. Quett. *conſil.* 45. *in fine.* Bald. *in l. eadem, C. locati.* Matth. de Af-
flict. *in deciſ. Neapol. deciſ.* 80. *num.* 6. Farinac. *lib.* 3. *tit.* 8. *quæſt.* 10. *opp.* 40. hanc
quæſtionem latè examinat & ſubjicit tandem deciſivè, quod indicium ſaltem
pariat moribundi depoſitio, non integram fidem, niſi integræ mentis parte
citatâ coram Notario & teſtibus decretâ judicis commiſſione fuerit exami-
natus. Cæterùm ut ad rem revertamur: Sed quid ſi reus coram tribunali no-
minaverit ſocios criminis, atque in confeſſione hac uſque ad extremum vitæ
halitum permanſerit, anne cõfeſſio ejuſmodi indicium ad torturam efficiens
pariet? quam quæſtionem quia ſupra, *c.* 11. ventilavimus & *part.* 4. Deo vo-
lente fuſius tractabimus, remittemus eò lectores.

Et quia in initio hujus capitis ſtatuimus nempe quod confeſſio mori-
bundi in diſpẽdium ſalutis propriæ potiſſimum ſtringeret, faceretq; plenum
† indicium ſine aliis adminiculis, quæri & hoc poteſt: An moribundi confi- 11
tentis cadaver debeat inde ignominiam aliquam pœnæ vice ſuſtinere? Reſp.
Quod ratione exceptorum delictorum in cadavera ſoleant ſtatui plerumque
pœnæ, qua de re dicetur infrà. Secus verò quoad delicta minus atrociora, ubi
mulcta rebus defuncti magis indicatur ſalvo funeris honore & fama, tum

quod pœnitentia Ecclesiastica & absolutio purgare soleat crimina secundum
12 canones, præsertim si certò promitti queat, reũ † delicta dehinc minimè reiteraturum, *c. accusasti. de accus. & c. odio. dist. 86. ubi Dd.* hinc Aristoteles *1. orb.*
13 *quæst. cap.* 13. non errare *(ait)* judices, qui † reum usq; adeò emendatum liberant, ut nihil præterea delinquere valeat. At de jam defuncto omnis delinquendi suspicio removetur, juxta illud: Ein Todter beist nicht.

—— —tutumq; putavit
Jam bonus esse socer, &c Quanquam nos non fugiat, in foro pœnitentiali absolutum, in foro judiciali regulariter haud absolvendum esse, *gl. in cap. de his, ext. eod.* Cæterùm non adeò rigorosè animadverti solet in delicta obsoleta & inveterata, quàm recentia & adhuc flagrantia: quod si inter vivos obtinet, quanto id magis hìc verificari oportebit? vita sequens, ait Tiraquell. *de pœn. cap. 29. num.* 4. jam diu bene recteq; ac longè à sceleribus acta,
14 satis † ostendit atque declarat, non illud facinus commisisse pervicaci quadam aut inveteratâ nocendi malitia. Ex sequentibus enim, cùm in omnibus,
15 tum maximè in his, quæ † ad mores attinent, præcedentia mirum in modum declarantur, *l. sibi, ubi Bald. C. de adult.* sine præcedentibus posteriora non consistunt, Alphons. Tostat. *in Matth. tom. 7. num. 255.* item priora trahuntur
16 ad posteriora, *tom. 6.* & certissima † est conjectura, cum præterita connectuntur præsentibus, vel etiam futuris, Pogg. Florent. *in lib. epist. pag.* 117. atq; hæc ipsa ita applicanda sunt quæstioni propositæ, ut siquidem reus communi hominum judicio frugi, integerq; existimatus sit, isq; delictum longè antè perpetratum confiteatur, juxta ea, quæ modò dixi, procedatur, &c.

CAPUT XXI.

DE INDICIIS, QVÆ EX OTIO, INERTIA ET luxu hominum desidiosorum oriuntur.

SUMMARIA.

1. *Qualiter adversus desidiosos indicia formentur?*
2. *Indicium hoc priscum & vetustum est, multis gentibus non incognitum, adeò, ut occisi ultimo supplicio fuerint affecti.*
3. *Æris alieni usurpatio hoc indiciũ quoq; fundat.*
4. *Æs alienum & mendacium pari passu ambulant.*
5. *Laudatur Turcarum frugalitas.*
6. *Luxus & delitiæ indicia delictorum.*
7. *Per luxum inops factus latrocinia, ut leo prædam quærit.*
8. *Constitutionibus Ducum Imperii, nec non Novellis Iustiniani hoc indicium adprobatur.*
9. *Qualiter pueri à teneris ungniculis à luxu, fomite omnium delictorum, arcendi?*
10. *Germani olim pueros sic educarunt, ne in indicia hæc facilè dilabi possent.*
11. *Crocodilus catulos ignavos ut spurios enecat.*
12. *Crocodilus animal pium & rationale est juxta nonnullorum scriptorum traditiones.*

ALIUD

ALIUD indicium ad torturam est adversus otiosos & inertes homines, si ubi degunt, splendidè † lauteq; vivunt in comessationibus & pota- 1
tionibus, cùm tamen ad tantam prodigalitatem nec patrimonii nec stipendii vires ipsis sufficere constet, *unde recess. imperii, de anno* 1555. Vnd damit ange- regte/ *& de anno* 558 *sub tit.* von Einspenniger Knechten/ *constit. crim. Carol. V. art.* 39 *ibi*: So Reisige vnd Fußknechte gewöhnlichen bey den Wirthen ligen vnd zehren/ vnd nicht solche redliche Dienste/ Handthierunge oder Gelt/ die sie haben/ anzeigen/ davon sie solche Zehrung ziemblich thun können/ die seind Argwöhnig vnd verdächtig zu vielen bösen Sachen/ *rc.*

Pertinent huc Solonis † leges in hæc verba: *Qui desidiam sectatur, is ac-* 2
cusantibus obnoxius esto: Legibus Draconis Atheniensis pœna mortis contra otiosos constituta erat, Joan. Boem Auban. *de morib. & leg. gent. lib.* 3. *pag.* 186. Equidem vero verius, & memorabile majorum est diverbium: *Homines nihil agendo malè agere discere*, quod dictum de militibus potissimùm exaudit Besold. *de jure belli, pag.* 118. Hinc Luther. *in colloq. mensæ*, vacantis cor otio instar molendini est, cùm quòd non habeat ad molendum, consumit seipsum:

Quæritur, Ægistus quare sit factus adulter?
In promptu causa est, desidiosus erat.

Johan. Spinæus *in tract. de tranquill. anim. lib.* 5. *pag.* 282. *ibi*: *certum est, nihil scortationum & adulteriorum fertilius esse, quàm otium*, & *pag. seqq. ibi*: *nullos dissolutiores nec libidine magis ardere, quàm otiosos & seditiosos compertum est.* Diogenes amorem otiosorum occupationem dixit, ut refert Tiraquell. *in ll. connub. leg.* 9. *nu.* 174. Statuarius Sicyonius Venerem sedentem effinxit, quasi vita sedentaria & otiosa utplurimùm Venerem colat, luxuique indulgeat. Theophrastus interrogatus quid esset amor? respondit πάθος ψυχῆς σχολαζούσης, affectus animæ otiosæ, gloss. *in cap. nunquam, in verb. otiosus, de consec. dist.* 5. ait: quod omnis otiosus sit in pravis desideriis.

Quam platanus rivo gaudet quam populus unda,
Et quam limosa canna palustris humo.

Tam venus otia amat. &c. Ovid. 5. *de remed. amoris.* De Corinthis Athen. *lib.* 6. *c.* 2. Johan. Jacob. Speidel. *in notab. jur. histor. polit. lit. M. num.* 40. *verb.* Müssiggang. *ad fin.* testatur: quod si vidissent homines in otio, & splendidius obsonari, hos interrogare se fuisse solitos, unde sumptus & otia illis provenirent, quod si huic vitæ generi necessarios comperissent sumptus, rationemq; epulandi honestiorem, dimissos quidem homines, sin sumptus facultates superare intelligerent, jussisse eas laborare, & dehinc vivere parcius, ni parêrent, mulctam teneantur solvere, quod si possessiones exiguas, vel nullas tenerent facultates, inquisitos carnifici traditos fuisse, scilicet quos aut fures nocturnos, piratas, raptores vel falsos testes esse præsumebant. De Amasi, Ægyptiorum Rege narratur: quod promulgaverit legem, ut si quis præfecto

non

non posset rationem reddere victus sui, huic pœna ultimum supplicium
esset. Marcus Aurelius aliquando 3000. ociosos rotis fundi, non secus uti la-
trones publicos, suspendi & virgis cædi jussit, partim decollari, deportari in-
tra paucos annos. Anton. de Guevara *in Epist. aure. lib. 3 pag. mihi* 87. Impe-
rator Valens uno die multa millia monachorum exeroneis protractorum oc-
cidi jussit propter desidiam, *vide* Alciat. *in annot. ad Cod. de jure fisci pag.* 196.
Sixt. Senens. *in bibl. sanct. lib. 6. annot.* 317. ubi tria saltem monachorum gene-
ra ad labores non cogendorum inducit contra Augustinum, absolutè labores
à monachis requirentem, *in lib. de op. monach. c.* 17. aliter sentit Pined. *in Jo-
bum. cap. 39. vers. 7. num.* 5. mirum (*ait*) est, ut sapientes seculi hujus vocent,
& æstiment tanquam asinos eos, qui strepitu & turba civitatis se abdicantes
negotia contemnunt, & otium illud solitudinis pro summo negotio, & sum-
ma voluptate sectantur, & diligunt, quo nomine non solùm despiciebantur
Philosophi nec privatæ, nec publicæ rei curam gerentes, toti in reum divina-
rum contemplatione positi, ut scribitur à Platone *in Theæteto*, sed otium asi-
ninæ cujusdam ignaviæ, & inertiæ accusati sunt quondam Christiani, ut vi-
rum illum sapientissimum Flavium Clementem, Christianam religionem
amplexum, à Domitiano occisum constet, quem hominem contemptissimæ
3 inertiæ vocat, Sueton. *in Domitiano. cap.* 15. Equidem † opinione non vanâ
sibi persuasit antiquitas, bonum & pauperem bene convenire, at bonum &
ociosum nequaquam vel rarissimè cohærere, Petr. de Suav. *in hist. concil. Tri-
4 dent. c. 6. pag.* 574. Pertinet † huc Germanorum regula œconomica, quam ci-
tat Ventur. de Valent. *in part. litig. lib. 1. c. 13. n.* 30. Hering. *de fidej. cap. 15. n.* 13.
Wilhelm. Antonii *de rescript. morator. conclus. 68. num.* 80. Mehr zehren denn
erwerben/ viel borgen vnd leihen/ ist eine Vergifftung deines Erbtheils/ vnnd
hat eine Stiff-Mutter/ die heisset verkauffe deine Güter/ die gebieret dir eine
Tochter/ die heisset/ gib sie wolfeil/ die hat einen Bruder/ der heisset zum Thor
hinauß/ ꝛc. Ac quidem hæc sine injuria, cum obæratio ut plurimum præ-
supponat luxum, æs alienum, idq; debitoribus facultates superans perfidiam,
& nefas omne scelestum, *vide cap. 26. in fine.* Arnold. Ferron. *de reb. gest.* Fran-
cisc. 1. *lib. 6. in princ.* Quamobrem Persæ primum inter peccata locum alieno
æri adsignarunt, secundũ mendacio, quod obærati mentiri soleant. Plutarch.
de ær. alien. Joan. de Pined. *in Job. cap. 22. vers.* 6. Petr. Bellon. 3. *observ. cap.* 18.
laudat Turcas, quorum vivendi rationem pacis tempore, ait, adeo rigidam es-
5 se, ut nobis grave bellum sit † apparatura, scilicet quos à teneris luxus nescios
non magis afficiat ea vitæ consuetudo, quam germanos deliciæ. Porrò qui
supra lectos plumeos decũbere, quotidie sorbitiunculum calidum sumere,
selectiusq; vinum bibere consueverunt, quid aliud tandem proficiunt quàm
quòd se suamq; substantiam evertunt, atque de opibus & pecuniis aliorum
insidiari furto & latrocinio vivere demum incipiant? *vide* Besold. *de jur. belli
pag.* 16.

pag. 16. & 21. Hinc effatum illud † pertritum Italorum: l'ociose piunce, la- 6
gola la paltroneria, hanno del mondo ogni virtu Sbandita. Porro quæ ex luxu
inopia nascitur, infamiæ viam ingreditur: quærit inops vi & furto unde vivat,
quærit latrocinia, ut † leo prædã, Pined. *d. loc.* hinc Cassius septimo die sem- 7
per lustravit arma militum, ubi luxuriosa calceamenta, vestimenta & delicias
omnes de castris submovit, &c. Item *dict. loc. pag.* 120. hæc instituta vel facta, si
ad propositum diriguntur, parum est, quin quæ constitutio criminalis hac de
re disponit, ea majorum præceptis quoq; fundari appareat, quo alludit non
obscurè *constit. Saxon. elect.* ubi cautum reperitur: ne hospites, cauponarii, homines ejusmodi vagabundos, ignotos & suspectos ultra triduum sustentent, nec juxta se patiantur, vel si de una taberna ad aliam confugiant, cogantur eos nominare & deferre magistratui, qui de vita & moribus desidiosorum & epulonum accuratè & exquisitè inquirant. Quare oppido Wisfeldensi Mis-
niæ ad Salam † non procul à Thuringiæ finibus inquisitionẽ acrem & acer- 8
bam adversus nebulones hujusmodi quondam institutam fuisse attestatur
Camer. 1. *med. hist. c.* 55. ita ut sæpe numero maleficia occultiora inde fuerint patefacta. Atque hoc indicii genus videtur approbare, *Novell. inst. de Monach.* ubi quasi per manus traditur: quod quia mens, inerti otio dedita, boni nec frugi quicquam pariat, in otiosos & inertes, qui vix aut rarò vacant vicio,
inquisitione debita, qua par est, indagetur. De Brachmãnis † Philosophis tra- 9
ditur, quod pueros impransos foras excluserint, donec jussu parentum satis superque corpus labore exercuissent. Parthi idem observârunt, ne quis ante diem exortum vel post liberis daret cibum, priusquam cursus certamine suscepto, sudore circum capita diffuso, permaduissent: hinc Cic. *in offic.* ait, neq; naturâ generati sumus ad ludum vel jocum, sed ad severitatem & studia quædam graviora. Plutarch *in Pelop pag.* 559. ait: non ad Eurotam saltem nasci homines frugi, sed ubicunq; juvenes instituuntur, ut turpe aliquid perpetra-
re vereantur, vitamq; minus quam famã, & boni civis bonam opinionem † 10
amittere metuant. *Hæc ille.* Et Seneca *epist.* 36. si in Parthia natus esset, ait, arcum infans statim tenderet: Si in Germania protinus prior tenorum hastile vibraret, si avorum nostrorum memoria fuisset, equitare & hostem percutere didicisset. Cæterum de Baliaribus scribit *Luc. Flor. epit.* 3. Tribus quisq; fundis præliatur, certos esse quis miretur ictus? Cum hæc sola genti arma sint, id unum ab infantia studium, cibum puer à matre non accipit, nisi quem ipsa monstrante percussit. Vegetius *de re milit.* scribit *cap.* 16. *lib.* 1. (dissentiente Plinio 7. *cap.* 16.) Baleares primos invenisse fundarum usum, hinc Lucret. *lib.* 5.

Lygdanus excussâ Balearis tortor habenæ
Grande petens solido fregit cava tempora plumbo.

Mithridates puer à tutoribus equo fero impositus, equitare & jaculari coa-

ctus fuit, Justin. *lib.*37. Fridericus Wendelin. *de admirand. Nisi cap.*16.§.19.
Crocodilos repudiare ait catulos tanquam spurios, qui non confestim simul-
11 atq; ovis exclusi sint, prædam aliquam † capiant, ibi: si ignavia eum tarda-
verit, ad comprehendendam alicunde aut muscam, aut lumbricũ aliámve be-
stiolam, aut lacertulam, eum parens tanquam à se degenerantem, nihilq; ad
se pertinentem dilacerat: & scribit Plin. *lib.*8.*cap.*46. Solin. *cap.*30. quod hæc
belua non nisi diebus feriatis ac octavo solis die quiescat à prædâ, Marcell.
*lib.*22. ait: hanc beluã quasi parte feudali Castrensi per septem dies ceremo-
niosos mitem esse ab omni opera & sævitia, quibus Sacerdotes Memphi na-
tales celebrant apis. Mirum est, quod singularem adscribat pietatem huic be-
stiæ Strabo *lib.*17. sanctis, ait, sese vectores ultrò obtulisse: & scribit Wendel.
12 *cap.*18.*d.loc.* Pachomio Abbati hæc contigisse. De piis aliorum † aquatilium,
pisciumq; ministeriis vide Plin. *lib.*9.*cap.*8. & 3.*cap.*2. ubi ait: Pisces in fonte
Apollinis lyciæ Miris, quem curium appellant, ter fistula evocatos venire ad
augurium. Item Hierapoli Syriæ in lacu Veneris æedituorum vocibus parere
vocatos, exornatos auro venire, adulantes scalpi, ora hiantia manibus infe-
rendis præbere, vide Joan. de Pineda *in Job. cap.*40.*vers.*25.*n.*3.

CAPUT XXII.

DE INDICIIS, QVÆ SVMVNTVR EX MALA Physiognomia & prava corporis constitutione.

SUMMARIA.

1. *Mala Physiognomia indicium præbet concurrentibus aliis indiciis.*
2. *Bona facies indicina est boni animi.*
3. *Indicium ICtorum hac de re recensetur.*
4. *Deformior aspectu inter duos plurésve reos, quæstioni prius exponi debet.*
5. *Intrinseca virtus hominis describitur in vultu ejus, formaq; corporis laudatâ vel despecta.*
4. *Quomodo non ex capite saltem, sed humani corporis membris aliis hoc indicium formetur?*
7. *Declaratur historiis indicium variis, iisq; non vulgaribus.*
8. *Recensentur judicia medicorum de hoc indicio.*
9. *Physiognomia cur animi character dicatur?*
10. *Loci aliquot egregiores hac de re citantur.*
11. *Natura prava an arte corrigatur.*
12. *De Pisone consule Romano, relatu digna referuntur.*
13. *Supercilium Magnatis viri pignus Reipublicæ est.*
14. *Quæ signa in ephemeridibus notare & prodere soleant hypocritas?*

1 CÆterùm depromitur indicium ex mala † Physiognomia, pravaque corporis cõstitutione, quæ ut tacita corporis figura, mentis pictura, non nisi arguit bonam vel pravam hominis indolem, vide Ciceronem *pro Rosc.* & sequentia memorabilia, quorum lectio non pœnitebit lectorem. JCti nostri ex Philosophorum medicorumq; scholis edocti, quid quantúmve causę huic adscri-

adſcribendum, non immeritò indicia formârunt inde, quæ ratio dictitavit, experientia rerum magiſtra comprobavit, corporis pulchritudo ingens bonæ indolis mentisq; eſt præſumptio, ait Alphonſ. Toſtat. Abulenſ. *in Paradox. num.* 3. Quidni corporis forma deſpecta & turpis, turpem pravamque denotabit naturam hominis? Contrariorum contraria eſt ratio, diſciplina & juris diſpoſitio, §. 1. *Inſt. de his qui ſunt ſui vel alien. jur.* Eberhard. *in Top. in loc. à contr.* hinc dicimus, vultum † à volendo, faciem à faciendo. Prout argu- 2
mentum à notatione depromptum, ſuas quoque operationes agnoſcit: idem Eberhard *in loc. ab Etymolog.* Wilhelm. Antonii *in tract. de reſcript. morator. concluſ. 3. num. 3. cum allegat. ibid. ſelect. autor.* cùm etymologia ſit vocis reſolutio in proprium effectum rei, quæ demonſtratur, Bald. *in c. 1. §. ſi quis, de contr. inveſt. 2. feudor.* vide *infrà cap.* 37. Carer. *in pract. crim. §. vigeſimum nonum, &c. pag. 64. ibi:* mala phyſiognomia facit præſumi, quem ad delicta proclivum, nam bona phyſiognomia prodeſt, mala nocet. Bald. *in l. non ignorat. C. qui accuſ. poſſ.* Paris de Puteo *in tract. ſynd. in verb. tortur.*

Sed quid rerum? Patinam argenteam requirunt & exornant poma aurea, quidni virtus venuſtum ac ſpecioſum objectum præ ſe ferat? vide Joan. à Peterſt. amicum noſtrum Witebergæ & Heidelbergæ quondam intimum, quem jucundæ memoriæ ergò allegare non prætereo, *in orat. habitâ Gryphiſwald. de Philologia.* Proinde triti Martialis in Zoilum verſiculi:

Crine ruber, niger ore, brevis pede, lumine luſcus
Rem magnam præſtas Zoile ſi bonus es?

Et And. Gail. *jun. in appendice poſt obſerv:*

Pauper es & ſartor, ſcabioſus es, & pede tardus,
Luſcus es & ruffus, qui bonus eſſe potes?

Eccleſiaſtes *c. 13.* bonam faciem, bonum cordis veſtigium vocat, juxta illud Ovidianum:

Heu quam difficile eſt, crimen non prodere vultu.

Ut nec † immeritò Bald. *in l. 2. C. quor. appell. non recip.* bis ſeſe (*ait*) feciſſe 3
indicia ex phyſiognomia, unum habentem faciem decoram & apertam, deficientibus indiciis fortioribus abſolutum, alterum pravam & deſpectam phyſiognomiam præ ſe ferentem, condemnatum † fuiſſe, qua de re Paris de Put. 4
in tr. ſyndic. in verbo, mandavi, &c. Blanc. *de ind. in l. fin. num.* 406. Zanger. *de qq. & tort. c. 2.* Hypp. de Marſil. *in l. criminibus, n. 39. ff. de qq. & in pr. crim. in §. expedita, num. 52.* Carer. *in pract. crim. pag. mihi 64.* Franciſ. Valeſ. *de Sac. Philoſoph. cap. 32.* ubi ait, legibus civilibus, quibus indignum eſt, cenſere ineſſe aliquid vanitatis vel abſurdi, probè cautum eſſe, ut ſi duo criminis ſuſpecti exhibeantur, is primo torqueatur loco, qui aſpectu deformior, hoc ipſo indicium de ſeſe referre & ſuppeditare dicatur. Equidem vero verius † eſt, quod 5
tritis quoq; hiſce circumfertur verſibus:

Ducet in aspectu pietas intrinseca virtus.
Scribitur in vultu, probitas in imagine fulget.

Refert Waremund. ab Erenberg. *in tr. de fœder. p. 1. pag.* 244. & ait Apul. *apolog.* 1. quod homo totus in capite vultuq; consistat, &c. Porrò extat locus insignis de Ptolomæo *in Trogo Pompej. vel Justino cap.* 39. *ibi: Sed quam cruentus civibus omnibus tam ridiculus Romanis fuit.* Erat enim & vultu deformis, & statura brevis, & sagina ventris non hominis sed beluæ similis, quam fœditatem nimia subtilitas & perlucida vestis augebat, prorsus quasi astu inspicienda præberentur, quæ omni studio occultanda pudibundo viro erant. *Hæc ille.* De Adriano VI. Papa Romano scribit Battus Parmens. *ad Hieron. ibi:* Erat Hadrianus procera statura & recta, gracilento corpore, facie oblonga ac prominenti & maximè decora, nisi frons depressa in verticem plus justo recederet: Oculos habebat parvos, non tamen prorsus cœruleos, ut bona pars Germanorum, sed habebat splendidos & hilares & superciliis admodum obtectos, ut hinc facilè deprehenderes latentes in eo astutias: Habebat nasum aquilæ rostro non absimilem, sed obesum, nec ita prorsus aduncum. Malę oblongæ ac prominentes & naturali rubore perfusæ totum vultum maximopere honestabant. Ipse incedebat rectus, & cum magnâ venustate loquebatur, ut procul dubio diceres, illum fuisse natum ad imperandum, quamvis ejus affines & necessarii, in extremo sepulchri margine inscribi curarunt hunc versum, sejunctum à reliquo elogio: Hìc nihil in vita infelicius duxit, quàm quod imperaret. Vide Joan. Wolff. *tom.* 2. *lect. memor. pag. mihi* 192.

Extat perelegans & notabilis locus de hoc indicio apud Joh. de Pined. *in Job. cap.* 37. *vers.* 7. ubi interpretes communiter disputant quid de signis & characteribus manuum statuendum, an inde bonitas vel malitia hominis quodammodo arguenda sit nec ne? ubi ille post ventilationem prolixam thematis hujus sic demum concludit. Si Deus (*ait*) in aliqua hominis parte signavit, designavitve illius animum, & naturales animi propensiones, non signavit quidem in manu, sed potius in facie, vultu, fronte, oculis, qui sunt velut animi imago, atq; totius corporis speculum, indicant hanc Metoposcopiæ, aut gnomiæ naturalem observationem sacræ literæ, tradiderunt, sed ex naturalibus tantùm causis, optimi Philosophi, usi sunt illa, cum utilitate tamen, cum sobrietate, sanctissimi atque sapientissimi viri; è quorum numero non ultimus Nazianzenus *orat.* 4. adversus Julianum, qui quamvis in ea sciētia se parum scitum, parumque ingeniosum vocet; at illud dixisse per animi submissionem, & morum facilitatem testatur Niceta, Quis enim (*inquit*) parem huic potestatem habebat ad hominum naturas ex vultu cognoscendas, atq; ad internum hominem, ex externis & perspicuis rebus percipiendum? Ergo Nazianzenus Julianum ex vultu, & totius oris lineamentis longe ante verosimilimè perspexit, quis futurus esset. Tunc (*inquit*) me non malum de

hoc

hoc viro conjectorem fuisse novi, quanquam alioqui non ex eorum numero sim, qui in hujusmodi rebus sciti atque ingeniosi sunt: Sed me morum ac gestus ipsius inæquabilitas, atq; ingens quædam mentis emotio vatem efficiebat, siquidem vates ille optimus est, qui recte conjicere novit, neq; enim mihi boni quicquam significare videbantur crura minime firma, humeri quos subinde agitabat & attollebat, oculus vagus, & oberrans, ac furiosum quiddam intuens, pedes instabiles, & titubantes, nasus contumeliam spirans, vultus lineamenta ridicula, idem significantia, risus protervi & exæstuantes, nutus, & renutus omni ratione carentes sermo hærens, spirituq; intercisus, interrogationes præcipites & imperitæ respõsiones his nihilo meliores, &c. Porrò non dissimulandum est, ut quoties cum mala physiognomia concurrant indicia ex chyromantia deprompta, ea operationes suas quoad hanc causam exserant, quâ de re idem *d. loc. ibi:* Sed antè audiendi physiognomi, quos cum non omninò rejecerimus, cùmque chiromantia illa physica possit ad veritatem physiognomicam reduci, si possit quidem per illam ex signis manuum verisimilis aliqua cõjectura fieri humanarum actionum, ut ex suis ipsis manibus possit homo cognoscere opera sua, locus quidem hic non judiciariorum judicio, sed verisimili physiognomicorum conjectura, lumen accipiet. Quis enim neget, ex † manibus Esau hispidis & villosis studia & mores illius agrestes atque ferinos, & beluina illius opera conjici potuisse? Memini, me in aliam rem de hac ipsa manuum indicatione ex Aristotele & Polemone nonnihil dixisse: fusius de hoc indicio agit. Joan. de Pineda *d. loc. in Job. cap. 36. vers. 26. pag.* 884. *ibi:* Ex duobus illis fratribus, Esau, sicut corpore ad labores externos, & rusticationem nato, ita ingenio fuit ad sapientiam minus idoneo, cum fuerit totus in morem pellis hispidus, fuit quoq; rudi atq; ferino ingenio, nam capilli crispi & hirsuti denotant stolidum, & ferinos mores, atque agreste omninò ingenium, ut Polemon Atheniensis in suis naturæ signis tradidit. Tum etiam collum habuit, non minus quam manus, pilosum, at collum asperum habentes rudis ingenii usquequaq; censendi sunt. Jacob è contrario lenis, id est, levis, fuit enim procul dubio carnibus mollibus, quæ propriè ingeniosorum sunt, capillis mediæ qualitatis, moderatè flavescentibus, qui laudabilis, docilis, mitisq; naturæ sunt, & ejus quid ad felicem fortunam tendit, tum etiam manus molles levesq; bono ingenio præditum testantur. *Hæc ille.* 6

Porrò os magnum in † muliere lasciviam & improbitatem denotat, 7
ubi haud immeritò inducitur Margarita Tirolensis Maultescha ab oris magnitudine dicta, nupta Joanni filio regis Boemiæ, quem libidinosa repudiavit, uti ineptum & parum sibi sufficientem: Leopoldo de Schaumburg, Episcopo Fruxinensi arbitro electo, & rumpente matrimonium, quò Ludovico Brandeburgensi ea nuberet, uti subsecutum est, priori viro, & uxore, & re-

gno exuto, ex Cuſpiniano, Johan. Wolff. *2. lect. memor. pag.* 261. Cum Artaxerxi Longimano dicto, à manus longitudine, filio Xerxis probo, objiceretur probro, quod manum dextram haberet longiorem ſiniſtra, reſpondit, ſibi tanquam optimo Principi naturam conceſſiſſe, ut manum haberet, ad largiendum ampliſſimam & longiſſimam, ſiniſtram verò ad accipiendum & detrahendum, breviſſimam & contractam. Et ſanè rege bono dignius eſt & beatius dare, quàm accipere, Johan. de Pineda *in Job. cap. 35. verſ. 6. pag.* 832. Idem de Phyſiognomia ediſſerens, *cap. 25. verſ.* 11. aſinina labra, ait, ingenii ſtuporem, genæ contractæ in triſti vultu, quod ſimiarium eſt, ſtultitiam, naſus ad faciẽ malè diſcretus, qualis ineſt ſuibus, ruditatem. Equidem vero verius eſt, exteriorem corporis turpitudinem vel pulchritudinem, uti modo diximus, exprimere hominis interiores mores, hinc Ambroſ. *lib. 2. de Virgin.* ſpecies corporis ſimulacrum mentis eſt, *ait*, figuraq; probitatis, Lucas de Penn. *in l. 1. verſ ſecundo quæritur, col. 1. C. de ætat. vel profeſſ. ſe excuſ. lib.* 10. *& l. 1. C. de profeſſ. qui in urb. Conſtant. &c. lib.* 12. de phyſiognomia agens, non ſatis idoneum eſſe ait ſtudiis liberalibus eum, qui phyſiognomiam non præ ſe fert honeſtam & decentem. Proinde illud Euripidis: Πριάμου εἶδος ἄξιον τυραννίδος, *Priami ſpecies digna imperio, &c.* Et Claudian. de Stilicone:

Jam tum conſpicuus, jam tum venerabilis ibas
Spondebatq; ducem celſi nitor igneus oris,
Membrorumq; modus. ——

Cynus *in l. 1. quæſt. 3. ff. de juriſdict.* in hanc ſententiam tranſiens ait, in pulchro corpore pulchram quoq; reſidere animam, vide Alexand. *conſ. 211. col. 2. lib. 6.* Quare Ovid. *6. Faſtor.*

Par animo quoq; forma ſuo reſpondet in illa,
Et genus & facies ingeniumq; ſimul.

Panormitan. *in c. quia diverſitatem, ext. de conceſſ. præbend.* quoque adſtruxit,
8 uti † bona corporis effigies animæ latentis bonitatem, ſic mala ejuſdem compagis, malitiam animi omninò præ ſe ferat, hinc Germanus dicere ſolet, Daß man ſich für denen hüten ſoll / welche die Natur gezeichnet habe / Galen. *de temperament. 2. c.* 6. ſcribit naturam membra componere, prout moribus animę competant, & notum eſt diverbium: Οἵα ἡ μορφὴ, τοίαδε καὶ ἡ ψυχή. *Qualis forma, talis eſt anima.* Idem Galen. *lib. 1. de uſu part.* ait: Ridiculam animam ridiculo circumveſtiri corpore, imò deformes mulieres formoſis longè impudiciores eſſe, ex Stobæo conſtat, *cap. 5. ibi:*

Neq; quod deforme eſt, caret ſuſpicione,
Neq; intemperans eſſe, quæcunq; formoſa eſt, ſolet,
Quædam enim eos, qui ob formam multa largiuntur,
Non ſequitur, multas verò videre eſt mulieres,
Non pulcras aſpectu coëuntes inſatiabiliter,

Et his,

Et his, qui eis utuntur, multa gratis offerentes.

Erasm. *in Adag. Chiliad. 3. cent. 2. cap.* 8, refert Lycurgum statuto cavisse, ne jus partum nutriendi patris esset, sed in locum certum deportarentur infantes, ex quibus, si qui deformes reperirentur, Apothecis sic dictis, exponerentur, quasi ominosos & inutiles Reipublicæ, &c. Ut quoque in milite corporis incompositio, quæ mẽtis inęqualitatẽ solet arguere, ut ait text. *dist.* 41. *§. fin.* nec immeritò culpetur Ranzov. *in tract. bellic. lib.* 1. ubi ait: Quod cùm Augustæ Windelicorum perlustranda esset acies Caroli V. repulsus fuerit ex ordine miles pede utroque claudicans, miles ferens indignè repulsam allocutus sit Commissarium: At tu me cur explodis, qui stare cogor pressius, siquidem tu pede velociori jamdudum aufugeris? Obtinuit faceto hoc dicto, ut in matriculam reciperetur. Quod autem de Philopœmene Duce Græcorum pręstantissimo scribit Tiraquell. *de ll. connubialib. gloss.* 1. *part.* 2. *num.* 58. quasi is propter deformitatem vultus luerit pœnas, ligna hospitis, ad importunam hospitæ jussionem, secans, Drexelius de deformi corporis habitu, quoad vestitum potius exponit *in Trismegisto lib.* 3. *cap.* 7. §. 2. Philopœmenes paulò antè, quàm suspicaretur is, qui ipsum invitaverat, venit ad cœnam, mulier invitantis existimans illum vel famulum, vel tabellarium esse, jubet sibi secari ligna, ut cibos paratiores haberet in adventu convivarum, lubens ligna secat invitatus, at hospes subinde domum redit, videns tantum virum secare ligna, obtumescit, at subridens ille, pœnas, ait, do cultus mei. *Hæc Drexel.* At Tiraquellus: Meæ deformitatis pœnas pendo. *Utriq; dictis locis.*

In specie quantum concernit faciei delineamenta, & quidem caput ipsum, ait Pineda *in Job tom.* 2. *cap.* 39. *vers.* 17 *in fine.* quod caput parvum stoliditatem arguat, nasus acutus, oculiq; parvi bonitatem naturæ, nec non calvities voxq; gracilis, & quæ alia, de quibus Peucer. *in tract. de divinat. cap. de chyromant.* scintillantes oculi sævitiam & crudelitatem, Pined. *cap.* 41. *vers.* 11. *num.* 4. collum erectum † insolentiam & nocendi aviditatem. Idem *cap.* 9
41. *vers.* 13. *num.* 1. alias Aristoteles *in Physiognom.* tradit: Quod collum grossum habentes fortes sint secundùm animam, subtile imbecilles, hinc fortibus & magnanimis victoriæ & triumphi insigne colli ornamentum, id est, torques dabatur, quæ victorum erat præda potissima, extat Jobi dictum *cap.* 41 *vers.* 13. in collo ejus morabitur fortitudo, &c.

Cæterùm quod in natura homo homine nobilior, animal animali præstantius enitescat, Dei omnipotentis gratia est, & naturæ beneficium, quæ multos præteriens nemini obstrictam se esse clamitat, veluti de Scanderbego Epirotarum principe in dextro brachio formam ensis præ se ferente, exclamat Marin. Balet O insignem naturæ potentiam, quæ † vel nascentibus 10
nobis subjicit documenta & in corpore ipso infigit insignia, quæ postmodum sunt sequenda, Joh. Wolff. *tom.* 2. *lect. memor. pag.* 421. nihil de familiis dicam

nobi-

nobilioribus, vel aquilam, leonem, quodvisve simile, præ se ferentibus, corpori eorum quasi inustis, unde procul dubio non obscura sunt à majoribus & infallibilia deprompta argumenta, qua de re agit prolixè Camer. 2. *medit. histor.* Et quanquam uti diximus, tantum efficaciæ in physiognomia lateat, quæ quasi animi character est, qui in oculis fronte adeoq; toto corpore natura effinxit interioribus cōsentientibus, quę ad ipsas animi sese inflectunt, accommodant & mutant actiones, affectiones, animiq; sensus & machinationes admirando naturæ consensu proferunt, proinde Peucer. *d. loc. pag. mihi* 258. aliæ insitas à prima origine inflexiones propensionesq; ad certa morum, actionum, studiorum, affectuum genera vel abditos animorum sensus affectionesq; arguunt, & ceu aperiunt ac produnt: Dubium tamen non est, quin hæc ipsa indicia fallant quam sæpissimè, cum vel natura, arte, & discipli-
11 na correcta est, vel abdita ejus accurata † & perversâ simulatione obteguntur. Hinc Zopyrum ex physiognomia Socratem, fertur, cum habitum corporis inspexisset, stupidum pronūciasse & bardum, quod jugula concava non haberet, obstructas eas partes & obturatas esse, dicentem addidit & jam mulierosum, in quo Alcibiades cachinnum dicitur sustulisse: cum in eo nihil horum observatum esset, nam & errata naturæ emendarat & ex naturalib. causis nata vitia edomuerat, ac compresserat voluntate, studio ac disciplina, ad eum modum ut nemo unquam ullum eorum vestigium videret, *de physiog. p.* 261. Præterea quod ad malignam naturæ simulationē attinet, ea de re extat Ciceronis locus *in Ep.* 1. *ad Q. fratrem, ibi,* multis simulationum involucris tegitur, & quasi velis quibusdam obtenditur uniuscujusq; natura, frons, oculi, vultus persæpe mentiuntur, oratio quoque sæpissime. Et Oratione quam
12 contra Pisonem dixit: jamne vides belua, jamne † sentis, quæ sit hominum querela frontis tuæ, nemo enim quæritur, Syrium nescio quem de grege novitiorum factum esse consulem. Non enim color iste servilis, non pilosæ genæ, non dentes putridi deceperunt, oculi, supercilia, frons, vultus deniq; qui sermo quidam tacitus mentis est, hic in errorem homines impulit, hic eos quibus erat ignotus, decepit, hos fefellit, hic in fraudem induxit. Porrò idem pro Sexto testatur de Pisone eodem disserens: alter ô Dii boni, quam teter incedebat, quam terribilis aspectu, unum aliquem de barbatis illis exemplum imperii veteris, imaginem antiquitatis, columē Reip. diceres intueri. Et pau-
13 lò pòst: Nam quid ego de supercilio dicam, quod † tamen hominibus nō supercilium, sed pignus Reip. videbatur: Tanta erat gravitas oculorum tanta contractio frontis, ut illo supercilio tanquam virtutis umbraculo niti videretur. Erat hic omnium sermone Reip. magnum firmumq; subsidium: Et mox: Etenim animus ejus vultu, flagitia parietibus tegebantur. Ex quibus verbis colligere licet, Pisonem tantam præ se probitatem ferre solitum, ut omnes hoc ipso deciperet, cum talem esse, qualem se gerebat existimantes, cum ta-
men

men revera esset omnium flagitiosissimus. Simulationis hujus causam *ex Firmiano mater. lib. Mathes.* citat Tiraquell. *de pœnis. caus.* 21. *n.* 7. plerique, *ait*, astrorum lege his astricti sunt moribus, ut præ se ferant, quod revera nō sunt, qui enim in horoscopo habent hœdum, fucato aspectu mentiri solent severitatem, ut Catonis frontem † & institutum imitari videantur. *Hæc ille.* Vide Pined. *in Job. tom.* 2. *c.* 36. *vers.* 13. ubi hypocritas hosce describit, qui non tam fronte & ore, quam opere quoq; sinceritatis edunt externa signa, at in cute pessimi, quos tandem divina justitia sit condemnatura, qua de re infrà de simulatâ pietate cap.

CAPUT XXIII.

DE INDICIIS, QVÆ EX CONSTITVTIONE REGIONIS VEL MORIBUS POPULI, UNDE REUS ORIUNDUS DICATUR, DEPROMUNTUR.

SUMMARIA.

1. *Mores rei perpendi debent juxta vitia vel virtutes gentis, unde is oriundus dicatur.*
2. *Vna gens alterâ versutiores habet pueros.*
3. *Quæ ratio Physica, quod naturæ hominum ita varient.*
4. *Arcanum Reip. est, investigare mores populi cujusvis.*
5. *Memorabilia de Genuensibus in Liguria.*
6. *Notabiliores textus juris sunt ad propositum thema.*
7. *Itali & Numidæ præsumuntur esse venerei.*
8. *Germani & Scythæ dicuntur casti, & quo pacto hi pudicitiam servent?*
9. *Henricus primus Imperator perpetuam coluit pudicitiam cum uxore.*
10. *Iohannes Secundus Musoviæ dux propter conspectum mulieris animo defecit.*
11. *Galli rixosi, quod & Germanis tribuitur.*
12. *Cur Australes populi non tam vehementer potent, quam qui sub Aquilone habitant?*
13. *Indi occidentales sunt pacifici.*
14. *An multitudo litium forensium sit adscribenda advocatis & procuratoribus?*
15. *An Sueci & Norvegii verè dicantur naturâ mali à Bodino?*
16. *Patagonæ dicuntur stupidi, alias probi & simplices.*
17. *Patagonæ populi robusti, quod exemplo declaratur.*
18. *De Lapponibus aliisq; populis vide notabiliora.*
19. *Censura Bodini de moribus Germanorum subjicitur.*

INdicium affine est † modo præcedenti, quod ex constitutione regionis, 1
vel moribus populi, unde oriundus reus est, depromitur *l. quod si, §. qui mancipia, ff de edil. edict.* Cum enim una gens alterâ callidior, illa † furtis, ra- 2
pinis, hæc Veneri, veneficiis, sortilegiis, magis magisque dedita sit, pro circumstantiis ejusmodi indicia quoque formanda esse nemo non videt, Men. *in proœm. de arb. jud. quæst.* Pet. Pecc. *de reg. jur. can. reg.* 8. *num.* 5. *ibi:* ex patria illaudata vir illaudatus, *vide part.* 3. *cap.* 2. *de indic. furt. num.* 108. Hinc Poëtæ senten-

ſententia, citata in legendis Catharinæ, reginæ Galliæ, ex familia Medicæa, ibi: *Ingenium tellure latet, &c.* unde rythmi:

In einem jeden Land vnd Erd/ Vnd ein Land artet ſo die Leute/
Stecket ſonder Arth vnd Geberd/ Gleich wie das Roß in ſeiner Weide.

Ego *in diſp Juſt. diſp. 9. theſ. 22. ibi*, una gens altera verſutiores habet pueros
3 (homines) cum † regionum naturæ varient, idq́; propter cœli & ſoli diſpoſitionem, quæ neceſſaria quadam vi hominum mores & ingenia transformat, omninò dicendum eſt, adeò, ut judicantem quoque noſſe oporteat naturam regionis, ubi gens vel in hæc, vel in alia eſt proclivis flagitia. Unde Bo-
4 din. *5. de Republ. cap.* 1. rerum publicarum † arcanis nullum majus eſt (*ait*) quàm ad varios gentium mores & naturas civitatis, cujusq́; leges & formam congruentem accommodare, ut enim architectus prudens diuturnum & ſtabile ædificium futurum, ad ſubjectam cujusq́; regionis, morumq́ue populi materiam aptare debet, ita quoque judicem ad populi regionisq́ue naturam jura accommodare, vel ut Petr. de Suavis Polan. *in hiſt. Concil. Trident. lib. 6. pag. mihi 549.* ait, leges, ut pedi calceus, regioni, perſonæ, tempori ſunt attemperandæ, &c. huc ſpectat Germanicum diverbium: Sachſe ein Säuffer/ Böhme ein Ketzer/ Francke ein Schwetzer / Pole ein Dieb / Vnger ſeinen eygnen Herrn verricht. Ita de populis aliis alia quoq; prodita indicia vitiorum, quæ vulgò ineſſe eis, creditum fuit, ſic Græci mendaces, Genuenſes leves & vani quondam, & contrà, illi ſapientes, hi ingenioſi juxtà dicti ſunt, hinc di-
5 ſticha † ſequentia apud Arnold. Ferron. *pag. mihi 102. lib. 3. de Ludov. XII. Reg. Gall.*

Genua cui patria eſt, genetricem Græcia partum
Pontus & unda dedit, qui bonus eſſe poteſt?
Sunt vani Ligures, mendax eſt Græcia, Ponto
Nulla fides, malus eſt, hæc tria quiſquis habet.

Quos verſiculos in Julium III. Papam quondam conſcriptos, publiceq́; affixos, & Romę divulgatos, ut refert Arnold. Ferron. *d. loco.* retorſit verò, & in contrarium ſenſum per diverbia non minus trita, & ingenioſè reduxit Janus Laſcaris, unde à Papa magnam inivit gratiam, quæ ſic ſe habent:

Eſt Venus orta mari, Grajum ſapientia ſolers
Ingenium eſt Ligurum, qui malus eſſe poteſt?
Qui genus ut Veneri, à Grajis ſapientia ſolers,
Ingenium à Genua eſt, Mome proterve tace.

De Florentinis author *leg. de Cathar. Medic.* ait, *pag. 6.* Florentini nulla ex parte tenentur conſcientia, volunt ſuperficietenus religioſi apparere, revera autem non ſunt, nullos præter ſe diligunt, inſigni odio, ſummaq́; invidia adverſus eos feruntur, à quibus aut virtute, aut nobilitate ſuperari ſe ſentiunt. Idem *pag. 5.* in Hetruria urbs Florentina, ubi ars decipiendi, quanta ab illis mala

mala ſint exſpectanda, reputandum relinquo. Hinc Accurſ. *in Novell. de re-*
ferendar. ait, quod ratione patriæ quis præſumatur bonus vel † malus, extat 6
alias in hanc ſententiam textus perelegans *l.31.§.21.ff. de ædil. edict.* Qui, *inquit*
Ulpianus, vendunt mancipia, nationem cujusq; in venditione pronunciare
debent, plerunq; enim natio ſervi aut provocat, aut deterret emptorem, id-
circò intereſt noſtra ſcire nationem. Præſumptum enim eſt, quoſdam ſervos
bonos eſſe, quia natione ſunt non infamata, quoſdam malos videri, quia &
natione ſunt eâ, quæ magis infamis eſt, quod ſi de natione iſta pronunciatum
non erit, judicium emptori, omnibusque, ad quos ea res pertinebit, dabitur,
per quod emptor redhibeat mancipium. Et conſilium Navatenſe, *in c. quan-*
do, diſt.24. jubet ordinandorum patriam inveſtigari, ut proinde ſciatur, qui-
bus ipſi ſint imbuti moribus, de quo alibi. Porrò quod contra reum præſu-
matur ratione patriæ, eſt text. *in d.c. Afros, diſt.98.* & ibi not. gl. & Arch. & Bald.
in l. data, & l.10. verſ.8. ibi: item ratione patriæ, C. qui accuſare non poſſ. qui & il-
lum textum allegat, & ſimile eſt, quod dicit Bart. *in tract. de Guelphis & Gibel-*
linis, col. 4. quod de jure quis præſumatur ejus affectionis eſſe, qualis eſt ejus
patria, eſt enim præceptum juris gentium, ut patriæ pareamus, *l 3. ff. de juſt. &*
jure, quam rationem tanquam ſingularem hac de re celebrat Barbat. *conſ.34.*
lib.2. Naturâ ita comparatum eſt, ut è mollibus regionibus molles viri exi-
ſtant, neve ex eadem terra admirandæ fruges, ait Cyrus *apud Herod. lib.9. vid.*
cap. ſequens 24. num.7. Quare cum in † Italos formatur inquiſitio ſpecialis, 7
qui utplurimùm pręſumuntur Venerei, Sodomitæ, ſanè indiciis aliis admini-
culantibus rectè hinc depromi quæſtio poteſt, *argum. l.1. §. idem, & §. Divus,*
l. ex libero, §.1. ff. de qq. c. cum oporteat, c. inquiſitionis, c. qualiter, ext. de appell. At
quod Itali tales præſumantur, imò aliorum etiam flagitiorum, ut Aſſaſinii,
atheiſmi, ſacrilegii deditiſſimi, unà cum Bodino & Machiavello experientia
rerum magiſtra ſatis ſuperq; loquitur. Quos mores vel potius vitia & flagitia
adſcribit Livius Numidis Aphricæ populis. Cùm contrà † Scythæ commu- 8
ni opinione caſti & pudici dicantur, nempe qui parotides venam poſt aures
latentem, propterea ſecari ſibi curant. Haſce pudicitię laudes Germanis quo-
dammodò quoque adſcribit Cæſar *6. com.* dicens: Quod ante † annum 20. 9
fœminam cognoviſſe turpiſſimum ipſis fuerit: ſic Henricus I. Imperator per-
petuam cum uxore coluit pudicitiam. Johannes II. Muſcoviæ Dux eousq;
exhorruit mulieres, ut ad earum conſpectum animo deficeret. Galli † rixoſi 10
& litigioſi paſſim creduntur eſſe, quod modò Germanis etiam meritò tribui-
mus, qua de re tractatus perelegans Vent. de Valent. *part. litigioſ.* dictus, &
ſcribit Tacitus, quod † Germani nimium poculis indulgentes ſoliti fuerint 11
inter ſcyphos movere rixas. Quos potandi † mores nonnulli etiam Scythis, 12
quos caſtos quoque uti Germanos diximus eſſe, attribuunt, redduntq; ratio-
nem nimiæ ſitis in populo, quod vis caloris intima in Aquiloniis regionibus,

&aliis ſicciſſima natura majorem ſitim ingeneret hominibus, quàm Auſtralibus, quibus interiora frigida ſunt, & qui propter humidiores Auſtri flatus ſitim non adeò patiuntur, uti gentes Aquilonis. Cæterùm Indi Occidenta-
13 les † pacifici & omnis litis oſores eſſe dicuntur, ubi judicia nulla, nulla pacta, nulla teſtamenta publicis aut privatis, ſed rationes tantùm accepti & expenſi conſcribuntur, quare ne lites eò pervenirent, Ferdinandus, Hiſpanorum Rex prohibuit, ne Betraria Indiæ illius Prorex, Cauſidicos illuc ſineret commigrare. Et refert Damian. à Goeſ. *de moribus Æthiopum*, quod in tota Æthiopia, & regnis pretioſi Johannis, quem alii preſbyterum Joannem appellitant, nullum jus ſcriptum in uſu habeatur, idq; inde, ne lites avaritia judicum vel patronorum in longum protrahantur, querelis litigantium non ſcripto, ſed ore peragendis: *Hæc ille, pag.* 488. uti de Germanis priſcis ſcribit Luc.
14 Flor. *in hiſt. Roman. c.*10. *Epit.* 4. *in fine.* quod legum † Romanarum impatientes, Quintilio Varo in caſtris judicia exercente, Romana adorti ſint caſtra, cauſarum patronis aliis eruentes oculos, aliis manus amputantes, nonnullorum linguas reciſas in manu tenentes & clamantes: Tandem Vipera ſibilare deſine. Sic Arioviſtus, Germanorum Rex, paulò antè ad Cæſarem citatus, & ſeveriora armis jura metuens reſpondit Cæſaris nuncio: Quis eſt ille Cæſar? Ipſe ad me veniat, & quid ad illum, quid noſtra Germania agat? Num ego me interpono Romanis? Quod reſponſum cordatum, talem in caſtris Romanorum movit terrorem, ut teſtamenta paſſim ſcriberentur. Idem Flor. *d. loc. cap.*3. Matthias Corvinus, Pannoniæ Rex, ab Italia accerſivit JCtos, ut leges & legum actiones populum ignarum docerent, ſed quia ſubditi tot tantiſq; litium ambagibus implicarentur populi rogatione, Cauſidici omnes, quotquot erant eò vocati, regno fuere expulſi.

15 Sueci & Norvegi vulgò mali † exiſtimantur eſſe, à quibus ſibi cavendum Galli & Angli omninò credunt, Bodin. *de rep. lib.* 5. *c.*773. Interea eos à proditione & adulatione alienos eſſe teſtatur Johan. Wolff. *tom.* 2. *lect. memor. pag.* 316. *ibi:* Adulatores & proditores per ſe non habet Suecia, ut gens auſtera, & ejuſmodi rebus minime dedita: Sed ab extraneis ejuſmodi ſcelera in eam invehuntur. Exemplo eſt, quod in civitate Stockholmenſi, primaria civitate Sueciæ, celeberrimo emporio totius ſeptentrionis, tempore Regis Alberti 170. extranei inventi fuerunt, qui occultâ conſpiratione colligati ſe cucullatos fratres appellitabant, crevitq; poſtea eorum numerus ultra mille quingentos. Horum ſtudium erat præcipuum, conjectas in Saxones & indigenas conviitiis ad lites & rixas provocare, ut demum apud regem delatos vita, aut fortunis, vel pariter utriſque ſpoliarent. Tandem in carcerem conjecti, incluſi, digitis in perforato pariete cum eorum impreſſione affixis, ſuperjecto igne combuſti fuerunt.

16 Patagonæ ſimplices & ſtupidi † ſunt, nec ad delicta ea, quæ quadam animi

animi solertia & sagacitate perficiuntur, minus expediti, quos alioquin robustos esse, proceresq; homines refert Bodin. *d. loc.* ut vix octo Hispani unum vinculis † constringere aliquando potuerint. 17

De Lapponibus vulgò hoc effertur, quod sint magiæ & incantationibus dediti. Incantamentis sic pollent ait Damian. à Gœs. *d. loc. p.* 499. ut inter multa alia † dictu mira, quę prætermitto, naves in medio cursu retineāt, sic ut 18
nulla ventorum vi amoveri queant, quod malum solo virginum excremento foris navium ac transtris illitis, curatur, à quo spiritus illi, ut ab incolis accepi, naturâ abhorrent. Quos alias feroces & bellicosos in negociationibus sagaces esse testatur idem.

De Anglis & Siculis scribit Warem. ab Erenb. *de fœd. p.* 1. *pag. mihi* 255. quod sint utplurimū fallaces, Africani astuti, Lucani fidem cum fortuna mutantes, Florentini avari, (& ut supra diximus, impii & invidi) non tamen patior mihi (ait Waremund. ab Erenb. *d. loc.*) persuaderi, aëris & frigoris in regionibus quibusdam tantam vim esse, ut quotannis 27. die mensis Novemb. homines quidam moriantur, & 24. Aprilis die denuò reviviscant, quod de populis, qui Grunsticuri & Serponoviri vocantur, refert Ganguin. *rer. Polon. tom.* 2. *pag* 207. Warem. ab Erenb. *d. loc.*

De Tartaris communiter profertur, quod sint vel raptores, fures, vel usurarii pessimi, cum enim edicto regio eis permissum sit, ut prædari & spoliare possint peregrinos, de 10. denariis, mensibus singulis vice usurarum accipere denarium unum, hinc tanta ei genti inhæret rapacitas & furandi libido, ait Joan. Boëm. *d. lib. p.* 2. *pag.* 129.

De Thucis sive Hetruscis, Thyrrenis & Liguribus quoq; proditum est, quod ut plurimum arti inaugurandi studeant, quod tamen de licitis artibus exaudit scilicet ex cursu astrorum aliisque causis naturalibus, Joan. Boëm. *d. loc. p.* 3. *pag.* 326.

De Germanis, quibus hoc † caput claudam, scribit Bodin. Quod sint 19
humanitate Asiatici, militari disciplina Romani, religione Hebræi, Philosophia Græci, Geometria Ægypti, Arithmetica Phœnices, Astrologia Chaldæi, opificiorum varietate populis omnibus facilè superiores. *Hæc ille in method. histor c.* 5. *pag.* 196. Qui alias hujus gentis obtrectator esse solet insolens & infensus, ut meritò hic dicendum: Non modicam veritatis præsumptionem ex adversarii relatione in adversarii favorem deponentis depromi, Cravet. *consil.* 6. *n.* 62. Reinkingk *in reg. sec. lib.* 1. *cl.* 2. *c.* 6. *n.* 38.

CAPUT XXIV.

DE INDICIIS, QUÆ EX OBSCURITATE FAMILIÆ, pravisq́; parentum moribus depromuntur.

SUMMARIA.

1. *Ex moribus parentum depravatis indicia desumuntur.*
2. *Nedum sanguis, sed & morum labes in filios propagatur.*
3. *Filius cur portio viscerum paternorum dicatur?*
4. *Caro filii caro patris aucta.*
5. *Ratio Physica de propagatione morum reddita.*
6. *Quales flores tales sunt tincturæ.*
7. *Nonnullæ familiæ signa naturalia malitiæ præ seferunt.*
8. *Referuntur variæ hac de re authoritates.*
9. *Quid jus civile de hoc indicio disponat?*
10. *Filii sacerdotum an ad honores promovendi?*
11. *Filius præsbiteri an in Camera possit agere assessorem.*
12. *Mulier vel virgo cujus mater improba & incasta fuit, præsumitur esse ejusdem affectionis.*
13. *Recensentur hac de re dicta quorundam authorum graviora & memorabilia.*

1 PORrò indicium † aliud est, quod ex moribus parentum rei depromitur, cùm enim reus parentes viles, facinorososq́; habeat, præsumitur & ipse eadem labe aspersus, *l. quisquis, C. ad L. Jul. Majest. ibi:* in filiis paterni criminis exempla metuuntur. Nam sæpe solet similis filius esse patri, & ut Paling. *in Leon. ait pag.* 116.

Nam similes fiunt nati plerumq́; parentum,
Qualis quæq́; arbor, tales solet edere fructus.

Proinde Johan. Fab. *in rub. inst. de nupt.* ait: nempe nedum sanguis sed &
2 † morum labem quoque derivari ad posteros, per rationem juris, quod pa-
3 ter & filius censeantur eadem persona, vel quod filius portio † viscerum pa-
ternorum, eademq́ue caro patris dicatur, *l.* 22. *§. fin. C. de agr. & censit.* Arist. 5. *Eth.* 5. Hinc Dido ad Æneam:

Forsitan & gravidam Dido scelerate relinquis
Parsq́; tui latitat corpore clausa meo.

4 Quinimò caro filii est quasi † caro patris aucta, ita quidem ut efficiatur novus homo propter novam animam, non dicatur tamen primus homo omninò extinctus post mortem ejus, uti pulchrè ex Paulo de Castro recitat Tiraquell. *in lib. de primog. q.* 40. Ego *in disp. Inst disp.* 16. *th.* 31. Joh. Borch. *de pact. cap.* 4. *num.* 5. *pag.* 45. Adde Johan. de Pined. *in Job. cap.* 27. *vers.* 13. *ibi:* Sunt filii parentum non membra modo sed viscera, & *tom.* 2. *cap.* 38. *vers.* 28. pater est uterus virorum & ipsa interna substantia & viscera, de quibus egredi dicitur, decidi substantia filii medio semine. Unde locus Genes. Qui egreditur de utero tuo, *Paralip.* 32. & *Quintilian.* 5. de argumentis disserens, argumenta, ait, sæpè

ſæpe à perſona & genere deducuntur, nam ſimiles parentibus ac majoribus ſuis filii plerumq; creduntur, & nonnunquam ad honeſtè turpiterq; vivendum, inde cauſæ fluunt. Ut Origen. *comment. ad Levit. hom.* 51. haud immeritò dixerit: Quod nomen patris grande myſterium ſit.

Et licet ſua cuiq; mens † ſit divino creata arbitrio, ſæpiusq; parentes 5
parvi & maligni generent ſobolem frugi & præſtantem, pleræq; tamen ſunt animi facultates, quæ una à parentibus carnaliter propagantur in liberos: Sic enim naturâ comparatum eſt, ut corpus & anima proportione quadam harmoniacâ conveniant, motusq; corporis in animam, ſicut & animæ in corpus facilimè penetrent & communicentur, atque id quidem non hoc pacto, quaſi anima patris propagetur in filium, tanquam ex traduce, ſed quod pravę concupiſcentiæ quivis ve affectus alii, ſive boni ſive mali fuerint, à corpore tanquam vivâ radice patris enati tranſeant in ſobolem creſcantq; & operatione naturæ ita comparatæ & diſpoſitæ. Vuas acerbas comederunt patres & dentes filiorum obſtupuerunt, legitur in Hyerem. *cap.* 33. Et Eſdræ *lib.* 4. *cap.* 9.
Qualis ager, talia & ſemina, † & quales flores, tales & tincturæ, qualis ope- 6
rator talis & creatio, & qualis agricola, talis & cultura. Neq; enim arbor mala fructus bonos producit, *Matth.* 7. & *Luc.* 6. Notabile eſt admodū, quod ſcribit Dubravius Juris Doctor & ductor exercitus, *in hiſt. Boëm.* de prodigioſa
pœna hereditaria: Duo quidem (*ait*) alter barba † rutilâ, alter vero pede clau- 7
dus ob quoddam ſcelus perpetratum ita puniti ſunt à Deo, ut qui hodie ab illis naſcuntur, vel rufeſcant, vel à pedibus laborent, quorum utraque familia apud Boëmos nunc extat, Johan. Wolff. *tom.* 2 *lect. memor. pag.* 76. Quam-
obrem † Ariſtot. 1. *Polit.* 4. uti ex hominibus homo, ex beſtia beſtia, ſic ex bo- 8
no homine bonus generatur. Et *lib.* 3. *cap.* 8. conſentaneum eſt, *inquit*, ex melioribus ortos fuiſſe meliores, quod refert Theodor. Reinkingk *in reſp. de proceſſ. contra ſag. null. inſtit. num.* 190. ibiq; Wilhelm. Antonii *in clauſt. ubi & alia id genus videre licet.* & 3. *Rhetor.* veriſimile eſt, ex probo probum & bene educatum quoque virum evadere; Et eſt apud Gellium 5. *Noct. Att.* 10. Mali corvi, malum ovum; Germani Saxones ita verrunt: Quadt Ey / quadt Kuken / quod proverbium longè aliter applicat & explicat Pined. *tom.* 2. *cap.* 38. *verſ.* 41. *pag.* 1014. Hinc illud Virg. 4. *Æn.*

Non tibi diva parens generis, nec Dardanus author,
Perfide, ſed duris genuit te cautibus horrens
Caucaſus, Hircanæq; admorunt ubera tigres.

Idem Virg. 8 *Æn.*

Gensq; virum truncis & duro robore nata.

Ovid. *in epiſt. Did. ad Æneam:*

Te lapis & montes, innataq; rupibus altis
Roborate ſævæ progenuere feræ.

Juven.

Juven.Satyr.6. *Vivebant homines, qui duro robore nati.*
Et Hor.3.Carm. *Fortes creantur fortibus & bonis,*
Est in juvencis, est in equis patrum
Virtus, neq; imbellem feroces
Progenerant aquilæ columbam.

Aristophanes in fabula, cui ὄρνιθες titulus, *ibi*, τὸν ἔποπ' ὄρνις ἔγχυας ἐκ τῶν ὀρνέων,
9 *Upupam progenuit avis ex avibus, &c.* Jure civili, † quo utimur potissimùm, filius ejusdem voluntatis & affectus esse dicitur, cujus est pater, *l. si operarum, ff. de oper. libert.* Bald. *in l.25. C. eod.* propterea Alb. Gand. *in tract. malef. tit. de ind. col.* 4. præsumptio naturæ est, *ait*, quæ monet, ut parentum ejus, qui accusatur, mores inspiciamus, inde enim apparebit, quibus ipse (accusatus) sit moribus imbutus, & dicit Ang. *in l. fugitivi, C. de serv. fugit.* quòd ex eo quis præsumatur transiisse ad hostes, siquidem de familia eo nomine infamatâ progenitus fuerit, *cap. venerabilem, ubi Dd de elect. & c.1. dist.56.* ubi filios sa-
10 cerdotum † non promovendos esse ait: non quod in genere mali sint sacerdotes, sed quia spurii sacris initiari non debent, *cap.2 de fil. presb.* Quem ritum
11 etiam Camera Imperialis Spiræ Nemetum, quæ filios † presbyterorum etiam ex legitimo matrimonio natorum, ad nobile assessoratus officium non admittit, sequitur, vide Petr. Pecc. *de reg. jur. reg. 8. num. 5.* Matth. Stephan. *de jurisdict. lib.3. part.2. cap.14. num.127.* clarior textus est *in c. Cœnomanensem, dist.56.* ubi filii sacerdotum ex matrimonio suscepti, ad sacerdotia admittuntur, sed addit textus, non ut pro regula sit illa connivens, sed ut ad tempus Ecclesiæ periculo consulatur, *vide infra cap.30.* Sic Alber. de Rosat. *in l. si cui, §.1. num.2. de accus.* ait: quem inde præsumi calumniari, quia pater ejus calumniator erat. Pio IV. Papæ oppositum fuit, uti refert Alvear. *exam. Pontif. part.1. cap.1 ibi*: Malus es tu, quia pater tuus latro erat, mater meretrix: quomodo huc intrasti? nonne inde ut maculam hanc abstergeres: peperit mater scortatorem, qui Papirii Capizucchi conjugem pro pellice sustentas, vescens ostreis, & vinum bibens fortissimum, quod vocatur Mangeguerta, ad excitandam Venerem: Tandem præpostera Venere fatigatus, & nihilominus vespere nobilem illam fœminam post ostrea sumpta compressurus non surrexisti, sed mortuus elatus es, proinde meritus tale Epitaphium:

La donne Lumagi & Mangaiguerra
M' hanno levato della sedia & posto in terra, &c.

12 Vide Johan. Wolff. *tom.2. lect. mem. pag.624.* De filia, matrem † improbam vel incastam habente, idem est judicium, unde Amb.3. *de Virgin.* Quid potuit filia de adultera matre discere? nisi damnum pudoris: juxta illud:

Insequitur leviter filia matris iter.

13 Martialis miratur, quod † filia ebriosi biberet aquam, *lib.16. Epigr*:
Miror, quod Bassi filia potet aquam: Juv. *Sat.6.* eo etiam alludit, *ibi:*

ibi: *Scilicet expectas ut tradat mater honestos,*
Aut alios mores, quam quos habet, &c.

Et idem *Satyra* 14.

Expectas, ut non sit adultera larga
Filia, quæ nunquam maternos dicere mœchos
Tam citò, nec tanto poterit contexere cursu,
Ut non ter decies respiret? &c.

Apprimè hîc decidunt Euripidis verba *in Andromacho, ibi:*

Κἀγὼ μῶν ἤυδων τῷ γαμοῦντι μήτε σοὶ
Κῆδος ζυνάψαι μήτε δώμασιν λαβεῖν,
Κάπης γυναικὸς πῶλον ἐπιφέρουσί γαρ
Μητρῷ ὀνείδη ηρ. Sic translata:

At ego quidem loquebar te ambiente affinitatem, nunquam tecum
Affinitatem contrahere, neq; intra domum accipere
Malæ mulieris pullum, imitantur enim
Materna opprobria, hoc & considerate mihi
O proci, bona filiam ex matre ut ducatis.

Vide Tiraq. *de ll. connub. l. 7. gloss. 1. part. 7. num. 12. pag. mihi* 172. Columell. *de re rust. lib.* 3. (ut hoc addam quoque) graviter & notanter scribens, nil dubium, *inquit*, quin ipsa natura sobolem matri similem esse voluerit, & nihil certiùs, quàm ut filiabus

——tradat mater honestos
Aut alios mores, quàm quos habet. Juvenal. *Satyr.* 6. Vide Joh. de Pined. *in cap. fin. ad Job. vers. penult.* Et Virg. *in Bucol. Ecl.* 1.

Sic canibus catulos similes sic matribus hœdos.

Ovid. *in Helenam* quoq; hæc adfert:

Vix fieri si sint vires in semine morum,
Et Jovis & Ledæ filia casta potes.

Terent. *in Heautontum.:*

Sed vereor, ne me absente hic mulier corrupta sit.

Concurrunt multæ opiniones, quæ animum exaugeant: *Locus, occasio, ætas, mater, sub imperio, cujus est mala.*

Quapropter Impp. *in l. 5. C. ad L. Jul. Majest.* paterno conveniens esse perire supplicio, in quibus paterni, hoc est, hereditarii criminis exempla metuuntur, prudenter statuêre. Vide Alciat. *de præs. præsumpt.* 24. *pag.* 69.

CAPUT XXV.

DE ASTRORUM IN HUMANA CORPORA influxu, quantum inde indiciorum depromendum?

SUMMARIA.

1. *Influxus astrorum in humana corpora indicium quoq; facit.*
2. *Astra inclinant non necessitant.*
3. *Judicium Baldi hac de re refertur.*
4. *Historiis thema declaratur.*
5. *Mœchos mœchasve facit vis & influxus astrorum.*
6. *Vi astrorum puellæ senibus nubunt.*
7. *Solidæ rationes horum eventuum enarrantur ex physicis.*
8. *Indicia hæc an adeo levia sint & obscura, ut præterire ea jure possit magistratus?*
9. *Vnū indicium nunquā parit torturam.*
10. *Iudex sine indiciis inquirens & procedens tenetur reo injuriarum.*
11. *Iudex non canis nec carnifex sit, & quæ judicem movere debent, ne temere ex indiciis temerariis ad quæstionem prorumpat?*
12. *An princeps possit procedere sine indiciis?*
13. *Sola fama spirante non confestim inquirat judex.*
14. *Quænam fama potissimum attendenda, si fama inter cætera indicia fundare debet.*
15. *Fama nonnunquam vice accusatoris est.*

1 PORRÒ quòd natura & inclinatio † vel bona vel mala efficit vel producit in sobole, tantundem, ni majus erit, præstat & operatur astrorum in-
2 fluxus in humana corpora. Quanquam enim † prout vulgò circumfertur, astra inclinent non necessitent, ut Peucer. ait *de divinat.* dubium tamen non est, quin ut plurimum κράσις ita informet corpora, ut etiam quavis arte mo-
3 do vel occasione id, quod portendunt influxiones, evitari vel averti † possint, hinc Bald. *in c. ut debiti. col. 2. ext. de appell.* ait: Ingenia hominum deteriora vel meliora evadere scilicet ex bona vel mala aëris dispositione, quem haurit &
4 excipit tenellum hominis corpus, quam primum scilicet in † lucem editus. Refert Joan. Wolff. *p. 1. lect. memor. pag. 796.* quod pater quidam videns ex nativitate filii, furem eum fore, iriq; suspensum, ut averteret malum, dedicaverit monasterio filium, sed quid sequitur? filius stationem suam relinquit, furatur, & suspenditur. *Hæc ille.* Simile exemplum *d. lib. p. 945. & pag. 337.* refert, dicens: Quod gemini eodem die Episcopi, eodemque die una mortui fuerint.

5 Sic mœchos mœchásve fieri † vi astrorum ait Tiraq. *d. ll. conn. p. 13. gloss. num. 38.* ubi citat Jul. Firm. *lib. 8. astron. c. 27.* dicens: Quod quando pars decima capricorni reperiatur Marte præsente, mœchi producantur, vel quod uxores adulterio corruptas inveniant, & idem Tiraquell. *p. 6. gl. 1. num. 35.* ait: Quod vi astrorum quædam puellæ senibus nubant, vel adolescentes anus
6 matrimonio copulentur. Cum enim, *ait*, sol in altera † quartarum duarum orientalium extiterit, scilicet in figura inventa, viro seni desponsabitur, vel in senectute juvenem maritum accipiet, at si in altera duarum occidentalium extiterit, tardè marito conjugabitur, vel in prima juventute seni desponsabitur, citat Ptolom. *lib. 4. Quad. c. 3.* & quæ exempla alia hic recenseri possent.

7 Porrò sanam † solidamque rationem hujus influxionis, & subsequentis astrorum motus & operationis in homine refert & edocet Peuc. *de divin.* *pag. 34.*

pag. 34. *ibi:* tenera corpuſcula ex alvo materno prodeuntia, & circumfuſum
aërem, cœli viribus imbutū, induentia, atq; anhelitu ſorbentia, ſimul quanti-
tates à ſtellis profectas haurire, has rurſus & in totum diffundi corpus, & hu-
moribus permiſceri, & præcipuorum membrorum conſtitutioni, inprimis
tam validè ut à parentibus in utero acceptam κρᾶσιν inſigniter vel mutent vel
afficiant, adeoque totam corporis compagem formari, animarique vi cœleſti
à cauſa univerſali ſciunt. A temperamentis verò δυνάμεις omnes ſeu motio-
nes ac propenſiones ad certa morum, ſtudiorum, actionum, affectuum, appe-
titionum genera, & alia hujuſmodi cieri, imò & caſus cujusq; eventusq; fingi
longo uſu & naturæ artifices peritiſſimi didicerunt, his caſtrorum velut præ-
monſtrationibus & indiciis addunt contemplationem & obſervationem ac-
curatam notarum omnium in ſingulis partibus exterioribus atque interiori-
bus, & toto corpore quæ ferè temperamentis congruunt, & promunt atque
oſtendunt ſeſe vi craſium, ex utrisque conjunctis æſtimantur conglutiſſimè,
quæ cujusq; ſit natura, & ad quæ vitia feratur, aut propendeat, ad quæ ſtudia
ducatur, &c. Sed quærat hic aliquis: At leviora videntur † hæc indicia, ad- 8
eoq; ſic comparata, ut rarò vel nunquam inde fundari, formarive poſſe videa-
tur inquiſitio? Verum eſt, quod ita aſſeritur, addatur autem hæc mica ſalis, uti
loquuntur, concurrentibus indiciis exterioribus generalibus ſive ſpeciali-
bus. Ratio eſt, † quod unicum indicium patere non poſſit nec debeat quæ- 9
ſtionem, unde Raphael. Fulgoſ. *conſil.* 106. *num.* 2. ait, judicem † ſine indiciis 10
inquirentē teneri injuriarum & pro re natâ puniendum eſſe. Et *n.* 6. ejuſdem
conſilii ait: Quod talis judex † non judex, ſed canis & carnifex debeat me- 11
ritò appellari, quanto magis vel injuriarum tenebitur, vel legis Corneliæ ju-
dex ſine argumentis legitimis & jure approbatis indiciis, reum non ſat con-
victum & oppreſſum indiciis, fidiculis quæſtionum exponens, Zieriz. *ad
conſt. crimin. pag.* 150. *ubi* ſeriò monet aſſeſſores, ut prudenter & diligenter in
hoc paſſu procedant, ne manus ſanguine humano commaculent. Etenim
quæſtio demum pœnam generat, pœna hominis vitam adimit, pro qua mun-
di ſalvator vitam proſtituit, non ergo ac ſi cum teſſeris ludas, aut quaſi de ca-
pite papaverum & cucurbitarum ageretur, hic tranſeundum, Matth. Steph.
de juriſd. 1. *cap.* 8. *num.* 74. neq; enim ex quercu exſculpuntur mortales, vel de
publico ſuppetit, unde lucis uſura reparetur. Imò caveat ſibi inquiſitor, ne
homicidas quærendo, ipſe homicida ſubinde fiat, atque judicando alios, ſe-
ipſum condemnet coram Deo, Caſon. *de indic.* 9. *p.* 62. Neq; adverſatur:
Quod princeps † ſine indiciis procedere poſſit, allegans nudam facti noti 12
tiam, Bald. *in l. nullus, C. ad L. Jul. Majeſt.* Hypp. Marſ. *ſing.* 14. Reſp. id ſingu-
lariter ita eſſe receptum in Imperatore Romano, qui non præſumitur calu-
mniari vel mentiri velle, imò ſi princeps allegat notitiam facti, præſupponi-
tur ſe hauſiſſe illam vel ex fama vel indiciis aliis, ut ſic res in idem recidat &

Q 2 & recur-

& recurrat, Blanc. *de indic. n.* 399. Alex. *consil.* 34. *n.* 12. *lib.* 2. Purpur. *consil.* 446.
13 *num.* 10. Neque etiam † quod Rota scribit *decis.* 2. *tit. de accus.* hic attendendum est, nempe ordinarium magistratum posse inquirere contra hominem solâ quâdam suspicione gravatum. Id enim refellunt modo citatæ leges & Dd. unde Eman. Soarez. *in thes. recept. sent. nu.* 100. ait: pro regula immota tenendum esse, ut antequam procedat judex semper præcedant indicia. Et Barbat. *consil.* 47. *num.* 2. dicit: quod judex non præeuntibus indiciis legitimis inquirens, temerè & injuriosè inquisivisse dicatur, adeò ut quia fama loquente ut plurimum imperiti ad inquisitionem procedunt, ea nedum sola nec quævis sufficit, oportet enim sic comparatam esse famam, eam-
14 que magnam & crassam, ut † siquidem judex inquirere supersedeat, existimetur magnum scandalum propter magistratus conniventiam, cujus tamen officium est inquirere in perversos, & purgare provinciam malis hominibus, certissimè inde suboriturum, Albert. Gandin. *in lib. de malef. rubr. quoin.*
15 *de malef. &c. num.* 6. Mar. *de iniquis. num.* 19. Cùm enim fama † tantoperè loquatur, perinde est, ac si accusator interpellaret judicem sedulò & seriò, isq; nollet administrare justitiam, vid. Aug. Beroum *cons.* 10. *num.* 7. *vol.* 2. *&* *cons.* 167. *num.* 15. *vol.* 3.

CAPUT XXVI.

DE INDICIIS, QUÆ EX QUORUNDAM HOMINUM genere depravato proficiscuntur.

SUMMARIA.

1. *Ex præsumpta generis quorundam hominum improbi & malitiosi conditione quoq; indicium nascitur.*
2. *Ad malum propensa est omnis caro humana.*
3. *Non Deus, sed Sathan in natura & per eam mala operatur.*
4. *Quo quis obscurior eò facilius præsumitur delinquere.*
5. *Si una vice diffamantur & nobilis & plebejus, pariaq; sunt indicia utrobiq;, plebejus primo loco torqueri debet.*
6. *An inconsulto principe nobiles sint torquendi?*
7. *Nobilis & honesta persona non debet æquè vinculis constringi, quam plebeja.*
8. *Quo casu perdat nobilis hanc juris prærogativam?*
9. *Declaratur hoc exemplis.*
10. *Nobilis contemnens præceptum principis gravius debet puniri.*
11. *In quæ vitia judex viderit inclinare nobiles, in ea paulò rigorosius inquirere tenetur.*
12. *Argumentum à communiter accidentibus in jure validum est.*
13. *Efficax est hoc argumentandi genus in materia indiciorum.*
14. *Bellæ feritatem ignorant.*
15. *Miles cum pagano captus primo loco debet torqueri.*
17. *Quibus feritas insit literalis?*
18. *Exemplis declaratur.*
19. *Scholares præsumuntur in domū conductam inducere meretrices.*
20. *Meretrix illa præsumitur, cujus ædes nocte dieq; visitant scholares, nec nō sacerdotes.*
21. *An & quando scholaris possit è vicinia expellere fabrum.*

22. *An filii tonsorum, molitorum, opilionum, tibicinum, &c. ad honesta opificum collegia sint admittendi?*

23. *Explicatur recessus Imperii de An.548.*

24. *Mercatores falliti an ad dignitates admittendi sint?*

25. *Mercatores pro improbis habentur.*

26. *Explicatur textus Psalmi 70. ibi: non novi literaturam.*

27. *Falliti utplurimùm degenerant in homicidas, latrones, raptores, proditores, fures.*

PORRÒ indicium † aliud est, quod ex præsumpta generis hominum quo-
rundam improbitate, & eidem inhærente & inclinante malitiâ vulgò de- 1
promitur. Quanquam enim ad malum propensa sit omnis caro, omnesque
hominum cogitationes † natura incitante ad malum operandum sedulò in-
flectantur, dubium tamen non est, quin alii in malitia vincant alios, magis- 2
que studeant veteratoriis præstigiis, exercitiisq; pravis, quos firmat & armat
ingenium potiùs, quàm natura ipsa, non Deus δημιȣργὸς naturæ, sed menda-
ciorum † & scelerum author & pater Diabolus antiquus ille humani gene-
ris hostis: Quò quisq; enim dignior, quò nobilior, quò ditior, eò minus de- 3
linquere illum vulgò putatur. Econtra, quò sordidior quis, quò obscurior
& pauperior, eò citius in vitia eum lapsurum esse præsumitur, adeò, ut si-
quidem nobilis † & plebejus una vel sejunctim concurrant, incidant sub
hoc, de quo jam sermo, indiciorum examen, de nobile † posterior vel 4
respectivè tardior sumi debeat quæstio, *argum. l. sacrilegii, in princ. ibi:* pro 5
qualitate personæ. *& §.1. ff. ad L. Jul. pecul. & l. pedius. ibi: si sordidiores erunt,*
& l. fin. ff. de incend. ruin. & naufr. l. 1. §. quanquam, ff. de abig. l. 1. ff. de fur.
baln. & l. 1. & tot. tit. ff. de effract. unde Quint. *6. Orat. 1.* Periclitantem (*ait*)
commendat dignitas & studia fortia, & susceptæ in bello cicatrices & nobi-
litas & merita majorum, pro quibus optimum stare textum *in l. nullus, C. ad l.*
Jul. Majest. ait Luc. de Penna *in l. mulieres, C. de dignit.* ubi dicit: Inconsulto † 6
principe non esse nobiles quæstioni subjungendos, quæ lex aliter, nisi secun-
dùm ea, quę diximus, intelligi & explicari potest siquidem n. urgentiora strin-
gerent contra nobilem indicia, is utique torquendus saltem, ut observetur
hoc, ne quæ contra plebejum militant indicia vulgaria & quævis, eadem no-
bilem statim sine omni discrimine † aggravet, quæstioniq; passim subjuga- 7
ri faciant, atq; hæc eadem juris causa est, quod nobilis, aliáve persona hone-
stior ante habita, non æquè ac plebeja vinculis detineatur, imò si pro imma-
nitate flagitii incarceranda sit, mitius tamen & remissius cum ea procedatur,
Luc. de Penn. *in l. mulieres, C. de dign.* hinc apud Liv. 1. *decad. 3.* conqueritur C.
Claudius, quod Appius Claudius vir honoratissimæ † imaginis in vincula 8
conjectus sit. Sed hæc privilegia seu potius juris benignitatem non meretur
illa persona, quæ prætextu vel sub ipso dignitatis officio deliquisse dicitur,
Bart. *in l. quædam, C. ut nemo privat.* & Salic. *in l. presbyteri, C. de Episc. & Cler.*
puta si nobilis fuerit † Castaldiæ & Guardiæ capitaneus, vel feudi titulo jus 9
Castaldiæ vel Guardiæ teneat à principe, de quo *cap. 2. 1. feud.* isq; tradat Ca-

ſtellum vel arcem hoſti, prodatque una dominum, *Dd. in l. eos qui, ff. de pœn. Rom. in ſing. ſing.* 476. Hinc melius Suffetius propter proditionem, quam Tullo Hoſtilio intentaverat, equis in quatuor fruſta diſtortus & diſtractus eſt, Liv. 1. *dec.* 1. quod ipſum ad crimen falſi, aliaq; id genus delicta excepta & nefanda communiter extenditur, Matth. de Afflict. *in deciſ. Neap. deciſ.* 404.
10 Bal. *in c.* 1. §. *ſi quis. in uſib. feud. de pac. ten.* ubi ait: quòd nobilis † contemnens præceptum principis gravius puniri debeat. Idipſum de nobilibus in crimine latrocinii & graſſaturæ pluribus eleganter poſt alios firmat Joſias Nolden *in tract. de ſtat. nob. civ. cap.* 15. *num.* 108. *& ſeqq.* Joan. Jacob. Speidel. *in Notab. jur. hiſt. polit. lit. F. num.* 26. *verb.* Freybeuter/ Straſſenräuber/ *verſ. ult.* ubi ſubjicit ex Abb. Stadenſe memorabile exemplum de quodam latrone, qui cùm inter alios ſuſpendio addictus eſſet, ut vitæ ſuæ conſuleret, proclamavit ſe conſanguineum Regis eſſe, Regia Danorum ſtirpe oriundũ, cui Rex in nauticâ pinu ſolenne ſuſpendiũ erigere curavit, turpe eſſe ratus, conſanguineum
11 ſuum vulgari morte affici. Sed de privilegiis † immunitatibusq; nobilium, & quibus in caſibus graviores, quàm plebeji ſuſtinere debeant pœnas, dicetur
12 alibi pluribus. Hoc meminiſſe impræſentiarum oportet, ut quibus † flagitiis nobiles magis magisque inclinari judex viderit, veniatq; ſub inquiſitionem tale delicti genu, accedente famâ aliisvè generalibus indiciis non dubitet, pro indicio quoque habere id, quod vitii de nobilibus communiter prædicatur, eſt enim in jure, quod à communiter accidentibus ſtruitur, argumentum tritum & probabile, *l. cum qui, C. de Epiſc. & Cler.* Bald. *in l. conventicula, C. eod.* Wilhelmus Antonii *de reſcript. morat. concluſ.* 51. *num.* 10. unde idem Bald. *in l. data opera, C. qui accuſ. non poſſ.* ait: quod hoc argumentum validum
13 ſit, ubi proceditur † ſuper indiciis & præſumptionibus, imò idem *in l. cum oportet, C. de bon. quæ lib.* quod omnes Aſtenſes ſint uſurarii, uti tales hodie Judæi in genere, aliique qui cum haſta eorundem relegatis Judæis currunt, præſumuntur eſſe à communiter accidentibus, Odofr. *in l.* 1. *C. de tranſact.* omnes tutores baratatores eſſe dicit, ſive tollitores, niſi ex adminiſtratione rectâ rectiùs inferatur, *l.* 7. §. 3. *ff. pro emptor. l. tutor qui, ff. de adminiſtr. tut.* Do-
14 nell. 4. *comm.* 15. *num.* 50. Gail. 2. *obſ.* 72. *num.* 8. Cæterùm quia in † militibus ſeu viris militaribus, quos antiquitas nobiles appellitabat, teſte Cranzio *in Saxon. lib.* 8. *cap.* 21. *&* 9. *cap.* 27. communis quædam feritas ineſſe creditur, juxta illud: *Bella feritatem ingenerant*, notatum eſto, ut quoties miles & paganus una accuſentur cædis vel latrocinii, quæſtio de milite, qui prædari &
15 necare magis † conſueverit, primum ſumatur, nempe à communiter accidentibus, Hyppol. *in l.* 1. *& in* §. *Divus, ff. ad L. Cornel. de ſicar.* ubi & hoc dicit: quod percutiens aliquem in capite cum capulo enſis, præſumatur habuiſſe animum occidendi, cùm vulnus illatum capiti à communiter accidentibus dicatur lethale, Schenck Baro à Tautenberg *in explic. uſus feudor.* 2. *cap.* 37.
ubi

ubi notanter scribit, quod in homine militari variis rixis obnoxio, vel qui rixari & præliari consueverit, non tam homicidium, quàm turpis homicidii, vecorsq; & malus occidendi conatus & propositum præsumatur. *Hæc ille.* vide *part. 3. de latroc. c. 2.*

Et quanquam feritas † ejusmodi in literatis raro vel nunquam præsu- 16
mi debebat, juxta illud:

Adde quod ingenuas didicisse fideliter artes
Emollit mores nec sinit esse feros.

Parùm tamen abest, quin & feritas † in humana aliaq; vitia grandiora & dete- 17
standa in scholari ex communiter accidentibus æquè, si non magis ac in milite reperiantur. Nos Witebergæ aliquando degentes sæpenumerò vidimus, quod si studiosi Helmstadio illuc pervenientes interfuissent rixis & certaminibus digladiatoriis, primùm ipsos citatos examinatosq; fuisse, quia studiosi illi præ aliis vulgò præsumebantur excellere nequitia, ferocitate & petulantia. Proinde Plutar. *in Timolento* Siculos assiduis † certaminibus, quæ mutuò 18
inter sese gesserant, omnem humanitatem ante Timoleonis adventum in Siciliam exuisse scribit: & Bald. *in l. ædem, C. locati.* de scholari ejusmodi præsumptionem prędicat communem: Qui locat † domum (*ait*) scholàri juveni, non 19
poterit eum expellere propterea, quod meretrices in eam induxerit, quasi in re locata malè versatus, quia hoc præsumere debuit, per locum à communiter accidentibus, secus si domum locâsset sacerdoti, & alibi idem Bald. *in l. neq; natales, C. de prob.* ait, meretricem † aliquam præsumi inde, quod scholares die 20
ac nocte ædes ejus frequētent, licèt non probetur tactus, actusq; alii venerei, scholaris enim cum muliere colloquens non præsumitur ei dicere pater noster, Bart. *in l. 3. ff. de furt. & in l. 2. §. fin. ad l. Jul. de adult.* quod in sacerdote potius præsumitur, *gloss. in c. absit. 11. q. 3.* nisi locus & tempus † contrarium sug- 21
gerat, & inducant improbitatis indicium. *l. aut facta, ff. de pœn. c. in omnibus. c. clericus, 81. dist. & c. sciendum. dist. 29.* Eberh. *in loc. à com. accid. num. 7.* ubi dubitant: An bene præsumendum sit de illo sacerdote, qui ad languentis mulieris lectum sub prætextu audiendæ confessionis accedens, ibidem reliquerat sui ordinis fœmoralia? Utrum autem Scholaris impudicè & luxuriosè vivens, allegare possit privilegia sua ad expellendos fabros aliaque impedimēta? altioris est indaginis, & ad rem præsentem non spectans quæstio, quæ forsan decidetur alio in loco. Refert Menoch. 2. *de arb. jud. cas.* 238. *n.* 32. Scholasticum Papiensem expellere voluisse artificem sericum, qui filaterio serico magnos ederet strepitus, turbaretque cranium studiosi, ne studere posset, artificem verò opposuisse studioso, procul dubio parum diligenti, veneri plus quam minervæ litanti, ut caveret sibi de damnis, siquidem studiosus non perveniret ad doctoratum. Ego, ait Menochius, semper credidi malè petitam fuisse cautionem, cum in hoc casu necesse non sit, Scholasticum ad Doctoratum

per

perventurum esse, nec enim omnibus est datum adire Corinthum, sufficit, quod eo tempore studeat, & quod per eum non stet, quin proficiat, etsi enim ad Doctoratum non pervenit, effici potest procurator vel administrator & magistratus, in quibus non requiritur ipsa dignitas Doctoralis, sed sufficit scientia aliqua, quæ Reip. adjumento esse potest. *Hæc ille.*

22 De tonsoribus, molitoribus † opilionibus & tibicinibus, &c. vulgò solet præsumi levitas, & ad delinquendum facilitas, cui præsumptioni quantum credat judex discretus, probè ponderabit. Audivimus Dn. Henticum Nebelkra Præceptorem nostrum Giessæ hac de re publicè dissertantem, & cur à Collegiis honestis opificũ personæ ejusmodi arcerentur, rationes reddentem, quarum hæc erat principalis, quod personæ prædictæ manus furaces solerent habere, proclivesque ad facinora esse perpetranda, &c. Ant. de Guev. *in Epist. aur. part. 3. pag. mihi* 81. Vnd ist vnter andern in diesen annalibus begrieffen / daß kein Müller noch dergleichen des Burgermeister Ampt erlangen solte / deren Handwercker selten rein / vnnd gemeinlich krumme Finger haben. Hæc in transpositione idiomatis Germanici per Ægid. Albertin. &c. Sed utcunque hæc res se habeat, quia in const. Imperii opifices illi pro honestis & legalibus viris agnoscuntur, vix est, ut præsumptione supra dicta, nisi morum vitæq; turpitudo & improbitas aliud dictitet, amplius prægravari debeant: inde recess. Imperii *reform. polit. de anno* 548. promulgata, ibi: Als auch an etzlichen Orten der gebrauch ist / daß die Leinweber / Balbierer / Schäffer / Müller vnd dergleichen Handwercker / in den Zünfften zu andern / den zu jhren alten Handwercken nicht auffgenommen noch gezogen werden / vnd aber je vnbillich / daß die jenigen / so eines ehrlichen herkommens / Handels vnd Wesens / außgeschlossen werden solten / so wollen wir solche beschwerliche Gebräuche oder Gewonheiten hiemit auffgehaben vnd vernichtiget haben / setzen ordnen vnd wollen demnach / daß die Leinweber / Balbierer / Schäffer / Müller / Zölner / Pfeiffer / Trummeter / Bader / vnnd die / deren Eltern / davon sie geboren seind / vnd jhre Kinder / so sie sich ehrlich vnd wol gehalten haben / hinfüro in Zünfften / Aemptern vnnd Gilden keines weges außgeschlossen / sondern wie andere redliche Handwercken auffgenommen vnd darzu gezogen werden sollen / was aber ausserhalb der jetztgemelten andere gemeine Handwercker belanget / in denen wollen wir den Obrigkeiten Ordnung vnd Satzungen / nach eines jeden Landes gelegenheit zu machen hiemit befohlen vnd auffgelegt haben. Quo in loco licet
23 saltem † quorundam mentio fiat opificum à collegiis honestis haud excludendorum, dubium tamen non est, quin & alii ejusdem generis mæchanici æquè, ac illi, qui ibidem denominantur, jure comprehendantur, ut sunt æditui, librorum compilatores, armentarii, carpentarii, rhedarii, salinarii, aurigæ, agricolæ, hortulani, vinitores, agrimensores, messores, fossores, textores, tinctores, balnearii, nautæ, caupones, tabellarii, lapicidę, telonarii, monetarii,

tarii, pictores (quorum ars à JCtis antiquis liberalis dicitur) mangones, institores, pannarii, mercatores, & cæteri alii, quorum officia non circa res turpes, omninò viles & ludicras versantur, quiq; in edicto de his qui, notantur infamia, non continentur.

De mercatoribus qui dolo malo contraxerunt multa nomina, quæ exsolvere nõ possunt, hoc quoq; statuêre imperii recessus, ut in territoriis alienis † quo refugerint, non tolerentur, nisi cum voluntate creditorum, & si- 24
quidem ad fortunam redierint, non admittantur ad honores & dignitates, *reform. Polit. August. anno* 548. Porrò quantum indicii, si mercatores criminis rei dicantur, vulgò admittendum? refert Bodin. *lib.* 5. *c.* 2. *pag.* 808. *ibi:* eò pertinet illud, quod proverbio jactatur: Insulanos omnes infidos haberi, quibus cum peregrinis assidua sunt commercia: qui verò mercaturâ quæstum faciunt, eosdem mentiri ac sæpe fallere, tum etiam vultu multa simulare, ac variis hominum moribus assuetos callidiores effici, necesse est, prudẽtia quidem moribus diversarum gentium dignoscendis comparatur, & Tiraquell. *de pœn. caus.* 51. *num.* 142. tantum abest, ut in mercatoribus fides exuberet, quin in eis sit multo mitior, & ut sic loquar, sterilior, quam in cæteris, quippe cum dolis, fraudibus, mendaciis, perjuriis sint ante omnia dediti, ac veluti mancipati, vix quoq; sperandum de salute animæ mercatoris, unde Bald. *in c. dum causam.* 2. *de testam.* Joh. Coras. 3. *miscell.* 24. *num.* 9. quò, *inquit*, ibit anima mercatoris? *reform. polit. August. de anno* 548. *pag. mihi* 373. *in recess. Imp.* ubi mercatorum tabernæ † ampla & opaca tecta non habentes improbantur, 25
utpote tectoria mercium falsarum, Coras. *d. loc.* ubi dicit: prætendere mercatores, solem nocere coloribus: at interest, subdit, mercatoris, ædes suas à præalto vicini ædificio obscurari, luminibusq́ offici, ut mercium corruptionem tenebris tegens emptorem subtilius circumveniat. Quapropter Psalmista se felicem prædicat, quia non cognoverit negotiationes, ergo dicit se introiturum potentias Domini. Quem locum enarrans Augustinus, negotiator (*ait*) avidus acquirendi pro damno blasphemat, pro preciis rerum mentitur & pejerat, ubi notatum esto: quod Psalmi 70. verba (quia non novi literaturam) in paraphrasi † Gregoriana, quæ in editione communi omittuntur, 26
non contradicant Psalmo 119. *in lit. M.* ubi David gloriatur, se super omnes docentes existere. neq; autem ferendum est, quod in Psalmo illo substituatur mercaturâ pro literatura, cui errori innititur Tiraq. allegans ad improbitatem mercatorum dictum illud, *causa* 51. *de pœn.* Porrò ut innati Pardo colores, quos haud mutabit ut lupo, vel silvestri, vel aquatico impossibile est, non insidiari capellis cæterisq; pisciculis, juxta illud:

——— Sic pisces sæpe minutos
Magnus comest. &c. ———

Tam profectò impossibile erit mercatori, non mentiri, pejerare, fallere, &

per assuetam improbitatem ad facinora diversa prolabi. Quare Cic. 1.*offic.*ni-
hil proficiunt mercatores, nisi admodum mentiantur, quorum exitus est de-
coctio, Ben. Strach. *de assec. gloss.* 11. *& gloss.* 33. & Paris. de Put. *in tr. Synd. c.* 8.
1. *col. vers. an causa*, ubi statuit, quod mercatores falliti, cessantes & fugitivi
possint jure torqueri, ut indicent pecuniam sibi creditam, quam perdidisse &
non se habere dictitant, quod singulariter notandum esse, quia sæpe id in fa-
cto contingat, ait Mars. *in pr. crim. in §. expedita. num.* 62. Dn. Sigismund. Fin-
ckelthauß *in disput. eruditâ de morator. præscript. in coroll.* Paul. Chirland. *in tr.
de quæst. & tortur. quæst.* 7. *n.* 4. vid. Herm. Lath. *de cens. lib.* 3. *cap.* 15. *n.* 27. *ubi:*
27 attestatur nunquam fidendum esse fallitis, utpote ad † omne flagitiorum ge-
nus propensis, *ibi:* ex eorum numero & tribu fuit Caspar Anaster flagitiosus,
qui cum anno 1582. bonis cessisset, atque 30000. liberarum Francicarum cre-
ditores fraudâsset, postea fide apud eosdem utcunque recuperatâ, in eorum
conventu rursus ferebatur, donec iterum animam debens eodem prorsus ex-
cideret. Is itaque in Hispaniam revolans, cum regis commissariis de Guil-
helmo Uraniæ Principe interimendo sic paciscitur, uti pro laniena omne
ejus debitum rex solvat, addatq; dein quocunq; modo possit perpetrato, du-
catorum millia 80. fide patrandi sceleris sic factâ, præstitit fallitus, ut puer
Hispanus annorum 18. principem Sclopeti ictu trajiceret, Chytr. in Saxon.
p. 4 *lib.* 25. Idem Lather. *d. loc. num.* 16. prolixè Johan. Wolff. *tom.* 2. *lect. mem.
pag.* 943. Vide par & notabile exemplum de Antonio Meligalo Rhodio pro-
ditore patriæ apud Arnol. Ferron. *lib.* 6. *in princ.* Quapropter ne procul serpe-
ret prædonum & facinorosorum fraus & malitia, atq; in facinora alia atq; alia
dilaberetur, Henricus IV. Gallorum Rex fallitis capitis pœnam indixit *An-
no* 1609. Lather. *d. loc. & num.* 16. *ibi:* iidem bonum maximum judicant opes,
quas si bonis artibus assequi nequeunt, malis assequuntur, fraudant, rapiunt,
spoliant, insidiantur, abjurant, nihil denique moderati aut pensi habent, sic
bonorum cessor ab amico rogatus quomodo viveret? Ego, respondit, magna-
tum vitam duco: ignoto quærente qualisnam esset? Resp. bibo & opiparè vi-
vo, interim in omnium ære sum & maneo. Ut non immeritò Augustus Cæsar
miraretur equidem quinquaginta philippicorum debentem dormire potuis-
se, ac bonis ejus sub hastâ venditis cervical ejus sibi juberet emi, cui consue-
visset indormire tantus debitor. Sed quæso quodnam cervical post contra-
ctum tantum æs reddunt quietum hominem? incuria famæ, oblivio salutis, &
irrisio debitorum, Hieron. Drexel. *in Trismeg. cap.* 7. §. 4. De fratribus Nicasii,
muriumq gliriumq; captatoribus, fornacum purgatoribus, castratoribus por-
corum, mimis & sordidioribus illis & histrionicis artificibus dicendi quidem
locus esset, sed ne in immensum excrescat hoc caput, Ajo & affirmo, quod
concurrente famâ de delicto aliove indicio vel generali vel speciali, professio
ejusmodi famosa & inhonesta indicia quoque pariat, solet quippe hoc genus
hominum

hominum non nisi cum improbis commigrare, furari, prædari, latrocinari, grassari, incendiis occultis & proditionibus operam dare. Et licèt verbis disertis non contineantur in edicto, *de his qui notant. infam.* non tamen dubium est, quin ipsorum nomen funestum & inhonestum, apud viros bonos meritò habeatur, ut officium sic fama sordeat, vitium & flagitium præ se ex omni asse ferens. Pares, si non deteriores sunt illis homuncionibus, lictores, ministri publici, carnifices eorumq; servi & satellites, qui quoque non comprehenduntur in edicto, attamen ambigere nemo potest, quin infames sint ejusmodi personę. Neque enim mens fuit prætori omnes & singulas infamiæ causas recensere in illo edicto, deinde ut natura quotidie novas degeneret edere formas, omnia in præceps & ruinam flectantur, nutante mundi hac postrema senectâ, sanè novæ emergentes causæ, novis indigent juris dispositionibus, leges quippe ut calceus pedi, personis & temporibus sunt attemperandæ, Petr. de Suar. *in Concil. Trident. lib. 6. pag.* 549. Populariter dicimus: quæ de novo fiunt, nova requirunt, *l. auxilia, l. 1. ff. de ventr. insp. l. de ætate, §. ex causa, ff. de interr. quod est de jure scriptum, l. 1. ubi gloss. C. quod quisq. jur.* Sed tantum de hoc capite.

CAPUT XXVII.

DE INDICIIS IUXTA ÆTATES HOMINUM sese offerentibus.

SUMMARIA.

1. *Quantum institutio & disciplina conferat naturæ hominis?*
2. *Adducuntur rationes hac de re.*
3. *An quæ indicia contra majores natu stringunt, eadem ad minores extendenda sint?*
4. *Minores doli capaces ex delicto tenentur.*
5. *Quomodo inquisitio contra minorẽ formanda sit?*
6. *Una gens præ aliis pueros habet petulantiores.*
7. *Cursus vitiorum plerumque velociores, quàm ætatis.*
8. *Quid propriè attendendum sub inquisitione contra minorem instituta?*
9. *In quæ crimina adolescentes potissimùm inclinent? Ubi speciosa videbis.*
10. *An hæc eadem indicia contra majores militent?*
11. *Vitæ correctio raro præsumitur.*
12. *Reus vitæ emendationem allegans eam probare tenetur.*
13. *A positione antecedentis ad consequens rectè infertur.*
14. *Confutantur nonnullæ objectiones circa thema principale hujus loci.*
15. *Multi turpes in prima ætate postmodum viri egregii facti sunt.*
16. *Recensentur aliquot loci authorum illustrium.*
17. *Minor mitius punitur, quàm major.*
18. *Intrinseca causa legis suggerit, dictandam esse pœnam leviorem minori, licèt id non petatur à parte.*
19. *An quæ indicia competunt ætati minoris, eadem contra senes quoq; stringant?*
20. *Omne peccatum pendet ex judicio rationis.*
21. *Recensetur responsum Oraculi Delphici lepidum.*
22. *Recensentur aliquot ll. loci illustres de senectute.*
23. *Senes pœnâ extraordinaria afficiendi sunt.*

24. Lege Papiâ Poppœâ ſexagenariis nuptiæ interdictæ ſunt.

25. Senex annorum 63. poteſt adoptare.

26. Limitatio quædam priorum ſubjicitur.

27. Senex qui ratione ſana adhuc utitur, non habet jura minoris.

28. Quomodo procedendum, cum ſenex judicio ſaltem vacillat?

29. Voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia.

30. Medium ſapit naturam extremi.

31. Conciliatio adverſariorum de diſtinctione ætatis.

1 PRæterea quod conſtitutioni † hominis locorum natura, exercitium, quo homo occupatur, conditio, aſtra, generatio conferunt, de quibus hactenus diximus, hoc virtuti ſenſitrici maximè verò interioribus ſenſibus, ipſiq; parti intelligenti præſtant, ætas prima, inſtitutio & ſtudia hominis in vita, cerebrum enim uti mollis ac fluida cera impreſſas rerum imagines, notitiasque ſenſu comprehenſas excipit, unde illud Horatii *in art. Poet.* ubi ætatem primam hominis deſcribit, *ibi: Cereus in vitium flecti, &c.* Atq; hæ notitiæ primæ ſive bonæ ſive malę ſint, ubi ſemel primis annis occupaverunt cerebrum, & ætatis progreſſu mediocri meditatione repetitæ ac verſatæ occalluerunt, adeò pertinaciter radicibus actis inhæreſcũt atq; inſident, ut nulla poſſint aboleri aut evelli ratione, imò ne melioribus poſtea ac ſanioribus cedant opinionibus. Hinc Marcell. Paling. *in Leon. pag. mihi* 121. *ibi:*

2 *Quiſq; illos mores † quos primis hauſit ab annis,*
Cùm ſenuit, retinere ſolet, peccabit adultus,
Si puer hoc fecit, tenera eſt dum virga recensq;,
Flectitur huc illuc, ut vis, quæ poſt ubi crevit
Jam robuſta arbor, flectenti cedere neſcit.
Et quem parva locum tenuit, non deſerit ultra:
Sic puer ad vitæ partem eſt quamcunq; paratus,
Dum tener eſt animus: qui poſtquam duruit ævo,
Quam prius ire viam aſſuevit mutare recuſat:
Nimirum quicquid primis inolevit ab annis,
Non facilè aufertur, naturam parturit uſus.

Unde Plutarch. *de lib. educ.* Ante omnia, *inquit*, debent parentes nihil peccando, omniaq; pro officii rationibus agendo, evidens ſeſe liberis præbere exemplum, ut in iſtorum illi vitam, quaſi in ſpeculum intuentes, à turpibus dictis factisq; avertantur. Sed quia de † primâ hominis ætate ſermo: Quæri
3 hic utiliter poteſt, an quæ contra majores indicia ſtringunt, de quibus hactenus, eadem quoq; de minoribus delinquentibus prædicari jure debeant? etenim minores doli capaces ex delictis teneri dubium nullum eſt, Bart. *in l. ſi quis in tantum. in* 3. *quæſt. col.* 3. *C. unde vi.* Idem Bart. *in l. cui bonis. col. ult. verſ. quæro nunquid prodigus.* Idem Bart. *in l.* 1. *ff. de curat. furioſ.* Alexand. *conſil.* 33. *col.* 11. *lib.* 1. *conſil.* 39. *lib.* 3. Philip. Decius *in l. furioſi. col.* 2. *verſ. & ſupra dicta, ff. de reg. jur.* & Steph. Bertr. *conſ.* 248. *num.* 8. hinc textus illuſtris *in l.* 14. *ff. ad*

SCtum Syll. Excipiuntur, *ait*, SCto impuberes ſervi: Trebius † autem ger- 4
manus legatus etiam de impubere ſumi juſſit ſupplicium, & tamen non ſine
ratione, nam is puer nec multum à puberi ætate aberat, & ad pedes domini
cubuerat, cùm occideretur, nec poſtea cędem ejus prodiderat, ut enim opem
ferre eum non potuiſſe conſtabat, ita ſilentium præſtitiſſe etiam poſtea cer-
tum erat: & his duntaxat impuberibus Senatuſconſulto parci credebat, qui
tantum ſub eodem tecto fuiſſent: qui verò miniſtri vel participes cædis fuiſ-
ſent, & ejus ætatis (quanquam nondum puberis) ut rei intellectum capere
poſſent, his non magis in cæde Domini, quam in ulla alia cauſa parci oporte-
re. Unde *conſt. crim. Carol. V. in rubr.* Von jungen Dieben / *art. 164. ibi:* So
der Dieb oder Diebin jhres Alters vnter viertzehen Jahren weren / die ſollen
vmb Diebſtahl ohne ſonder vrſach / auch nicht vom Leben zum Todt gerichtet /
ſondern der obgemelten Leibſtraffe gemeß mit ſampt ewiger Vrphede geſtraffet
werden / wo aber der Dieb nahent bey 14. Jahren alt were / vnnd der Diebſtahl
groß oder obbeſtimpt beſchwerliche Vmbſtände ſo gefährlich darbey gefunden
würden / als daß die Boßheit das Alter erfüllen möchte / ſo ſollen Richter vnnd
Vrtheiler deßhalben auch wie hernach gemelt) raths pflegen / wie ein ſolcher
junger Dieb an Gut / Leib oder Leben zu ſtraffen ſey / rc. Sanè ſi † ætas puerilis 5
dolo uſque inſtructa ſit, ut indiciis non plenè apparentibus minor confiteri
nollet, quod admiſit, dubium non eſt, quin judex formare inquiſitionem, vel
accuſator intentionem ſuper indiciis fundare debeat, ſecundum modo dicta,
id eſt, inquiri debet de inſtitutione, ferulâ adhibitâ, cibo potuq; ei ad dies ali-
quot denegato, quæ tormenta puerorum ſunt, ut docet Guido à Suzaria *in
tr. de indic. in princ. num.* 7. & ut paulo ſupra in cc. antecedentibus diximus
de vita parentum, natura loci, eſt inquirendum, nam uti ſtatuimus, una gens † 6
præ aliis, pueros habet petulantiores & in vitia proniores, *arg. l. 31. §. 21. ff. de
ædil. edict.* Tametſi de malitia hominum hujus ætatis non inconvenienter
poſſit in univerſum revera dici: Curſus vitiorum plerumq; velociores præſu-
mi quàm ætatis † & annorum, adeò ut vetuſtas deliria & facilitatem pec 7
candi minoribus, quocunq; etiam ſtudio liberaliori & honeſtiori eſſent inſti-
tuti, regulariter attribuerit. Neq; obſtat, quod Cicero *Philip. 5.* ſcribit, *ibi:* le-
gibus annalibus cum grandiorem ætatem ad conſulatum conſtituebant, ado-
leſcentiæ temeritatem verebantur. C. Cæſar ineunte ætate docuit, ab excel-
lenti eximiaque virtute progreſſum ætatis ſpectari non oportere, itaq; majo-
res noſtri, ut pergamus cum Cicerone, leges annales nō habebant, quas mul-
tis poſt annis attulit ambitio, ut gradus eſſent petitionis inter æquales: ita ſæ-
pe magna indoles virtutis prius, quam reip. prodeſſe potuiſſet, extincta fuit.
At verò apud antiquos, Rulli, Decii, Corvini, multiq; alii, recentiore autem
memoria ſuperior Africanus, T. Flaminius admodum adoleſcentes, conſu-
les facti tantas res geſſerunt, ut populi R. imperium auxerint, nomen ornâ-

rint. Quid Macedo Alexander cum ab ineunte ætate res maximas gerere cœpisset, nonne 33. anno mortẽ obiit? Ex quo judicari potest, virtutis esse quàm ætatis cursum celeriorem: Resp. nos indiciorum causas metiri non quæ ἐκ παραλόγου sed ἐπὶ τὸ πλεῖστον accidunt, juxta *l. 3. ff. de ll.* una hirundo ver non facit, juxta Aristotel. *in moral.* nec quæ Cicero pro Cæsare ibidem adducit, ad consequentias generales trahenda, *l. 16. ff. de ll.* qui ibidem sibi contradicens fatetur legibus annalibus aliter constitutum apparere, quam uti proponit. Sed ad propositum vide Pogg. Florentin. *de miser. hum. condit. lib. 1. pag. 40. ibi:* ætas rationis ignara, utplurimum vitiis demersa jacet, & eodem in loco, *ibi:* plurima sunt illius effervescentis ætatis vitia, quæ in omne malum facinus erumpunt, &c. Porrò adolescentia suapte naturâ mobilis & contumax ad omnia temerè fertur, quæ concupiscit, ait Niceph. Gregor. *in hist. Rom. lib. 3. in princ.* Adolescentia id sæpe facit, quod canicies rectè fieri negat, Anton. Bull. *in pent. cons. 1. n. 60.* At prout senectus est comparata, quæ enim in puerilem retrogradi cœpit viam, vix est, quin sano utatur rationis moderamine, uti supra est evictum: proinde Senec. 1. *cap.* 13. *&* 10. Aristot. 2. *Rhet.* iracundissimi infantes senesq; & ægri sunt, & invalidum omne naturâ querulum est, ideoq; nunquam assumet ratio improvidos & violentos impetus, apud quos nihil ipsa auctoritatis habeat, Joan. de Pineda. *in Job. cap. 32. vers. 3. n. 1.* Exemplum rarum & ad consequentias non trahendum est Danielis, *Daniel. 12. ibi:* veni & sede in medio nostrum, & indica nobis, quia tibi dedit Deus honorem senectutis, quo in consessu senes effœti stupidi & stolidi procul dubio haud interfuêre, nec puerum illum sine afflatu divino locutum fuisse arbitramur: disputat Pineda *in d. loc. vers. 4.* an puero hoc casu eadem, quæ seniori debeatur reverentia, vel hæc illi debeatur, quæ illi regulariter debetur? de privilegiis senectutis, vid. Guevar. *in epist. aur.* & Pined. *in Job. d. c. 32. vers. 7. ibi:* sperabam, quod ætas prolixior loqueretur, & annorum multitudo doceret sapientiam.

8 Cumprimis vero † spectanda est, ut ad rem redeamus, in ætate hac immarurâ nondumq; adulta, qualiter minor educatus, & siquidem orbatus parentibus dicatur, quos tutores habeat, & utrum ne hi pupillum probè & fideliter educarint, sublatâ enim institutione & disciplinâ decenti, vix est, ut bene de minore sperari possit, ut enim plantulæ teneræ (ait Plato à Peucer. *de divin. pag. mihi 71. citatus*) si ubi ex radice prodierunt, pluscululm in alterutram sese partem incurvent facilè, aut furculis retorquentur in adversum latus aut deligatæ vinculis reflectuntur, aut circum defixis fulcris coguntur in rectum assurgere, si curvor inveterârit & obduraverit, extendi amplius æquariq; nequeunt: sic feritas connata atque enormitas quantulacunq; sit, si natura tenera ad rectiora assuefiat, remittit aliquantulum & mitescit, si obriguit ætate & veluti occalluit, postea adeò in contrarium traduci nequit, ut frangatur citius, quam flectatur aut mansuescat. Unde illud Terent. *in Adelph. act. 1. Scen. 1.*

Nam

Nam qui mẽtiri aut fallere insueverit patrem, aut studebit, tantò magis audebit cæteros, quo spectat Jobi dictum *c.*20. Ossa ejus implebuntur vitiis adolescentiæ; sc. qui in pueritia parum fideliter fuit institutus, & tãdem fit surculus arbor, quæ ætas occulta & tenebras amare incipit, Joh. de Pin. *in Job. d. c.* 20. *v.*11. ut adolescẽtia transactâ, demũ comitetur virum, cumq; ad judicis tribunal deducat, deq; eo pœnas exposcat, idem *d. l.* Indicia verò, quæ maximè prædicantur de adolescentia, *ait*, esse, idem, res venereas & turpes, unde Cic. 5. *de Off.* adolescentiã tollendam esse libidine dixit. Et Arist. 3. *Eth.* 6. Adolescentiũ vitam in libidine & perturbatione cõsumi, atq; ad fœdos amores esse propensam. Ego tamen non unum † adolescentię vitium, sed vel omnia, quę plurima 9
sunt, vel in universum illa peccata, quæ cœca & flagrãte cupiditate perpetrantur, ut ira, quæ cũ ætate fervente æstuat, cupiditas, superbia, gula, & quæ hinc descendunt mala, ait idem Joh. de Pin. *d. loc. n.* 7. alias Plut. *de lib. instit.* adserit: quod adolescentium delicta sint ingentia & atrocia, ut ingluvies ventris, furta paternæ pecuniæ, alia: comessationes, potationes, virginum amores, adulteria, &c. Pined. *in Job. cap.* 29. *vers.* 4. mortem immaturam sæpè ob nequitiam obeuntium, Pined. *d. loc. tom.* 2. *cap.* 36. *vers.* 14. *ibi: morietur anima eorum, per juvenilem stoliditatem*, hinc *vers. Nequitia est, qui te non sinit esse senem.* Præterea adolescentiæ tribuit Pined. *tom.* 2. *cap.* 36. *vers.* 14. luxuriam contra naturam, citans, *l. famosam*, 31. *Cod. de adult.* prolixè Camerar. 2. *medit. histor. cap.* 42. proinde Lips. *lib.* 4. *antiq. lect. cap.* 8. observavit ex authoribus priscis pueros meritorios, ut internosci possent, tunicas cum manicis more mulierum gestasse, quos manuleatos vocabant, quo spectare videtur locus 4. *Reg.* 23. ubi dicitur: Josuam destruxisse effœminatorum domunculas, ubi interpretantur cortinas, ex quibus fiebant tentoria 70. Complutenses legunt: Texebant stolas, id est, muliebres illas tunicas pueris meritoriis. Scire verò hîc præstat differentiam concubitorum cum masculis, de quibus nos copiosè egimus *part.* 2. *cap.* 18. & effœminatorum, qui & Cynædi dicebantur, cùm vel adolescentes meritorii eunuchi fierent, & in aversam Venerem transirent, qualis tandem factus est Heliogabalus, de quo Camer. *d. loc.* horum adolescentum meminit etiam Arnold. *advers. gent.* qui in honorem Martis castrabantur, quos adolescentes deglabratos appellitat Pined. *d. loc.* quæ deglabratio levitatis insignioris erat indicium, nam ut barba nota erat illius ætatis bona, sic pessima deglabratio: hinc diverbium abiit: Flagitiosa Clystenis tonsura: & Aristophanes Pathicum Stratonem sic alloquitur: Eunuchus huc ades rasus novaculâ, Macrob. 7. *Satur. cap.* 7. & 10. refert, adolescentes ejusmodi corporis temperamento fuisse frigidiores uti fœminæ, imò quod habitudine corporis & vocis sono similes fuerint mulierculis: Domitianus severè olim vetuit hosce mores plusquàm bestiales, unde Mart. *lib.* 6. *ibi*: *Lusus erat sacræ*, &c. & *lib.* 12. *Nazianz. in vita Bas.* hæreseos indicio notat hosce adolescen-

tes,

tes, præsertim Arrianæ & Macedonianæ, ut submirandum sit, quo pacto rasuram illam infamem, & tot scelerum indiciis scatentem adeò venerentur nostri adversarii. Ex quorum grege Juan. Landus scripsit librum absolutum contra rasuram illam, quem librum inscribit de persecutione barbæ Sixtus Senens. *in lib. 5 Bibl. sanctæ pag. mihi* 144.

Sed hæc, quæ juxta ætatem primam sive puerilem consideranda sunt
10 indicia; Quæ ipsa † an pariter ætati mediæ, id est, quæ exactam pubertatem subsequitur, accommodari jure debeant, non secus atque indicia generalia, de quibus hactenus sermo fuit, propriè ejusmodi ætati congruant, non im-
11 meriò quæri hic potest? Quod affirmandum † videtur, *per §. 1. vers. hinc autem, Novell. de monach. ibi: non facilis est vitæ mutatio, sed cum animæ sit labore*, inde Cic. *in orat. pro Sylla*, omnibus, *ait*, in rebus, ex moribus non ex crimine ejus, qui arguitur ponderandum est, neque enim potest nostrum quicquam subitò fingi, nec cujusq; vita repentè mutari, aut natura cōverti potest,
12 adeò, ut dicendum sit, hoc in passu incumbere onus probandi reo, qui † vitæ correctionem vel emendationem allegat, ipsa enim jure non præsumitur, *l.*
13 *præcipimus, C. de appellat.* cùm à positione antecedentis † ad positionem consequentis rectè inferatur. Eberh. *in Top. in loc. à conc. antec. ad conc. conseq. & in loc. à temp. ad temp. num.* 8. *ibi:* qualis quis quondam fuit, sive bonus sive malus, talis & hodie præsumitur, nisi contrarium ostendatur directè vel per obliquum, *auth. sed qua, C. de rei uxor act. l. non omnes, §. à barbaris, ff. de re mil. l. fin. ubi gloss. de qq.* Sic fama rei cumprimis hoc in loco arguitur ex antecedenti, *d. l. fin.* Hinc est, quod pro defensione rei formari soleant articuli in initio statim libelli, Wahr / daß Beklagter Zeit seines Lebens / von Jugendt auff / nach Ehr vnd Tugendt gestrebet / prout libelli eodem sensu utplurimùm quoque concluduntur. Qua probatâ qualitate hoc efficitur, ut si quid accusator contrarium vel hoc potius alleget, nempe reum malè audire de præsenti, id probare teneatur, *l. vis eius, C. de probat.* Sed hæc utcunque se habent, parum
14 vel nihil stringunt 1. quia Novella allegata de monachis loquitur † in casu contingenti, ita enim textus seipsum declarat. 2. deinde argumentum ab antecedenti, ad positionem consequentis quoque validum non est, quandocunque unum sequitur alterum vi necessariæ consequentiæ, secus si contingenter, vel etiam utplurimùm unū alterum arguat, Eberh. *in loc. à dest. conseq.*

Jam autem nedum ut plurimum imò rarò aut nunquam fit, ut quo prima hominis ætas motu, qua dispositione animæ regatur afficiatur, in eodē perduret statu, motu & affectibus. Sequeretur enim, ut quam fragilitatem JCtus *in l. 1. de min.* hujusmodi ætati tribuit, idem de senioribus prædicandum esse, & quod minus, quæ beneficia juris minoribus conceduntur, eadem quoque majoribus danda esse, sed hoc falsum. Ergo & illud. 3. Quemadmodum vulgò limitatur commune illud brocardicum: (qui retro malus, idem & nunc præsumitur)

ſumitur) quod verum non ſit, quoties malus quondam, jam revera reſipuiſ-
ſe proponatur, *c. ferrum. diſt.* 50. *c. eam. de reſcr.* & *c. teſtimonium. de teſt.* Eber-
hard. *in loc. à temp. ad temp. n.* 2. Inde Lactant. *de ira Dei, c.* 22. ait: Quod multi
in † prima ætate turpes & omni judicio damnati, poſtea laudabiles extite- 15
terint. Et Auguſtinum ſcripſiſſe refert Tiraq. *de pœn. c.* 7. *n.* 4. nonnullos eum
vidiſſe, qui per adoleſcentiæ vanitatem vario peccatorum genere fuerint pol-
luti, ocyus ab errore poſtmodum converſos, majoraq; opera feciſſe juſtitiæ,
quam antea peccata admiſerint. Quorum ſententiæ † venuſtè admodum cō- 16
gruit locus Cic. *in orat. pro Cœlio, ibi*: Equidem multos & vidi in hac civita-
te, & audivi, qui totam adoleſcentiam voluptatibus dediſſent, emerſiſſe ali-
quando, & ſe ad frugem bonam recepiſſe, graveſq; homines atq; illuſtres eva-
ſiſſe. Et idem *eod. loco*, ibi: poſtremo cum paruerit voluptatibus, dederitque
aliquid temporis ad ludum ætatis & inanes haſce adoleſcentiæ cupiditates,
revocet ſe aliquando ad curam rei domeſticæ, rei forenſis, reipublicæ, ut ea
quæ ratione antea non perſpexerat, ſocietate abjeciſſe, experiendo contem-
pſiſſe videatur. At multi & noſtra & patrum majorumq; memoria, judices
ſummi homines & clariſſimi cives fuerunt, quorum cum adoleſcentiæ cupi-
ditates deferbuiſſent, eximiæ virtutis firmata jam ætate extiterunt. Porrò
idem ibidem: detur aliquid ætati, ſit adoleſcentia liberior, non omnia volu-
ptatibus denegentur, non ſemper ſuperet vera illa & directa ratio: Atq; hinc
eſt, quod † ætati minorum non nihil indulgeatur quoad pœnas infligendas, *l.* 17
auxilium, §. in delict. ff. de minor. l. ſi adulterium, §. 1. *ff. ad L. Jul. de adult. l.* 1. *§.*
impubes, ff. ad Syll. l. fere in omnibus ubi Dd. ff. de R. Jur. l. ſi fratres, ff. ex quib. cauſ.
infam. irrog. c. 1. & 2. *de delict. puer. c.* 1. & *in fin. de ſent. excom. l. etſi ſeverior, C. de*
his qui not. infam. ubi Bart. ait: mitigandas eſſe pœnas in capite minorum, et-
iamſi id petitū non fuerit, quia (*inquit*) ad officium judicis hoc pertinet pro-
pter intrinſecā cauſam legis delicta minuentis. Sed quantum de † ætate mediâ 18
ſatis: Ætas ultima, quam ſenectutem appellamus, certè ea ſic comparata eſt in
genere, ut quæ de † indiciis ætati minorum applicandis diximus, magis hu- 19
juſmodi ætati, quam mediæ meritò adſcribamus, accipimus autem hoc in lo-
co ſenectutem illam, de qua prædicari poſſit vulgatum illud: Senes bis pue-
ri, &c. Cum enim peccatum † omne dependeat ex judicio rationis, ita ut ſub 20
latâ ratione recta, peccatum ex accidenti potius, quam proæreſi profectum
factumq; dicatur, ut vulgò ſtatuêre Scholaſtici: Illi autem æquè ac pueri † vel 21
adoleſcentes in rationem ſenſumq; communem communiter impingant: ſe-
quitur ut quæ minoribus hac in re conveniunt indicia, eadem quoque de ſe-
nibus ſtatuenda, prædicandaque dicamus, cum parium idem ſit judicium, *l.*
ſi ſocer. ubi Bald. *ff ſolut. matr. l. Pompon ff de neg. geſt. l de quibus, ff de ll.* & *l. ſi de*
eo. §. fin. ff. de acquir. poſſ. Bald. *in l. conventicula, C. de Episc.* & *cler.*

Hinc oraculi Delphici à ſene quodam matrimonium puellæ ambiente,

S ſobo-

sobolemq; ex ea procreaturam sperante consulti responsum, quod idiomate Germanico ita circumfertur, Ein alter Mann von 70. Jahren/ vnd ein jung Mägdlein von 17. Jahren / die sein gewisse Kinder. Senex existimans nuptias quas affectabat fore ex omni asse fœcundas, voti autem haud compos factus veritatem responsi sciscitans, ita id fuit explicatum: Quod senex annorum 70. æquè ac ipsa annorum 17. puella, puerorum instar censeretur. Venustè expressum & in disticha sequentia resolutum à nobili & magnifico viro quodam, Dn. Andrea Crusio, avo nostro quondam Ducatus Brunsv. prov. Calenb. Præside & Consiliario aulico:

Conjugis amissæ viduus dum funera deflet
Annorum numero, dives & arte potens,
Delphica consuluit devoto oracula vultu,
In viduum qualis nupta vocanda thorum,
Num quid ei similis, tepidisq; juvencula venis,
Quæ tacitæ noctis tædia longa tenet?
Respondit sapiens hominum consultor Apollo:
Non benè disparibus conciliatur amor.
Ast si decrepitis effœtum duxeris annis,
Nullius omninò spes tibi prolis erit:
Si deforme pecus, luctus mœrorq; dolentem
Te citius stygiis præcipitabit aquis.
Ergo conjugii me sortem flere necesse
Sit tibi, vel nuptæ pœniteatve tuæ.
Elige florentem formâ præstante puellam,
Illa senectutis dulce levamen erit.
Neu desint pueri socii tibi pignora lecti,
Ipse eris annorum septuaginta puer?
Dixit & in risum responsa cadentia Phœbi,
Propositi dubium constituêre senem.
I nunc & cœcis oracula consule votis,
Proximus ô letho qui hymenæa petis.

Inde Plaut. *in Mercat.* Senex, quum exemplo est, jam nec sentit nec sapit,
22 ajunt solere eum repuerascere. Et Plat. 1. *de ll.* Senectus est veluti † altera adolescentia atque pueritia, Accurs. *in l. senectus, C. de donat.* scribit; Senes habere sensum puerilem, & Bald. *in l. quid ergo, §. pœna. ff. de pœn.* ait: senes reverti ad sensus pueriles, & Marcell. Paling. *pag.* 190. *Hoc patet in senibus fiunt hi namq; minores.* Ut idcircò senioribus, uti pares pueris non immerito parca-
23 tur † pœnaq; mitigetur, *l. 3. §. 7. ff. ad SCtum Syll. l. 2. ff. de term. mot. c. tanta. dist. 86. & c. 1. q. 7.* Unde illud Claudiani:

Si non mentis inops fraudataq; sensibus ætas

Præberet

Præberet veniam, nunquam hæc opprobria linguæ
Turpia Danubiusme sospite ferret inultus.

Porrò quemadmodum pueris interdictæ sunt nuptiæ, *princ. inst. de nupt.* Ita lege Papia † Poppæa sexagenariis matrimonium quoq; fuit denegatum, 24
l. pen. C. de nupt. Raph. Fulgos. *consil.* 212. E diverso, uti sexagenariis vel his potius, qui supervixerant annos ætatis 66. demum concederetur potestas arrogandi, quam arte nō habebant, quia ad generandum adhuc censebantur † 25
apti, *l. si paterfam. §. fin. ff. de adopt.* quod jus minoribus non competit, §. 5. *inst. de adopt.* & quæ sunt alia: Ita quoq; indicia indistinctè omnia, quæ minoribus competere diximus, non quadrare ex omni parte possunt senibus, quo ipso declarantur & limitantur superiora. Quomodo enim † & quo judicio 26
trutinabit indicia judex, quæ ratione malæ educationis, pravæq; disciplinæ, consideranda esse in minore diximus. Respiciet potius actus & mores senum retro in secūda ætate, quod si enim tum temporis adulteriis, veneficiis, furtis operam dederint, facilius hinc fundabit indicia, secundum ea quæ paulo ante diximus. Cum actus præcedentes soleant informare sequentes, & contra. Eberh. *in top. à positione anteced. ad conseq.* Videndum † quoque ne simulet 27
pueritiam senex, quod si enim vigore rationis adhuc præstet senex, dubium non est, quin hoc passu nihil differre debeat à reo secundæ ætatis, neq; jure & privilegio minorum uti Sin verò vacillet, hebeterq; in illo recta ratio, sanum & integrum indicium, animi motus quoque exinde informabit, quantumq; indiciis tribuendum, discretè arbitrabitur is, qui jurisdictioni præest, *arg. l. 1. ff. de qq.* Pone † enim, senem vacillantis judicii visum jocari cum muliere, in 28
loco suspecto conversari cum ariolis, cum latrunculis. Sanè quo pacto indicia generalia vel specialia quævis hic congeres, eaq; allegabis jure contra seniorem? *argum. l. 2. ff. de term. mot.* Barb. *conf.* 22. *vol.* 2. ut enim † voluntas & 29
propositum distinguunt maleficia, *l. 53. ff. de furt.* ita quoq; indicia, quæ ex præparatoriis, affinibus, adæquatisque ad delinquendum mediis, depromuntur, juxta proairesin, consensum, & affectum † hominis commensuranda sunt, 30
atq; dijudicanda. Medium enim sapit naturam extremi, *l. si vero, §. quod si. ff. qui dejec. vel effud. l. arbor. ff. com. div.* imò medium impertinens & inhabile impedit extrema conjungi, *l. qui sella. §. fin. & l. tria prædia. l. si mihi, §. fin. ff. de serv. rust. præd.* Deniq; propositæ ætatum definitioni hoc in capite non adversatur legalis illa ætatis legitimæ & illegitimæ distributio, quā de re *l. cum filiusfamilias, §. sic autem, cum §§. aliquot seqq. ff. de leg.* 3. Corne. *cons.* 107. *vol.* 3. Coth. *in resp. jur. resp.* 44.

Respondetur inde nihil inferri posse, uti enim illa legalis traditio suam in jure habet adæquatam materiam, cui allegati Dd. eam applicuère, ita hæc nostra suas habet peculiares † in jure sedes & materias, unde à se invicem 31
non distribuuntur, sed distributio utraque in terminis separatis, eisque

utrivis parti, convenientibus & habilibus toleratur, Tiraquell. *de pœn. caus.* 7. *&* 8.

CAPUT XXVIII.

DE INDICIIS DELICTORUM, QUÆ VEL à furiosis, fatuis, & mente captis committuntur.

SUMMARIA.

1. *Furiosus pro mortuo habetur.*
2. *An & quoties furiosus puniri debet, princeps consulendus est.*
3. *Furiosus ob insigne aliquod delictum puniri debet.*
4. *Cur in bestias & cadavera defunctorum statuantur supplicia.*
5. *Infantes & minores an puniendi?*
6. *Ob sarilegium Athenienses infantem occiderunt. Vbi singularia deducuntur de supplicio, bestiis & rebus inanimatis illato.*
7. *Fatui an puniantur?*
8. *In furiosos inquirendum, cũ delinquunt.*
9. *Distinctio traditur hac de re.*
10. *Iudex ante omnia de delicto quærat.*
11. *Ob quæ delicta furiosus puniatur?*
12. *In delictis attenditur tempus patrati criminis, non personæ mutatio.*
13. *Definitio stultitiæ traditur.*
14. *Separatorum separata est ratio.*
15. *Qualiter in puncto indiciorum contra fatuos delinquentes procedendum sit?*
16. *Animus ex animo aliquid percipit, idq; ad posteros transmittit.*
17. *Filii heroum plerumq; degenerant.*
18. *Lepida historia de fatuo Parisiensi.*
19. *Fatuus quidam Romanus testamentum solenne non vitiosum vel mancum condidit.*
20. *Quando teneantur agnati ex facto furiosorum?*
21. *Quomodo custodes furiosi coërceantur delictis à furioso patratis.*

1 QUanquam furor & dementia delictum excuset, cùm pro mortuo † furiosus habeatur, *l. qui ad certum, ff. locati, l. bonorum, ff rem ratam hab.*
satiusq; sit, ipsum furore agi, ne afflictio afflicto detur, *l. 14. ff. de offic.*
præsid. ibi: cùm satis furore ipso puniatur: adeò, ut furiosi noxa vel cædes homini illata, non secus ac si tegula de domo cadat in hominem immerentem,
æstimetur, *c. 15. q 1. l. penult. §. sanè, ff. ad L. Pomp. de parricid. l. 12. ff. ad l. Corn. de*
sicar. Attamen jure singulari receptum est, furiosum æquè ac sanæ mentis
compotem pro re natâ coërceri, Jason *in l. 41. & 42. ff. de pœn. & l. ex facto, ff. de*
2 *vulg. & pupill. substit.* ubi pro cautela tradit: ut de hoc themate † consulatur
princeps, vel hodie collegium, jus respondendi sibi usurpans: An & quando
furiosus puniendus sit? Interim utcunq; sese res habet, communis sententia
3 obtinuit, furiosum † propter insigne aliquod crimen puniri debere contra
communes juris regulas, *l. 1. C. de precib. imp. offer.* ubi Bald. ait: quod propter
immanitatem criminis non concedenda concedantur, non punienda puniantur, Tiraquell. *de pœn. caus. 3. in fin. & caus. 49. num.* 10. *& seqq.* Hyppol. de
Mars. *in l. 1. num. 58. ff. ad L. Corn. de sicar.* Gail. 2. *obs.* 110. *num.* 12. hinc est, quod
bestia

bestia † rationis expers, quæ occidit hominem, occidatur, non propter conscientiam peccati sed quia refricare poterat, si superviveret, indignam facto 4
memoriam, *text. in c. firmissimè, & c. mulier*, 15. q. 1. Hyppol. *in l.* 18. §. 9. *num.* 71. *ff. de qq.* Tiraquell. *de pœn. d. caus.* 49. *num.* 39. quo respectu in res inanimatas sæpè diriguntur pœnæ. Nam, Suidâ referente, statua Niconis Thasii pugilis egregii, necis damnata judicio publico, & in mare demersa fuit, quod oppressisset æmulum fustibus cædentem statuam, quæ quasi manium defuncti ultrix, lapsu occidit injuriantem, Budę. *in annot. reliq. pand. pag.* 146. Euseb. *lib.* 5. *de præpar. Evang.* qui Diomedis Athletæ statuam eam fuisse scribit. Comes quidam magni nominis, cùm deliquisset filius, effigiem ejus à pariete solvit, & in frusta discerpsit. Persæ supplicium de viro illustri poscentes, vestes & tiaram ejus detrahebant, eamq; suspensam, uti hominem fustigabant, Drexel. *in amuss. lib.* 2. *cap.* 5. §. 3. Sanè major & multò prægnantior ratio suggerit, cur propter criminis atrocitatem cadavera defunctorum, & accusentur publicè, & condemnentur. text. & gloss. *in §. per contrarium, Inst. de hæred. quæ ab intest. defer. l. defuncto, ff. de publ. jud.* Æquâ ratione etiam infantes, † quibus furiosi sæpè comparantur, ultimo supplicio afficiuntur, *cap. item parvulos*, 1. q. 5
1. Lucas de Penn. *in l. fine, C. de ex. & tribut.* Tiraquell. *de pœn. d. caus.* 49. *nu.* 45. Refert Ælian. *lib.* 5. *hist. pag.* 179. puerum quempiam apud Athenienses, † cùm 6
auream laminam, quæ ex Dianæ coronâ deciderat, sustulisset, in judicium adductum, judices autem cum crepundia, talos, & laminam auream proposuissent puero, isq; iterum ad aurum inclinasset, inde quasi sacrilegum ultimo supplicio affectum fuisse, Tiraquell. *de pœn. caus.* 7. *n.* 9. vide Budæ. *præcit. loc. pag.* 148. ubi delictum puerile exilio mulctandum esse censet, citans Homer. *Iliad. lib.* 23. *ibi*: Μὴ ἐμάζων ἀναντίουτι πιπμήσαι ὅσε Ἀχίλλεο, &c. ubi Patrodus puer ludo talario ludens cum alio puero, eumq; iræ impetu occidens, à patre ipso in exilium traductus est. Sic cùm in patriâ nostrâ puer violasset sacrã hostiam, relegatus est ad decenniũ. Refert tamen Gobler. *in explic. l. respiciendum, ff. de pœn. pag.* 202. contigisse in Galliâ, se istic agente, ut puer impubes inter ludendum, fratrem impuberem occideret ira percitus, patre accusante ipsomet occisorem, propter ætatem non datum fuisse judicium in puerum. Porrò idem meminit pueri nobilis à Stockhausen annorum 14. cultello alterum puerum à Spitznase cognomine, in arce Neostadii Brunwicensi ducatus, interimentis, ab omni pœnâ propter ætatem absoluti. Atq; huc respicit locus patrum, quâ de causâ author commentarii Hieronym. Quod quoque peccata puerorum parentibus maledicentium nullam mereantur pœnam, quia sub lege nondum sint pueri, cùm verò adoleverint coërceri eos meritò, in foro seculari & Ecclesiastico pro admissi qualitate, Sixtus Senens. *in Bibl. sanct. lib.* 5. *annot.* 260. Hieron. & Patr. commun. *in epist. ad Rom.* 7. *vide hanc quæstionem part.* 2. *in loc. de homicid. ejusq; indiciis.*

De fatuis & mente captis, quia idem est judicium, jus & dispositio juris eadem quoque erit, Luc. de Penn. *d. loc.* utpote qui à ratione saltem communi aberrant, nec mentis & rationis prorsus inexpertes dicuntur, Gœd. *de*
7 *contr. & committ. stip. c. 7. concl. 9.* dubium non est, quin ea quæ de † furiosis hac in re statuuntur, ipsis quoque jure competant: ubi enim fortior majórve stringit legum ratio, ibi & fortius majusq; erit judicium & juris dispositio, *c. licet, & ibi gloss. ext. de test. l. 1. C. de negot. gest. cap. si ergo, 7. quæst. 1. & c. 5. Paulus, §. 2. q. 5.*

Ex hisce jam infertur, si furiosi, fatui vel mente capti, imò minores pro re natâ, & prout doli capaces sunt, non secus ac prudentiores delinquunt, vel delinquere dicuntur, porro si delicta illorum æquè ac saniorum mente, secundum ea, quæ diximus, puniuntur: Sequitur, † ut quoties de delicto non
8 constat plenariè & liquidò, per indicia tanquam vestibula quædam congrua ad pœnas transeundum esse; *l. 14. ff. de præsid. ubi* Divi Imperatores Marcus & Commodus jubent in furiosos delinquentes inquirere, ibi diligenter explorabis, etsi quid tale comperieris, &c. Ex qua lege vulgò DD. distinguunt, in-
9 ter † furorem continuum & interruptum, vel ut aliàs solet dici, inter furiosum, qui dilucida intervalla habet, vel qui furore agitur indesinenti. Qui dilucida intervalla, eaque sano homini haud dissimilia, habet, non dubium est, quin casus ejusmodi ad communes regulas juris de indiciis pertineant, exindeq; definiendi sint. Cùm parium idem sit judicium, & æquitas, paribus in causis paria jura desideret, Bald. *in leg. 15. Cod. de Episc. & Cleric.* idem *in leg. si socer. ff. solut. matrim.* Cæterùm si furor est continuus, & homo dum vincu-
10 lis perruptis liberè vagatur, vel cædem committit, vel incendium facit, † respiciendum est, cui fati noxæ is antehac deditus fuerit, cùm præcedentes informare ut plurimum soleant actus subsequentes, Bald. *in d. leg. 15. C. de Episcop. & Cleric.* quod si constat, conspirante fama, indicium commissi delicti generat, debet autem de facto ante omnia, priusquam de indiciis quæratur, constare, hinc *in c. 1. & 2.* supra diximus, judicem teneri ipsum adire locum, ubi delictum commissum proponitur, quod cumprimis hìc practicare non omittet, singulasq; factorum circumstantias, & loci, temporis personarumque conditionem diligenter perpendere, juxta illud: tout vient a poinct, que
11 pout attendre. Tantum verò abest, inventis † indiciis furiosum torqueri, pœnisq; legitimis subjugari jure posse, *c. 45. q. 1. l. pen. §. sane ff. ad leg. Pomp. de Parricid.* nisi, ut supra diximus, immanitas criminis aliud dictitet, puta, si furiosus parricidium, Sodomiam bestialem commisisset, neq; enim illico mens hominis adeò præsumitur depravata, ut omnem omninò humanitatem exuerit, Gœd. *d. tr. de cont. & committ. stip. c. 7. concl. 9. num. 119.* Quin quod ex *d. l. 14. ff. de officio præs.* non obscurè colligere liceat, furiosum ipso jure à pœnâ haud immunem esse, sed commiseratione saltem eidem pœna remittatur,

ne affli-

ne afflictiones cumulentur, *d. l.14. l.3. §. ignoscitur, ff. ad SCtum Syll.* Ubi servus omninò puniendus erat, nisi SCtum ei nominatim pœnam remisisset: quâ ratione & fundamento defendi potest sententia Lud. Romani *leg. qui furiosum, C. qui testam. facer. poss. & in l. si servum, ff. si ex noxal. caus. agatur*, aliàs communiter reprehensa, asserentis: Quod si crimen, quod sanæ mentis admisit, reus postea furore agatur, nihilominus puniri debeat; Quia inquit, in delictis † publicis attenditur tempus delicti perpetrati, non personæ muta- 12
tio, Bart. *in d. l. si servum. l.1. §.1. ff. ad SCtum Turpill. l. si quis decurio, C. de fals.* Ex prædictis huc usque de furioso traditis liquet quodammodo, quid de fatuis & mente capitis pro subjecta materia statuendum vel definiendum sit. Posito hoc, fatuitatem sive stultitiam solummodo esse quandam mentis ignaviam torpescentem, quæ ex frigida † intemperie cerebri functiones torpi- 13
das segnesque reddente, nascitur, uti eam vulgo describunt Physici, quam Græci *μώρωσιν* dicunt, vel etiam *ἄνοιαν*, id est, amentiam, quasi dicas, imaginationis mentisq; depravationem & corruptionem, quæ & dementia dicitur, quæ propriè facultatis rationatricis dicitur abolitio: cujus species est *ἀφροσύνη*, id est, leve delirium, & rationatricis facultatis prava motio: Sanè nemo non videt, pro diversitate affectuum jura quoq; disponenda esse: Separatorum † 14
enim separata est ratio, jus & dispositio, *l. adigere, §. quamvis, ff. de jure patron.* quod si ita est, uti verissimum est, sequitur, ut quantò minor leviorq; affectus est furoris amentiæ vel fatuitatis, tantò gravius plectenda esse deliria, vel delicta fatuorum, tantoq; exquisitius & intensius in crimina reorum inquirendũ, & quo propinquius sensui communi id genus hominum, eò propius juxta communes juris regulas super indiciis quoq; procedendum esse. Et quia hoc genus † simplex minusq; astutum solet esse, adeoque sic comparatum, ut in 15
quos errores propendeat natura, eos rarò vel nunquam soleat occultare, respiciendum est cumprimis ad hæc, quoties de indiciis vel ipso delicto mente captorum, quæritur. Deinde quibus vitiis parentes & consanguinei eorum inquinentur, etsi enim animam per traducem haud propagari credẽdum est, juxta saniorem & Theologorum & Philosophorum sententiam, dubium tamen † non est, animum ex animo aliquid accipere, idq; ad posteros commu- 16
niter derivari, ut ait Joan. Fab. *in rubr. inst. de nuptiis. vid. supra cap. 24.* Tiraq. *de ll. connub. l. 7. & l.15. nu.153.* ubi rationes luculentas reddit, cur filii heroum doctorumque degenerent, vel stulti nascantur, stulti verò & † indocti è con- 17
tra filios prudentiores & robustos generent? quò lectorem remitto. Conferatur quoq. Tiraquell. *in connub. l.11. n. 4. & 5.* Ubi disputat, an fatui ad consilia vocandi, laudatq; votum fatui cujusdam Parisiensis: Cùm enim † taber- 18
narius pecuniam peteret ab egeno, quoniam panem veluti suaviùs comederat, ad culinæ suæ fumum & odorem, judicavit fatuus tabernario solvendam ex sono denarii. Quam quidem quæstionem (*ait Tiraquell.*) non potuit Caro vel

19 to vel Gratianus justius decidere. Sic Tuditanus † civis Romanus cujus meminit, Cic. *in Philip.*3. licèt fatuus esset, spargens aliquando de rostris populo pecuniam, trahensque alio quodam tempore togam veluti vestem tragicam per forum, fecit tamen testamẽtum adeo solenne & civile, ut à centumviris comprobatum & pro justo & legitimo declaratum fuerit, 1. Longo herede ab intestato proximo illi Tuditano illud impugnante, & ex eo capite quod furiosis & mente captis nulla sit testamenti factio, subvertere enixè cõ-
20 tendente, † Jason. Lud. Roman. Alexand. *in l. furiosum, C. qui testam. facere poss.* Corn. *consil.*58. *coll.*1. Jason. *cons.*178. *lib.*2 Ejusmodi testamentum fuit Eudamidæ mãdantis Aretæo matrem alendam atq; in senecta fovendam, Charixeno filiam elocandam cum dote unius talenti, &c. Deinde ex substantia bonisq; amicorum, ipse enim testator inops erat, qui vivus non potuisset alere matrem, neq; elocare filiam cum 100. unciarum dote, substituentis invicem quoq; & filiæ & matri Legentes testamentum qui tenuitatem Eudamidæ noverant, at amicitiam, quæ illi cum his viris intercesserat, ignorantes, fatuitatem testatoris irridebant, nemo enim existimabat fideicommissarios hereditatem adituros. At heredes se stiterũt coram rostris, parati voluntatem defuncti adimplerent, quæ alias juxta legum præscripta & observata solennia, justa erat, testatore post diem quintũ decedente: Charixenus matrem suscepit, & Aretæus filiam non ita pridem elocavit ex quinq; talentis, quæ possidebat, duobus in propriæ filiæ dotem, duobus in amici filiam erogantis, non fatui & insulsi testatoris, ac nuptias ambarum eodem die fieri voluit, Lucian. *in Toxari pag. mihi* 90. Finaliter addo: Quod quandocunq; nullum in furiosos jure obtinet indicium, quæstio vel pœna in parentes patronos & custodes eorum sit formanda inquisitio, ferenda pœna, qui vel culpâ vel dolo dimiserunt furiosum ad offendendum eum, cui malè voluerunt, vel si de hoc non constat, ex neglectâ custodiâ conveniantur, non secus ac qui feram bestiam
21 relaxârunt damnum † vel pauperiem facientem, L. Divus. *ubi Dd. ff. de off. præsid.* Plato *de ll. lib.* 12. *ibi*: Propinqui furiosum domi custodiant, quod nisi fecerint, drachmis 100. mulctentur, Tiraquell. *de pœn. caus.* 2. *in fine.*

CAPUT XXIX.

DE INDICIIS, QVÆ EX TEMERARIA MALEDICENDI, prophanandi verba sacra, & jurandi consuetudine depromuntur.

SUMMARIA.

1. *Vir prudens delinquere non præsumitur.*
2. *Maledicus homicida est.*
3. *Descriptio obtrectatoris traditur.*
4. *Injuria species est maledicam audire linguam.*

5. *Factam*

5. *Factum commissum à personis candidis, quod se habet ad illicitum ac licitum juxta, debet in partem meliorem explicari.*

6. *Facta maledicorum semper in pejorem partem trahantur.*

7. *Homo maledicus non admittatur ad juramentum purgatorium, neq; in causa injuriarum.*

8. *Quomodo prophanatores divini nominis sint puniendi?*

9. *Milites ad vexilla jurantes adpromittere debent, quod nolint esse prophanatores divini nominis.*

10. *De pœna temerè jurantium ex constitutionibus Imperii.*

11. *Argumentum à majori ad minus qualiter in delictis locum habeat.*

12. *Culpa unius parit indicium alterius delicti,*

13. *Et quæ non prosunt singula, &c. locum habent in materia indiciorum.*

14. *An in causis criminalibus purgandi juramenta locum habeant?*

15. *Quem judex viderit pejeraturum, non admittat ad juramentum.*

16. *Quomodo Marsiliæ reus mortis omnia perjuria & execrationes in sese receperit?*

17. *Quo commento eoq; invento præclaro, miles jurandi consuetudinem didicerit?*

18. *Subjicitur Epilogus memorabilis de potestate Sathanæ in maledicos & prophanatores nominis divini.*

QUemadmodum † vir prudens & candidus haud facilè delinquere & 1
peccare præsumitur, *l. cum de indebito, §. si verò, C de probat.* Cephal.
conf. 118. *num.* 11. *pag.* 1. ita obtrectatores & maledici præsumuntur ad
peccandum proniores, adeò, ut hoc ipso, quo quis maledicus existit, com-
muniter † homicida dicatur, nempe qui tres uno ictu unà occidat, ut ait Petr. 2
Lorich. *de vind. German. in exter. in princ.* Occidit primò † seipsum, secundò 3
eum, coram quo recitat detrectationem, videlicet cùm hîc statim adhibet
detrectatori fidem: tertiò illum, cui de honestâ suâ famâ detrahit, ut verè
Majores dixerint: Quod detrectator habeat Diabolum in lingua, auditor in
aure, consentiens seu delectans in corde. Ex Patribus allegatur, & vetustatis
est præceptum Hier. de Cœlest. non modò aliis non detrahas, sed ne detra-
henti quidem aliis aliquando credas. Imò & Lacones senserunt, non so-
lùm vituperio esse dignos, qui calumniarentur alios, verum etiam qui calu-
mniantibus commodarent aures, & injuriæ genus † est, adversus nihil meri- 4
tum audire maledicam linguam, non enim essent maledici, si nullum inve-
nirent auscultatorem, Petr. Lorich. *in d. tract. de Germ. vind. in exter. pag.*
15. *ibi:* in † personis candidis & honestis commissum aliquod factum, quod 5
posset trahi ad casum illicitum & licitum, magis ad licitum trahendum est,
quod † secus in hominibus vilibus & diffamatoribus est receptum, citans 6
Nattam *conf.* 549. *num.* 2. *pag.* 3. Justa enim ab injustis petere desipientia est,
Plaut. *in Amphitr.* hinc quoque illud, quod homo † maledicus non admitta- 7
tur ad juramentum purgatorium, neque in causâ injuriarum, neque alibi,
Bart. *in l. si cui, §. iisdem, de accusat.* Roman. *conf.* 102. *&* 3. *& conf.* 142. Ruin. *con-
sil.* 13 *num.* 4. *vol.* 5. Felin. *in cap.* 60. *num.* 3. *de homicid.* Græci maledicos uti fa-
cinorosos & infames ex urbibus & ditionibus suis repellebant, multò minus

ad ordines honestos admittebant, Athæn. Dipnosophist. *lib.5.cap.14.& lib.2. cap.22.* Joan. Wolff. *tom.2.lect.mem.pag.984.*

Cæterùm quia prophanatores divini nominis eo ipso, quo in vanum sumunt verba sacra, satis superq; peccant, *constit. polit. Car. V. de anno* 530. pu-
8 niendi enim sunt: 1. vel in carceratione, 2. mulctatione † bonorum, 3. vel pro atrocitate criminis membri multilatione, aut capitis amputatione, *d.*
9 *Constit.* adeò, ut quando ad vexillum jurant milites adpromittere † jurato debeant, quod nolint maledicere divino nomini, temerè jurare, diripere, vim inferre locis sacris, sacerdotibus, ægrotis senioribus, puerperis, infantibus, rusticis, *reform. polit. August. anno* 548.

De temerariis juratoribus idem jus esto: Qui dum temerè jurant, hoc ipso quoque delinquunt, puniendi idcircò carcere, mulctis, &c. *constit. Car. reform. polit. de anno* 530, ubi in personis illustribus hoc constitutum apparet, ut quos conducant, penesq; se habeant ministros, feriò eis inhibeant, ne ju-
10 rent, vel cum iis paciscantur, ut quoties † juraverint, ipsis particula salarii decedat. Item de militibus extat *d. constit. reform. polit. de anno* 548. Qui enim in divinum numen rectà impingere, idq; temerè prophanare atque violare non veretur: Ecquid ille non ausurus attentare minora, & in civilem societatem, ejusq; jura nefariè delinquere? *arg. c. non potest, 2. quæst. 7.* Mars. *consil.*
11 *12. num. 15.* Cùm argumentum † à majori ad minus omninò locum habeat in delictis & pœnis delictorum, quidni in materiâ indiciorum? Bald. *in l. si quis, C. de Episc. & C.* Eberhard. à Middelb. *in Top. in loco, à majori ad minus, num. 2.*
12 Neque etiam dubium est, quin culpa † unius, pariat etiam quale quale indicium alterius delicti, adminiculantibus scilicet iis, quæ in hâc indiciorum materiâ jura requirunt. Regula enim: qui semel malus, non tam in eodem criminis genere, quàm in speciebus diversis pro re natâ quoque stringit Socin. & Dd. *de fallent. regul.* passim in hac regulæ explicatione. Quin & quæ
13 non † prosint singula, multa juvant, *l. ob carmen, 21. §. si testes, ff. de testib. c. cum causam, de probat.* quem versiculum Bart. *in l. rationes, Cod. de probat. & in l. 1. §. idem Cornel. num. 3. ff. de qq.* in materia indiciorum locum habere ait. Cothm. *resp. jur. cap. 1. num. 363. & resp. 15.* prout adversa præsumptione reus aggravatur, qui cum in uno intendit se purgare, interea aliud tacitè vel expressè confitetur, allegando proprium dedecus & turpitudinem, Felin. *in cap. tertio loco,*
14 *num. 7. de præsumpt.* Cothm. *d. loco, num. 190.* Atque hinc est, † quod in causis criminalibus neque accusatoris, neque rei juramentis credatur, Bart. *in l. maritus, num. 4. de qq. Apostill. ad Guid. Pap. quæst. 614.* Cothm. *d. resp. jur. nu. 214.* ubi juramentum illud impedit publica honestas & utilitas, quæ supra modum læderetur, si scelus admissum vel perjurio contegatur, vel inultum relinquatur, neque enim certius est, reum ultrò juramenta quævis subiturum, juxta illud: **So der Dieb zum Eydschwur zuverstatten/ würde gewißlich kein einiger**

Dieb gehencket werden/& sic furcæ starent in viduitate. Quapropter in gene-
re sancitum est, ut † quem judex viderit pejeraturum, nunquam ad juramen-
tum eum admittat, nempè ne occasio perjuriis detur, *l. videamus, ff. de in lit.* 15
jurand. Imò judex hujusmodi pro homicida habendus esset, vide hoc thema
fusissimè pertractatum à Dn. Ant. Bullæo, compatre & familiari meo intimo
in pent.consf.consf.1.num.53.54 & seqq. in causa homicidii casualis ab adolescen-
te patrati, quo lectorem remitto.

Porrò non oblivioni tradenda antiquitatis de abolendis uti existima-
batur perjuriis, ne interiret reipub.salus, observantia. Sic autem sese habet:
Saxones, ait Did. Covarruv. *lib.2.var.resol.cap.10.num.3.* servant in urbe Hal-
berstadiensi, siquidem in eo templo quod virgini matri sacrum est, singulis
annis ex plebe aliquis eligitur, quem gravioribus noxis inquinatum putant,
hunc ferali & pulla veste, obvoluto capite, cineralium die in templo statuunt
& peractis sacris ejiciunt donec per quadraginta dies per urbis compita va-
gus & mendicans erraverit, interim divinas ædes ingredi eum fas non est,
qualemcunq; cibum vel ab æditius vel alicunde oblatum non aspernatur, ne-
minem alloquitur, non indulget somno, nisi post concubiam noctem, idq;
in mediâ viâ die potius, quæ dominicæ cœnæ dicata est, ad templum reduci-
tur, ibi à Sacerdote solennibus quibusdam ceremoniis absolvitur, & à conflu-
ente illuc populo stipitem accipit; Adamum hunc vocant & ab omni crimine
expiatum credunt, ac per eum creditur expiata civitas, cõmemorat hæc quo-
que Æneas Sylv. *in descript. Europ. cap.31.* Joan. Boëm. *de morib. gent. lib.3.* Eun-
dem expiandi, præsertim perjuriorum peccata, ritum solennemq; tenuêre † 16
modum Messilienses, qui publicis & purioribus cibis, dum peste laborant,
sustentant hominem aliquem, qui verbenis vestibusq; sacris ornatus circum-
ducitur per urbem cum execrationibus, cui precantur, ut omnia mala civita-
tis in eum incidant, qui dehinc in mare projicitur, Guil. Budæ. *in annotat. in*
Pand. ad l.2. ff. de pœn. versf. ad cujus intelligentiam. Quintil. Mandosf. *in casf. an-*
nal pag.57. Sic Athenienses Minotauro anno quolibet quasi victimam offe-
rebant septem pueros totidemq; puellas. Diod. Sicul. *lib.5.* prolixè Eusebius
de præparat. Evangel. lib.4. cap.7. & Mandosf. *d. loc.* hunc Minotaurum descri-
bit Virgil. *lib. 6.*

Hic crudelis amor tauri suppostaq; furto
Pasiphaë mistumq; genus prolesq; biformis,
Minotaurus inest, &c.

Deniq; quali eoque † præclaro invento miles jurandi consuetudinem de- 17
dicerit, refert Drexel. in Trismeg. *lib.1.c.6.§.5. ibi*: miles fuit, qui in pessimam
jurandi, & quod huic vicinum, pejerandi consuetudinem defluxit, tandem sic
ipse secum loquebatur: Vide, animam venalem circumfers, & mors tibi in
oculis semper est quocunq; stes loco, (integram historiam recensebo, quam

 haud

haud ingratam fore lectori existimo) sepulchrum tuum calcas, vel unius tantum glandulæ sibilus te tangat, & totum hoc egisti, Mori, at quo ires, si sic obires, in tantâ jurandi præsertim & pejerandi licentia, quid de animâ tuâ fieret? agedum legem tibi figo, quam aut violes nunquam, aut illicò violate des pœnam. Lex hæc erit: *Nunquam imposterum jurate, aut terrram toties osculo salutate, quoties jurare contigerit*: Et hanc ego legem, si miles sum, sanctissimè servabo, ita me Deus amet: sed audi, conflictus instabat cruentus & sanguine finiendus: Concurrunt acies geminæ, & suas quisq; vires in altero experitur. Inter hæc miles ille, quem dixi, legis suæ immemor, devotiones pessimas deprecari, diris hostem omnibus execrari. At eo in ipso prælii ardore legis à se latæ recordatur, nec differt aut deliberat, sed mox ruit in terram toto corpore, & matrem suam, terram osculatur, dum hoc facit, glans ignita ferrea supra tergum, jacentis volat ictu certissimo, trajectura stantem, quem jacentem impunè transit & sine omni noxâ. *Hæc Drexell. d. loc.* Sanè captum
18 rationis omnem † excedit, quo pacto Sathan organa humana in laudem creatoris unicè ficta & facta, in Dei hostes per blasphemiam adeò reformare, seque ita insinuare cordi & carni mortalium valeat, Deo connivente, ut quasi bos fœnum, sic hominem comedat. Joan. à Pined. *in Job. Tom. 2. c. 40. v. 10.* Inde carnivorus dicitur ab eodem, & Leo rugiens, 1. *Petr. 5. ubi sic transcendit*: Si homo fœnum est, ut dicitur Psalm. 103. homo fœni, Dæmon bovis, nomen possidet, comedentis fœnum, si homo eques incedit, fit cerastes in semita mordens ungulas equi, ut cadat ascensor ejus retro, si exit paterfamilias seminare, fit ille cœli avis, ut comedat grana, *Luc.* 8. Si in pelago hujus mundi velut infirmi pisciculi jactamur, fit ille cetus, ut nos ingurgitet, *fol.* 40. *Psalm.* 103. Si homo terra est, fit ille serpens, ut super pectus gradiens nos inficiat, *Genes.* 3. Si homines sunt stellæ *Apocal.* 14. fit ipse Draco, ut caudâ ingenti trahere possit stellas, & mittere in terram. Si domus & templum Dei est, vel esse debebat homo ille fit ventus vehemens, ut nos dejiciat, *Job.* 1. & 2. Si sumus semen Abrahæ, ille inimicus superseminat zizaniam, & tamen adeo blandimur & gratificamur huic nostro hosti, adversus Deum maledictis & blasphemiis. Nos miseri tenebrarum angelum haud observamus, angelum lucis existimamus, qui cerebri sui sordes velut rem splendidam & illustrem cum delectatione in nos infundit. Idem *d. Tom. cap.* 41. *v.* 12. *n.* 4. Deniq; in id se transfigurat, quod è re sua de nostro damno fore animadvertit, & quoniam nostræ vitæ & saluti æternæ adeò insidiatur suo ore, quod illi mors est, nos postremò devorat, deglutit, & quod Deus avertat, in sepulchro & inferno depascit.

CAPUT XXX.

DE INDICIIS, QVÆ EX OPINIONE VVLGI IVXTA statꝰ quorundam hominum desumuntur.

SUMMARIA.

1. *Indicium ab opinione vulgi desumtum probabile est.*
2. *Fama paupertas & legitimatio probantur ex communi & vulgari opinione.*
3. *Possibile honestum potius quam possibile inhonestum præsumitur.*
4. *Historia jucunda ex Palæoto de obtruso spurio pro legitimo.*
5. *An indicium pariat vulgi opinio de spuriis, quod ad delicta sint proclives?*
6. *Spurii abominabiles & dignitatum incapaces sunt.*
7. *Spurii ne fungantur sacerdotio.*
8. *Spurii an omni exceptione sint majores?*
9. *Spurius an possit institui heres excluso fratre?*
10. *Spurii non numerabantur olim inter cives Romanos.*
11. *Spurii an merito repellantur à collegiis (opificum?*
12. *Quo sensu in sacris spurii dicantur Deo abominabiles?*
13. *Naturales tantum religionem ingredi possunt de jure civili.*
14. *Spurii possunt agere tabelliones.*
15. *Spurii, quà spurii, an indicia pariant, vel an sint infames?*
16. *Spurius delicti consors prius torqueri debet, quam legitimus.*
17. *Quid sit damnatus coitus?*
18. *Quo fato Bartolus genitus, Baldus mortuus sit?*
19. *Qui Papæ & Cæsares spurii extiterint?*
20. *Opinio vulgi nedum indicia sed præsumtiones legum inducit.*
21. *Bartolus vas magnum juris, sæpè vulgi opinionem est secutus.*
22. *Principes sæpenumero consilia rusticorum sunt secuti.*

AB opinione vulgi † desumtum indicium in jure validum est & frequens, 1
præsumitur enim res sic se habere, uti vulgus opinatur & credit, *l. 1. ff. de Flum.* Vulgi opinio bonam vel malam famam producit, cujus gloriæ cupidi opinionem ambiunt, ait Joan. Spinæ. *de Tranquil. anim. lib. 2. pag.* 101. Quæ convivia, subdens, quos ludos viri maximi egerunt, quæ ædificia extruxerũt, quos triumphos celebrarunt, quos deniq; inutiles sumtus fecerunt, gratiam & laudem vulgi, licet levis inconstantis, mobilis & sæpè insani ac dementis, captantes. Porrò nunc vulgus perficit Theologos, Medicos, Imperatores, sapientes, doctos, deniq; laudem & vituperium in manu habet, ut quibus velit distribuat, &c. Spin. *d. loc. vulgi opinione probatur mens & voluntas testatoris, l 18. §. 3. ibi:* in quâ præsumtione sint, qui in quâq; regione commorantur. Sterilitas magna vel parva agrorum, vulgi quoq; opinione, *gloss. in l. licet, 53. C. de locat.* & fundorum eorúmve æstimatio vel security melioratio vulgi & vicinorum opinione probatur, Bald. *in l. 2. C. de resc. vendit. circa fin.*

Sic vulgi opinione † probatur paupertas, Bart. *in l. si constante, ff. solut. matr.* Legitimatio hominis vel naturalitas tantum, *c. per tuas. de probat.* Bart. *in l. non Epistolis, C. eodem.* adeò, ut licèt filius mulieris, quæ cum aliis rem ha- 2

bere consuevit, præsumatur legitimus, Abb. *in c. intellex. de adult.* Unde Bald.
3 *in l. filiam. de his, qui sui:* ait. Semper † præsumendum potius possibile honestum, quam possibile inhonestum, siquidem tamen vulgi opinio & obsequia contraria aliud dictitarent, præsumtionem juris tollit indicium, quod ex vulgi opinione & obsequiis contrariis resultat. Alciat. 3. *præsumpt.* 57. Paleot. *de spur. c.* 24. *num.* 4. Sed & hoc indicium, ubi lex certum quid præsumit, quæ juris præsumtio dicitur, sæpe fallax & inconstans est, propterea, quod parentum quoque confessio non præjudicet soboli constante matrimonio natæ, cùm illa confessio prodesse debeat, haud obesse, nisi mulier divertisset à marito, & reverâ post menses septem pareret, *l. 7. ff. de stat. hom.* Paleot. *d. loc. in fi-*
4 *ne capitis & cap.* 21. *in fine. ubi* exemplum argutum refert, quo † uxor filium mariti esse ostendit, ante libet (*ait*) referre exemplum quoddam non illepidum callidæ mulieris, quę cum ex adultero filium concepisset, sic tamen maritum verbis elusit, ut ipsemet confessus fuerit, filium suum esse, huic cùm uxoris pudicitia valde esset suspecta, natusq; ex ea domi esset infans eleganti satis facie, anxius ob hanc rem, multumq; animo quotidie sollicitus, libenter, *inquit*, uxori dimidiam omniū bonorum meorum partem cederem, si mihi ita certò constare posset, filium hunc meum esse, ut tibi constat esse tuum, ad hæc nihil perterrita mulier facile, ait, ego te hujus voti compotem reddam, si mihi vel munusculum aliquod offeras, nedum rerum tuarum partem dimidiam, cumq; maritus, quomodo hoc unquam efficies, respondisset, tum uxor convocatis amicis & certa sponsione interposita, natum ulnis extulit, & estné, inquit, hic verè meus, cumque vir annuisset, illa brachiis protentis ei puerum porrexit, & accipe ait, dono eum tibi, jam absq; dubio tuus est, non alienus, risu astantium oborto, uxoris astu vir omnium sententiis condemnatus est.

Papa Alexander VI. naturalem suum Cæsarem Borgiam in Cardinalium numerum cooptaturus, falsis testibus demonstravit, filium legitimè esse natum, quem subinde effecit Cardinalem. Guicciard. *lib.* 2. Johan. Wolff. *tom.* 2. *lect. memor. pag.* 161. idem *d. tom.* 2. *pag.* 90. ubi ait: anno 1519. tantam fuisse spuriorum copiam ubivis, ut nova Xenodochia hinc inde exstructa fuerint, & acclamasse tunc temporis pueros Romæ, quotiescunque Papa prodiret ad processiones: Papa pater, &c. Idem *pag. mihi* 114.

5 Sed hoc cumprimis † hìc urgeri poterit, an opinio vulgi, qua aggravantur spurii, qua arguuntur turpitudinis infamiæ, & ad delinquendum faciliores, indicium pariat, unà cum aliis rerum argumentis ad torturam? Quod affirmandum videbatur, & jure divino, Canonico & civili, ubi spurii personæ
6 turpes & infames dicuntur. Ergo. Et quidem jure divino † dicitur *Sap.* 3. & 4. adulterorum filii abominatio coram Deo, & plantæ adulterinæ condemnantur, ne dent radices altas, nec stabilem sedem ponant, quos Vetus Te-

stamentum

ſtamentum deteſtabiles Deo, *Deut. cap.* 23. & Paulus immundos appellat 1. *ad Corinth.* 7. Jus Canonicum eos infamia notat, quos Bonif. Martyr nec bello fortes, nec in fide ſtabiles, nec Deo gratos appellat *in cap. ſi gens, diſt.* 56. & Calixt. *in cap. conjunct.* 35. *quæſt.* 2. *& cauſ.* 15. *q.* 8. *cap.* 35. *quæſt.* 2. Quapropter & incapaces dignitatum † Eccleſiaſticarum cenſentur, *cap. fin. de fil. presbyt.* latè 7
Tiraquell. *in ll. connub. gloſſ.* 1. *part.* 7. *in l.* 7. *num.* 3. *& ſeqq.* Jure civili omni exceptione † majores non dicuntur ſpurii. Proinde ſpurius conteſtis plenam 8
fidem non facit in cauſa criminali, *argum. l. fratres, C. de inoff. teſtam.* Nicol. de Ubald. *in tract. de ſucceſſ. ab inteſt. pag.* 4. Et ſpurius † heres inſtitutus repel- 9
litur à fratre teſtatoris, ex illo capite, quod perſona turpi inſtituta, frater querelam movere poſſit adverſus teſtamentum fratris, *d. l. fratres,* 27. Bald. *in l. generaliter,* 6. *§. cum autem,* 6. *C. de inſtit. & ſubſt.* Hinc ſpurii quoque nedum inter cives † Romanos numerabantur, Joan. Caſ. 4. *in Sphær. civ.* 6. & conſuetu- 10
dine plurimarum urbium & Rerumpubl. à collegiis † opificum removentur, Petr. Heig. *part.* 1. *quæſt.* 21. Sanè inclementia quædam naturæ *(ait Dn. Arum.* 11
exerc. diſput. 11. *theſ.* 9. *in addit.)* ipſos præ cæteris hominibus premit ratione non improbabili, ne promiſcuè vagarum libidinum exiſtant ſectatores homines, &c.

Sed utcunque hæc ſint, parum vel nihil movent, nec arguunt, ſpurios tanquam turpes & infames aggravandos eſſe ſuſpicione innatæ malitiæ in graviſſimâ hac indiciorum materiâ. Sed neceſſe eſt in præſentiarum argumenta adducta nonnihil ponderare. 1. Quod attinet jus Divinum & Canonicum ſanè illud de adulterinis, aliisq; ex damnato coitu progenitis agit, ita enim allegati textus ſeipſos non obſcurè interpretantur Jaſ. *conſ.* 71. Cagn. *in l.* 1. *ff. de inoff. teſt.* Imò Gratianus, qui in libris Decretorum compilandis canonibusq; eorum obſcurè & perperam poſitis enodandis, egregiam navavit operam, locos illos Canonicos iſta reſtituit: Quod legitur, *inquit*, DEO abominabiles † eſſe ſpurios, hoc de filiis adulterorum legendum videtur, ad 12
quos paterna flagitia hereditariâ ſucceſſione deſcendunt, *vid. cap.* 13. *diſt.* 56. & Innocent. III. *in cap. ea cum, §. perſonæ, de renunc.* ait: Quod ſcriptum eſt, ego ſum Deus Zelotes, viſitans peccata patrum in filios, &c. intelligitur, quoties contra me veſtigia paterna ſequuntur, quoties contra me paternũ odium imitantur. Proinde & Auguſt. *in cap. undecunq;* 56. *diſt.* Undecunq; homines naſcantur, ſi parentum vitia non ſectentur, honeſti & ſalvi erunt, ſemen ipſum enim per ſe non quidem malum eſt, ſed malè utentibus tantum grave & exitioſum: hinc † naturales & religionem ingrediuntur, & ingreſſi pater- 13
norum bonorum capaces fiunt, *Nov. de monach. in princ.* Paleot. *de ſpur. c.* 45. *num.* 5. *d. cap.* 13. *diſt.* 56. Quod tamen de legitimè natis, filiisq; presbyterorum potius agere videtur, qui per conniventiam ſaltem ad ſacerdotia admittuntur, adde quod, Evang. *Matth. cap.* 1. in Chriſti Salvatoris genealogiam & Thamar

mar & Ruth scortum & peregrinam introduxerit, Sixt. Senens. *lib. 1. Bibl. S. annot.* 114. *in Genes. pag.* 44. Chrysost. *in Genes. cap.* 38. *& homil. 3. in Matth.* ubi tres causas recenset hujus causæ: 1. ut ostenderet Salvator, quod extincturus opprobria nostra, advenerit in carnem, nihil dedignatus progenitores peccatores, nihil ob mala nostra erubescens. 2. ut demonstret, nobis non esse de parentibus etiam fornicationis & adulterii fœditate sorditatis erubescendum, si propriâ decoremur virtute, quæ parentis nō decoloratur opprobriis. 3. ut fastum reprimeret Judæorum, qui de parentum virtutibus nimium insolenter gloriabantur, docens, Patriarcham ipsorum Judam, à quo Judæi nomen accipiunt, non exiguum aliquod in Thamar fornicatione admisisse delictum, Ambros. *lib. 3. comm. in Lucam.* Theod. *in Genes. quæst.* 94. Sixt. Senens. *d. loc.*

Ad argumenta ex jure civili desumpta. Resp. Quod imò spurii possint esse testes, Capyc. *decis.* 32. *num.* 7. Paleot. *d. loc. cap.* 55. *num.* 14. cùm & munus
14 tabellionis † rectè administrent, *idem cap.* 56. *num.* 1. 2. Sic quoque heredes jure instituuntur spurii, idem Paleot. *cap.* 45. *num.* 17. Et siquidem alimenta ex paternâ dispositione non habent, ali debent ab heredibus, idem *c.* 45. *n.* 8. Instituto heredi substitui quoque spurius potest, *l. Lucius, ff. de vulg. & pupill. substit.* tametsi legem hanc in verbo naturalis contra communem Dd. omnium expositionem, & mentem de filio legitimè nato, scitè nec immeritò interpretetur Paleot. *cap.* 37. *per tot.* atque hi juris passim allegati textus, quin
15 in contrarium † allegatis authoritatibus derogent, nostro judicio nullum habet dubium, idem *cap.* 35. 36. *& cap.* 55. & quanquam opinio spuriorum penes vulgum parva & tenuis sit, non inde sequitur, Ergo infames sunt, indiciis premuntur inde, quod spurii existunt, Paleot. *d. cap.* 55. Arum. *disp.* 11. *th.* 9. *ibi:* sed ab eâ ad infamiam procedere nimis licentiosa erit consequentia, quæ verba à Paleot. *d. loc.* mutuatur, Alciat. 10. *parerg.* 8. Menoch. *de arbitr. jud. quæst.* 64. *num.* 17. absit spurios, quo spurii sint, solius nativitatis respectu statuendum esse indicium efficax ad torturam. Quanquam dissimulandum non sit, ut
16 quoties spurius cum † legitimo concurrat, æquis indiciis in utroque capite stringentibus, legitimorum causa potior haberi debeat, Paleot. *d. cap.* 55. *in fin.* quod de incestuosis & ex damnato coitu natis, utplurimùm dicendum esse
17 constat, *per cap. si gens. dist.* 56. Damnatus coitus † is propriè dicitur concubitus, in quem & criminalis accusatio intentari, & severa etiam ll. pœna infligi potest, idem Paleot. *cap.* 40. *num.* 6. Et sanè si illegitimatio infamiam adjunctam habet, cur spurii, Christophorus I. Bonifacius VII. Johannes XIX. Dionysius I. & Leo V. ad augustum Pontificatus munus fuêre evecti, attestante eodem Palæoto *cap.* 63. qui à Pio IV. omnium summo applausu ob singularem eruditionem vitæq; integritatem Cardinalis electus est, Menoch. *de arb. jud. lib.* 2. *cent.* 1. *cas.* 89. *n.* 6. de quibus revera poterat dici illud Poëtę Statii:
Vidi

Vidi ego transversos alieno in robore ramos,
Altius ire suis, &c.

Bartolum juris universi † aurigam spurium fuisse ac natalibus restitutum 18
ait Bodin. à Carolo IV. Invidiâ verò hæc eum scriptitare putat, Joh. Wolff.
Tom. 2. lect. memor. pag. 315. inde, quod Bartolus asseruerit, regem Galliæ subesse imperio, Romano, & jure postliminii vendicari posse urbes nonnullas Italiæ, jam libertatem & exemtionem adserentes, Bart. *in l. fin. ff. sol. matr.* Fab. *in §. fin. instit. de assig. liber.* Jason. *in l. debitorum, ff. de pact.* Cyn. *in l. 4. ff. de novat.* uti per invidiam Mattiolus in Dioscoridem scribit, Baldum nostrum leviter morsum à canicula sua in labro, ut post quartum mensem rabiem conceperit, & sic rabie (*subdit ille*) rabula periit, Joan. Wolff. *tom. 2. lect. memor. pag.* 418. par sanè in virum egregium invidia & calumnia est.

Porrò magnum catalogum spuriorum annectit fini tractatus † sui Pa- 19
leot. qui vel Cæsares Græci, vel Romani reges, omnium pene nationum viri illustres, generosi, nobiles, & eximii Jurisconsulti vel Philosophi creati & facti sunt, quo brevitatis ergò remitto lectorem.

Cæterùm ubi ambigitur in confiniis vel de re alia, quodnam principale
vel connexum vel accessorium sit rei substantialis, ad opinionem † vulgi re- 20
currendum est, quæ nedum indicia sed sæpenumerò præsumtiones legum inducit, *gloss. in Clem. per literas. de præbend. vid.* Ebethard. *in topicis, in loco ab opinione vulgi.*

Bartolus magnum † illud vas juris, nonnunquam consuluit vulgum, ejusque opinionem est secutus, Panorm. *in c. ad nostram. ext. de consecr.* Spec. *in tit. de advoc. §. nunc tractemus. ubi* ait: Sæpè imperitos esse consulendos. Q. Scævola augur juris peritissimus cùm de jure prædiario ageretur, causam ad prædiatores Furium & Cassellium remisit, Cic. *in Orat. pro Corn. Balbo. ubi* ait: ipsummet se de aqua sua Tusculana M. Tugionem potius quam C. Aqui-
lium † consuluisse, Waremund. ab Erenberg. *in tract. de subsid. regn. & oner.* 21
subdit. cap. 4. in fin. ubi in marg. dicit: Rusticos principum consiliarios sæpe existere, Plutarch. *in vita Pisistrati*, qui rustico authore decimas immodicas remisit subditis. Et Waremund. *d. tr. cap. 6. in fine.* & consiliarios & infimæ, sortis homines dissuadere teneri principibus, ut desistant ab inmoderato tributo. Sic Eugenius IV. Papa exorto motu populari & conclamante populo, ut diabolus auferat nova tributa & rapiat auctores, ad instantiam aliquot privatorum in medium consulentium, tacentibus consiliariis, remisit tributa, *vide eundem. d. loc. pag.* 8. *num.* 38. Justinian. Cæsar consilio conjugis Augustæ, scripsit jus authenticum, Novella *ut jud. sine quo suff. &c.* in medio, Zas. *in l. 2. ff. de ll.* Joan. Andr. *in c. gravis. ext. de depos.* confitetur, se in nonnullis decisionibus consilio uxoris usum fuisse, &c.

CAPUT XXXI.

DE INDICIIS, QVÆ EX INFAMIA NASCVNTVR.

SUMMARIA.

1. *Infamia nunquam ſine crimine eſt.*
2. *Quæ propriè dicuntur infamia juris & facti.*
3. *Levis injuriarum cauſſæ ſententia non infamat.*
4. *Infamia facti unde contrahatur?*
5. *Infamia ſequitur infamem ut umbra corpus, lepra leproſum.*
6. *Quædam indicia tortura non purgantur.*
7. *Facta infecta eſſe non poſſunt.*
8. *Nemo diu ferre poteſt perſonam fictam.*
9. *Indicia generalia non æquè tormentis eluuntur uti particularia.*
10. *Cum indiciis de novo repertis poſt torturam conjunguntur indicia generalia ad formandam novam inquiſitionem.*
11. *Indicio pendente ſuper infamiâ reus non infamis eſt.*
12. *An indicia teſtibus infamibus probentur.*
13. *Vnumquodq; indicium teſtibus duobus omni exceptione majoribus probari debet.*
14. *Teſtimonii prolatio eſt quidam honor & dignitas.*
15. *In quibus caſibus infames teſtificari poſſint?*
16. *Infames de ipſo delicto deponere tenentur, quæ depoſitio demum indicium parit.*
17. *An crimen hæreſeos perſonis infamibus probari poſſit?*
18. *Plures infames de delicto deponentes non niſi indicium faciunt.*
19. *Diſcurſus contra Donellum infamiam facti negantem habetur.*

1 CÆterum infamia † indicium quæſtioni præbet, quoties reus alias indi-
catus homo infamis dicatur, cùm enim infamia ſuas cauſas, unde ea de-
ſcendit, prę ſe ferat, ea verò rarò aut nunquam ſine crimine eſſe ſoleat, Summ.
Sylveſtr. *pag. 2. in tit. de infam. pag. mihi* 35. imò ipſa prævaricatio enormisque
legum tranſgreſſio eſt, quæ vigore judiciorum publicorum in certam quan-
dam delicti ſpeciem ſeſe exſerit, ac ubi reus denuò verecundiæ atq; famæ li-
mites excurrens in priſtinam labitur culpam, unde ipſa peccandi delinquen-
diq; conſuetudo. Conſuetudo autem peccandi indicium pariat, *gloſſ. in l.* 24.
C. de probat. Bart. *in l. fin. num.* 5. *ff. de qq.* Salyc. *in l. fin. col.* 3. *Cod. de qq.* Alexand.
conſil. 8. *num.* 2. *& conſ.* 50. *n.* 8. *lib.* 1. Marſil. *in pr. crim.* §. *diligenter. n.* 99. *& con-
ſil.* 44. *num.* 4. Carrer. *in pract. crim. pag.* 52. *indic.* 14. *Ergo & infamia.* Bart. *d. loc.*
nec refert infamiâ juris factive reus notatus fuerit? juris infamiam dico, quæ
2 † præ ſe fert ſententiam condemnatoriam, ubi quis judicio publico damna-
tus eſſet, vel etiam privato, ut furti, vi bonorum raptorum aut injuriarum,
l. 7. *ff. de publ. judic.* Farinac. *de teſtibus. q.* 6. *lib.* 2. *tit.* 6. ubi tamen levem † in-
3 juriarum cauſam vel ſententiam, quâ quis civiliter condemnatus eſſet, ex-
cipit, Tiraquell. *in tr. de judic. in reb. exig. pag.* 24. Petr. à Placa *in epit. delict.*
c. 1. *num.* 22. quod negat Gail. 2. *obſerv. pract.* 102. *n.* 6. referens cautelas ibi-
dem, quibus infamia evitetur actione famosâ adhuc pendente & nondum
decisâ.

Facti

Facti infamiam appello, non quoties ſaltem apud viros graves exiſtima-
tio hominis vileſcit, Coraſ. 4. *miſc.* 2. *num.* 9. quod tum † fieri quoq; dici- 4
tur, ſiquidem reus condemnandus injuriarum vel perſonaliter non compa-
ret, quando ſententia profertur, vel alias tranſigit cum actore ad vitandam
pœnam ſententia exprimendam, ut voluit Gail. *d. loc. num.* 7. ſed quæ com-
prehenditur ſub prima edicti parte de infamia vel de his, qui not. infam. Fa-
rin. *d. loc. quæſt.* 36. *lib.* 2. *pag. mihi* 61. *ibi:* infames ipſo facto ſunt, quos ſtatim
eo ipſo quo aliquid commiſerunt, lex infamat, & de iſtis loquitur, 1. *pars l.* 1. *ff.
de his qui not. infam.* vide Donell. *lib.* 18. *com. cap.* 6. qui infamiam facti pror-
ſus explodit, qua de re alibi. Atque hæc vel illa infamiæ ſpecies, non modo
reum indiciis premit, aggravat, ſed potius hoc indicium ita comparatum
eſt, ut reum † perpetuò, ut umbra corpus, lepra leproſum, ſequatur, etiamſi 5
is indicia alia quibus non urgebatur, purgâſſet, vel demonſtratione innocen-
tiæ vel patientia tormentorum, quâ ſuperavit & eluſit quæſtionem, ita enim
† comparata ſunt indicia nonnulla, ut quæ nunquam penitus tollantur, ex- 6
ſtinctis indiciis aliis, in quorum numero ſunt indiciorũ, infamia, Phyſiogno-
mia, &c. ſcilicet quæ adeò conglutinantur & inhærent oſſibus rei, ſicq; ſunt
intercutanea, ut rarò aut nunquam eluantur. Facta enim infecta haud † fieri 7
poſſe tralatitium eſt, Novel. *de æqual. dot. l.* 12. *§.* 2. *ff. de capt. & poſtlim. reverſ.*
nec quæ homini natura inſunt, mutari poſſe arbitrandũ, hinc Seneca ad Ne-
ronem: Nemo perſonam † ferre fictam diu poteſt, quia ficta citius ad natu- 8
ram redeant, & Cic. *in Off.* ficta omnia celeriter tanquam floſculi decidunt,
l. 27. *§.* 2. *ff. de pact.* atq; hinc eſt, quod nuper in diſputatione publicâ de indi-
ciis *theſ.* 48. evicimus, nempè indicia generalia † non æquè tormentis pur- 9
gari, ut ſpecialia, unde nonnihil remaneat cicatricis, ut indiciis † particula- 10
ribus denuo contra reum inventis, illa pro re nata conjungantur ad forman-
dam novam inquiſitionem vel torturam.

Quod reum attinet, cujus intuitu pendet adhuc lis ſuper infamiâ, is li-
cet vulgo infamis reputetur per ea, quod cingendus vel diſcingendus habea-
tur pro cincto vel diſcincto, attamen in hac odioſa juris materia id ſecus ob-
tinet, nempè ne indiciis infamiæ prematur † hic reus, Lancellot. *de attent.* 11
c. 12. *in præf. n.* 12. Farin. *d. loc. n.* 19. *& ſeqq. art.* 1. *num.* 36. *ubi dicit:* quod nedum
ut teſtis repudietur reus, cui infamia impendit, ſententia mox ſubſecutura,
ſubdens: quod nedum tortura mediante, quæ aliàs vitia antecedentia teſtis
in genere purgare dicitur, teſtis infamis admittatur, *num.* 37. quo ipſo pro-
batur, à nobis modò admiſſum paradoxon, nempe indicium hoc manere
poſt torturam. Sed an indicia teſtibus infamibus † probari poſſint, utiliter 12
quæritur? Reſp. Indicia non ſecus ut facta in judiciis liquidò probanda eſſe,
atque unumquodq; indicium teſtibus ad minimum † duobus, iiſq; omni ex- 13
ceptione majoribus, qua de re infrà. Ut idcircò dicendum ſit, per teſtes infa-

mes, nequaquam indicia purgari posse, ne alterius incolumitati insidietur,
14 qui de propria salute desperavit, tum quod testimonii prolatio † sit quidam honor, *cap.forus,in fin. de verb. signif.* infami verò dignitatis & honoris portâ occludantur, *l.1.C.de infam.l.2.C.de dignit.cap. infamibus, de reg.jur.in 6.* Deinde attestationes referuntur inter actus legitimos, *l.penult. C.de hæret.& Manich.* quos infames haud celebrare posse constat, *cap.licet,ext.de testib.* Taceo, quod qui accusare prohibetur, testificari quoque jure nequeat, *cap.de cætero, ext.de testib.* sed infamis non potest accusare, *l.accusare, 6. ff. de accusat. cap.1. ext.eod.* sed utcunque se causa habeat, quoniam generi per speciem vulgò derogatur, *l.202.ff.de reg.jur.* casusq; nō pauci jure occurrunt, ubi infames quoque testificantur, illi quales sint, & quomodo comparati dicãtur, modò dispi-
15 ciemus. Testari itaque possunt † infames in materiâ hâc indiciorum, si fundamentum præsumptionis aliunde haberi non possit, Bart. *in l.1.num.*12. Jason *ibid.num.*48. *C.de sum.Trin.* Blanc. *de indic.num.*355. Menoch. *de arbitrar. jud. qq.*1.*quæst.*27, Salycet. *in l. 7.num.* 113. *de accusat.* ubi dicit: quod ad probanda facta hæc, lusorem vicisse falsis taxillis, admitti lusores non secus ut lenones, meretrices testantur, de hisce, quæ in tabernis & lupanari commissa sunt, Plot. *in l.9.C.unde vi.*

16 Animadvertendum tamen est hoc in loco, quod depositiones † infamium, delictum principaliter respicere debeant, id est, referre tenentur infames ipsum delictum, non indicia, hæc enim relatio non nisi indicium infert, atque hac consideratione indicia infamibus probari posse intelligendum est, Jason *in d.l.1.num.*46. Bart. *ibid.num.*51. Felin. *in cap.testimonium, nu.*12. *ext. de except.* Accurs. *in l.fin.ff.ad exhibend.gloss.in c.si.15.q.3.* Panorm. *cap.1, de confess.*
17 ut meritò explodat Coras. 5. *miscell.* 20. sententiam † eorum, qui testium infamium etiam in crimine hæreseos de delicto immediatè deponentium dictis plus tribuunt, quàm ut nuda indicia faciant, *d.loc.num.* 1. *cap.* 4. *ibi:* quis per Deum immortalem tam pius & fidelis est, qui si perditorum & dissolutorum, quorumcunq; testimonio impeti possit, non tandem confundatur? & *ibi*, ne prætextu specioso contingat optimos quosque viros sordidorum, nefariorumq; hominum conjuratione supprimi, &c. Brun. *de indic. & tort.p.* 1.*quæst.*2.*num.*19. ubi statuit: depositionem infamis nedum plenum, sed quale quale indicium solummodò inferre, super quo judex inquirere, & repertis indiciis aliis demum ad quæstionem descendere possit, Aufr. *de repr. test.nu.* 54. Albert.de Malett. *in tract.de testib.p.*1.*cap.*3. *num.*13. Mars. *in sing. sing.* 457. quapropter etiam Farinac. *d.quæst.*56.*pag.mihi* 67. *num.*68. tradit: quod infames in causa hæreseos, & læsæ majestatis testari non possint, testimonia au-
18 tem eorum non nisi indicia pariant. Cæterùm in materia † indiciorum in specie sic dictorum etiam plura infamium dicta, non delictum, sed indicia delicti referentia, nihil probant, adeò imbecilli, nempe infamium depositione existente,

existente. Infamiam facti, quod attinet, eam quoque officere testimonio in propatulo est, neque ex depositione infamis, facti infamia, resultare aliud, quàm merum indicium, Campeg. *de test. reg.* 31. *fall.* 3. Albert. de Malett. *part.* 1. *cap.* 3. *num.* 17. Et quanquam facti infamia, uti vulgò loquimur, non infamet rectà, utpote sententia infamatoria, vel jure infamante haud palàm existente, Donell. 18. *comm.* 6. qui infamiam, uti damnum & jacturam famæ, *l. si furti, C. ex quib. caus. infam. irrogat.* nullam admittit aliam, nisi ubi lex disertè hominem notat, factumq; unde infamia resultet, pro infami declarat, *l.* 22. *ff. de his qui not. infam.* ubi nedum ictus fustium infamare dicuntur, nisi causa infamiæ præcesserit ictus vel fustigationes, &c. dubium tamen non est, quin pro subjecta materia probrosorum, turpiumque hominum attestata repudientur non secus ac infamium. Ecquid enim edictum de testibus admittendis, vel non admittendis, cum edicto de his, qui notantur infamia? si non
uti † infames jure, testes illi rejiciuntur, nec attestata eorum plus quàm in- 19
dicia pariunt, sufficit repelli eos à testimonio, tanquam personas inhabiles, incapaces, & fide indignas, sufficit repudiari homines famosos, uti facti infamia notatos sic appellitat *l.* 16. *C. ex quib. caus. infam. irrog.* cum tralaticium sit, quod testis præsertim in causa criminali debeat esse omni exceptione major, vide Alex. *cons.* 13. *lib.* 1. *in fine, l. fin. C. de probat.* & hoc omnes sciunt & dicunt, ait Boss. *in tit. de convict. num.* 9. Clar. *in pract. lib.* 5. *§. fin. quæst.* 66. *num.* 4. Qui major verò erit exceptione, fustibus cæsus, *d. l.* 22. à patre in testamento fur, nebulo, proditor patriæ, &c. dictus, *l.* 13. *C. ex quib. caus. infam. irrog.* à judice palàm probrosus appellatus, & admonitus, ut ad melioris vitæ frugem se reformet, ut desistat à calumnia? &c *l.* 19. *C. eod. l.* 20. *ff. eod.* Planè eorum sententiam tuetur textus adamantinus, qui hanc facti infamiam constituunt, *l.* 2. *ff. de obsequ. parent. & patron. præstand. ibi:* licèt verbis edicti non habeantur infames ita condemnati, re tamen ipsa & opinione hominum non effugiunt infamiæ notam, *adde text. l.* 16. *ex quib. caus. infam. irrog.* ubi fustibus cæsus, & cui præco dixit: ἰουρο φαντίζας, &c. famosus dicitur, adeoq; à testimonio repellitur, Lancill. *in breviar. jur. in verb. fustibus.*

CAPUT XXXII.

DE INDICIIS, QUÆ EX DIFFAMATIONE URgenti communiq; hominum voce & opinione resultant.

SUMMARIA.

1. *Plurimum tribuendū est opinioni vulgi.*
2. *Vox populi vox Dei.* (dicitur.
3. *Fama non legitimè probata, calumnia*
4. *Fama debet esse vetustior delicto.*
5. *Testis de fama interrogatus quid deponere debeat?*
6. *Ratio egregia redditur, cur tam enixè inquiratur de justitia fama.*

7. Reſolvuntur argumenta Paleoti in contrarium adductã.

8. Exoſus eſt Deo & homini homo maleficus & flagitioſus.

9. Tortura res atrociſſima eſt & utriuſq; manus abſciſſione gravior.

10. Indicia generalia raro aut nunquam ad torturam ſufficiunt.

11. Indicia ſingula teſtibus binis probari debent.

12. Teſtes mille ſingulares pro unico teſte ſolummodò habentur.

13. Fama bona opponitur à reo famæ malæ allegatæ ab accuſatore.

14. Probatio bonæ famæ in genere non eliditur probatione famæ malæ in ſpecie.

15. Bona fama indicia ad torturam ſufficientia evertit.

16. Bona fama probatur teſtibus parum idoneis.

17. Poſitio negativa magis deſtruit quam affirmativa.

DE fama diximus quodammodò ſupra *cap.* 8. Quia verò perpauca ſunt,
quæ ibidem propoſita & relata extant, nec quæ de diffamatione paſſim
occurrunt, ita, uti fas erat, abſolvunt, pluribus materiam eam proſequi & ex-
plicare operæ precium hic eſſe duximus. Famam adminiculis ſuffultam de-
mum quæſtioni locũ facere ſuprà tradidimus, quod brocardicon impugnat
1 Palæot. *in tr. de ſpur. cap.* 24. *n.* 3. citans aliquot pro † hac ſententia Dd. quo-
rum rationes ſunt hæ: Quia tribuendum eſt plurimum communi hominum
opinioni. Cujus ſententiæ Dec. quoque defenſor eſt, *conſil.* 54. *&* 272. dicens:
Quod quia fama vel circum res veras vel veritati proximas verſetur, conſen-
taneum videri, eam in his rebus maximi valere debere, quoties veritatis pro-
2 batio eſt difficilis. Hinc illud † vox populi vox Dei. Dd. *in c. illud. ext. de præ-
ſumpt.* Palæot. *d. loc. num.* 4. *ibi:* ubi enim aliundè ſumi poteſt probatio, & ple-
nam fidem facit fama nec vana vox dicitur fama, quandò res tota conjecturis
& indiciis nititur. *Hæc ille.*

3 Econtrà alii qui famam non † probè probatam nec ſuffultam aliis in-
diciis, calumniam appellant, Innocent. *in c.* 1 *de off. vicar.* Par. de Put. *de Synd.
in verbo judex. num.* 16. *pag.* 386. & Dd. pleriq; famam appellant rem fragilem
& pernitioſam, Socin. Jun. *conſil. n.* 11. *vol.* 4. Hypp. *conſil.* 88. *n.* 46. *vol.* 1. *imo
falſam. l. fin. ff. de hered. inſt. fallacem*, Burſ. *conſil.* 10 *n.* 31. *vol.* 2. *mendacem*, Natta
conſil. 473. vanam, nec attendendam, *l. decurionem, Cod. de pœn.* nempè quæ ut
plurimum ab adverſariis & inimicis noſtris effundi, *l. juſtiſſimos, C. de off. rect.
provinc.* & ad quos pervenit, augeri ſolet. Quint. *lib.* 5. *orat. inſt c.* 3. Atq; hinc
eſt quod fama res adeo lubrica & ludicra ab allegante debeat probari nempe
4 quod delicto, de quo † quæſtio eſt, vetuſtior priorq; exiſtat: hoc autem ſic in-
tellige, quoties de fama hominis in genere quæratur, ſecus cum de individuo
agitur, ut cum fama ſpargitur Titium occidiſſe Mævium, neq; enim hoc pa-
cto per rerum naturã fama prior eſſe poteſt delicto, ſi aliud apparet, fama fal-
ſa eſt & nequaquam vera, Roland. à Vall. *conſil.* 82. *num.* 61. *vol.* 2. Deinde re-
quiritur ut fama urgens & vehemens ſit adeoq; comparata, ut niſi in delicta
inquiratur, indè ſcandalum ſit ſuboriturum, qua de re ſupra *cap.* 27. Porrò ne-
ceſſe

ceſſe eſt quod teſtis ſuper fama interrogatus, deponat, audiiſſe ſe à pluribus
vel majori parte populi ejus ditionis, in † quâ fama ſerpit. Bald. *in rubr.n.*5. 5
C.de probat. Alex.*conſil.*94.*num.*11.*lib.*2.Blanc.*de ind.n.*302.Cravett.*conſ.*260.
*n.*5.*vol.* 2. Deſideratur inſuper & hoc, ut teſtis dicat quæ perſonæ ſibi factum
vel delictum retulerint, ut ſciri pervenirique tandem poſſit ad auctores famæ,
qui ſi viri fide digni ſunt, tantò plus famæ tribuitur, Innocent. *in c. qualiter.*
*num.*5.*de accuſat.* Dec. *conſil.*37.*n.*10.*& conſil.*56.*n.*4. Raph. Fulgoſ. *conſil.*77.
*n.*3.Schurff *conſil.*99.*cent.*3. & Blanc.*d.loc.*Cravett.*conſil.*41.*volum.*1. denique
referre tenetur teſtis cauſam famæ, licèt de ea non ſpecialiter rogetur, Salyc.
*in l.ea quidem.n.*117. *C. de accuſ.* Alex. *conſil.*94.*n.*11.*lib.*2. Menoch. *conſil.*149.
*n.*41. *vol.* 4. nec non famæ optimæ oportet eſſe teſtem ipſum, qui de fama de-
ponit, Menoch. *conſil.*149.*n.*41 *lib.*2. Dec. *conſil.*105.*num.*5. alii addunt & hoc:
Quod fama probari debeat ſuper eodem genere delicti, Marſ. *conſ.crim.con-
ſil.*44.*n.* 10. *vol.* 1. & quod ſit ſolida & continua, non interrupta non levis nec
vaga & ſibi contraria in circumſtantiis, Bald. *conſil.*177.*vol.* 3. Roland. à Vall.
conſil. 3. *vol.* 1. Atq; hæc ideò tam accuratè exiguntur, ne quis malignantium
cum diſcrimine exiſtimationis alienæ temerè vagetur, *l. prætor.ff. de injur.*
Quandoquidem hiſtoriæ probent, exempla teſtentur, inſidiatores & hoſtes
famæ, viris bonis ita mendaciis ſuis † vulgò imponere, omneſque rerum & 6
factorum circumſtantias tantâ arte explicare poſſe, ut jurares vera eſſe quæ di-
cunt & proponunt, Menoch. *de arb jud.quæſt.lib.*2.*cent.*4.*conſ.*318.*n.*30. Un-
de Chryſoſt.*ſuper* Matth. citatus à Coth. *in reſponſ. jur.* 15.*n.*186. ſcriptum reli-
quit: Quod anima ſemel malignitate captâ, omnes inſaniæ numeros explica-
re conſueverit, quodq; nihil ſit, quod homo malitiæ ſemel deditus excogitare
& invenire poſſit. Zaſ.*in l.clam poſſidere, §. qui ad nundinas, nu.* 8.*ff.de acquir.
poſſeſſ. ubi dicit*: Quod pro mendacio uno probè fundando & ſtabiliendo re-
quirantur mendacia alia ſeptem. Coth. *reſp.jur* 15.*n.*122.

Neq; obſtat † quod ex Palæot. opponebatur, cum facti ſpecies ab illo 7
propoſita hic longè abſit, agitur enim de probatione filiationis in citato *cap.*
23. quæ ex nominatione à patre facta à conteſtatione judiciali vel deſcriptione
nativitatis filii in calendario à patre relicta, vel deniq; ex communi hominum
opinione & fama deſumitur. Ratio diverſitatis eſt, quod filiatio favorabilis
ſit nimiumque jure privilegiata, ad quam probandam ſi extra ordinem nihil
admittitur, nullum debet movere ſcrupulum, cumprimis quod certa proba-
tio in probanda filiatione ad amuſſim dari nequeat, *l.*1. *§. pœna, ubi Dd. de lib.
ang.* Bart. *in l.*1.*C.quor. bonor.* Palæot. *c.*22. Quod in cauſa criminali ubi de vi-
ta & ſanguine hominis agitur, longè ſecus ſe habet, requiruntur enim in ea
probationes luce meridianâ clariores per notiſſima, &c. Planè illic de favore,
hîc de odio res † concepta eſt, exoſus enim Deo & homini eſt maleficus, quo 8
temerè abſoluto vel dimiſſo lætitiæ & gaudia hominum turbantur, *l.*3.*Cod.de
Episc.*

Episc.audient. Denique sententia Palæoti quoq; in se ipsa dubia est, neque à Dd. passim recepta. Alexand.*consil.* 25.*n.* 4. Felin. *in c.per tuas de probat.* Jason. *in l.neq;,C.de testam.* ubi unanimes sentiunt, non posse solâ famâ probari filiationem. Atq; hoc ipsum est, quod alias trito brocardico introductum atque receptum constat, nempe unū indicium utcunq; vehemens & magnum non inferre nec ad torturam sufficere. Cum sententia de tortura infligenda da-
9 mnum irreparabile † contineat, *l.2.ff.de appel recip.* Lancell.*de attent.2.part. c.*11.*lib.*1.*num.*93.& per se condemnatoria sit, tortura enim res atrocissima est, & utriusq; manus abscissione major, *Novell.ut nulli jud.&c. c.fin.* Hypp.*consil.* 51.*n.*5. Rolandus à Valle *consil.*12.*num.* 4. *lit.* 3. Et quanquam Bart.*in l.fin.n.6. ff.de qq.* Alex. *consil.* 73.*lib.* 1. indicium unum magnum vehemens urgens, & propinquum ad torturam sufficere, atq; hanc rem judicis committere arbitrio statuant, obtinuit tamen sententia prior communiori & receptiori calculo per Dd. modo allegatos recepta.

10 Illud cumprimis † in hoc indiciorum generalium materia notatum esto: Quod sine indiciis specialibus & propinquis ea nunquam quæstioni locum faciant, Bart.*in l.fin.num.6.ff.de qq.* Blanc.*de ind.n.*43.*& n.*177. *& n.*250. adeò ut si eorum mille fuerint, nihilominus tamen non operarentur torturam, regula enim est, & quæ non prosunt singula, multa juvant, non obtinet impræsentiarum, nisi & inter indicia generalia, propinqua & specialia unà demonstrentur, Alex. *consil.*13.*n.* 20.*lib.*1. Cephal. *consil.*438.*n.*39.*lib.*3. Porrò
11 indicium qnodvis † testibus duobus quoq; debet probari, nec sufficit, siquidem indicia plurima unico saltem probentur teste, Bald. *in l.jurisjurandi.n.*4. *C.de testibus.* Alex.*consil.*13.*num.*2.*lib.*1. ubi dicunt: Quod mille singularia indicia per mille singulares testes probata, non nisi pro uno indicio habeantur,
12 prout testes † mille singulares pro unico saltē teste computantur, &c. Alex. *d.loc.ibi:* unus testis non facit indicium, sed requirerentur duo, & ideo tales singulares, quando unusquisq; per se non facit indicium, non conjunguntur, nec tunc habet locum: id quod dicitur, quæ singula non juvant, juncta multa prosunt. *Hæc ille d. consil.*13.*num.*19.*&* 20.

13 Deniq; quod fama † mala præstat in hac materia indiciorum, hoc è contrario facit fama bona, quæ hoc efficit, ut qui eam pro se allegat & probat, subinde accusationem infringat sistatq;, donec is malam famam accuratè probaverit, *l. cum qui probabilem, C.de Episc.& Cler.c.* 1. *de coh.cler.* Marſ.*conſ.*18.
14 *num.*40.*vol* 1.Cravett. *consil.*153.*n.*24.*vol.* 1. adeò ut probatio † bonæ famæ in genere non elidatur probatione famæ malæ in specie, Bald.*in l.ea quidem, vers.item quæro, C. de accusat.* Marsil. *cons.*49.*num.*66.*vol.*1. Roland. à Valle *cons.*7.*num.*51.*vol.*1. Et quanquam idem Marsil.*cons.*3.*num.*22.*vol.* 1. sibi non constare velit, potiusq; sentire hoc: Quod probata mala fama, elidat famam bonam in genere probatam, non tamen inde enervatur vel tollitur superius brocar-

brocardicon per rationem vulgarem: Quod favor ampliandus ſit, odium verò reſtringendum, *cap. odia, de reg. jur. num. 6.* vel ut gloſſ. dicit: privilegium bonæ famæ potens eſt, & magnum, gloſſ. *in cap. licèt, de accuſat.* atq; hinc eſt, quod in † genere tradi ſolet, bonam famam indicia ad torturam ſufficientia 15
prorſus evertere, Bald. *in l. fin. num.* 8. *C. de probat.* Cravett. *conſil.* 151. *n.* 21. *vol.* 1. Pariſ. *conſ.* 163. *num* 16. *p.* 4. Weſenb. *conſ.* 98. *p.* 2. Etiamſi indicia urgentiora contra reum ſtringant, Burſat. *conſ.* 34. *vol.* 1. *num.* 19. Quantò magis fama bona in ſpecie probata id præſtabit, *Dd. cit. loc.* ubi & hoc notatum eſto, quod fama † bona probari poſſit teſtibus non adeò idoneis, cùm ex adverſo proba- 16
tio malæ famæ regulariter teſtes omni exceptione majores requirat, Burſat. *conſ.* 35. *num.* 43. *vol.* 1. ubi dicit: Quod negativa poſitio magis † aſtruat, quàm 17
affirmativa, Accurſ. *in l. hoc genus, ff. de condit. & demonſtr.* & hoc ipſo fallit regula illa gravis, quæ vulgò placuit: famam ſolam non probare, hoc enim contra reum, non pro eodem procedit & obtinet, Bologn. *conſ.* 38. *n.* 10.

CAPUT XXXIII.

DE INDICIIS, QUÆ EX CONTUMACIA accuſati vel delati proficiſcuntur, &c.

SUMMARIA.

1. *Contumacia torturæ indicium parit.*
2. *Proceſſu legitimè inſtituto contumacia demum attenditur.*
3. *Quæ nullitates evertunt judicia civilia, eadem quoq; criminalia judicia enervant.*
4. *Si indicia ſervatis ſervandis non fuerint ritè inventa, contumacia revera non committitur, non indicium inde deſcendit.*
5. *Exceptiones incompetentiæ purgant contumaciam.*
6. *Si ad articulos poſitionales ſtatuto tempore non reſponderit reus, ſtatim pro confeſſis non habentur.*
7. *Si reo per comparitionem poterat naſci præjudicium irreparabile, contumacia non committitur.*
8. *Non omnis fuga indicium parit.*
9. *Cautela pro reo judice ſuſpecto ſibi viſo.*
10. *Non tam fuga, quàm animus fugientis conſiderari debet.*
11. *Qui poſt inquiſitionem inchoatam fugit relicto ad acta defenſore, contumaciam non committit.*
12. *Qui ſponte redit, pro fugitivo retrohabendus non eſt.*
13. *Non præſumitur hominis mutatio quoad mores.*
14. *Si reus ante fugam triennii ſpacio habitus ſit pro viro bono, fuga ei non nocet.*
15. *In cauſa fractæ pacis contumacia loco confeſſionis eſt.*
16. *Injuſtè citatus ad purgandum, citantem convenire poteſt injuriarum.*
17. *Si judex criminalis non admittere vult purgationem, contumaciæ reus appellare poteſt.*
18. *A cauſa civili ad criminalem affirmativè rectè concluditur.*
19. *Camera nullitatis quæſtionem in cauſa criminali recipere tenetur.*

CÆterùm contumacia ad † torturam indicium parit non leve nec exi- 1
guum, Bald. *in l. 1. C. de hæred. inſtit.* Marſil. *conſ.* 117. *num.* 50. *vol.* 1. Alciat. *de præſumpt. reg.* 3. *præſumpt.* 22. *num.* 10. Johan. de Pineda *in Job. cap.* 31. *verſ.* 34.

de hoc indicio agens ex verbis Jobi, *ibi:* Si abſcondi quaſi hominem, peccatum, præclarum exemplum eſt, *inquit*, atque viva imago animi malè ſibi conſcii, & peccatum ſuum abſcondentis, ſceleratus homo judicem fugit atq; ſupplicium, &c. & idem *cap. ſequenti 34. ibi: ſi expavi ad multitudinem*, in contextu Jobi, nunquam *(ait)* conſpectum judicii vel populi reformidavi, cùm enim neminem etiam ex plebe infima læſiſſem, nullius conſpectum verebar, nihilq; mihi iniquitatis & calumniæ objiciendum timebam, frangebam mea virtute potius vulgi contumaciam, &c. Quæ contumacia ut plurimùm atten-
2 ditur, ſiquidem † proceſſus legitimè inſtitutus & actus fuerit, Marſil. *d. loc.* Ex nihilo enim nil fit, & non entis nullæ ſunt qualitates & effectus, *l. ejus qui ſunt, de reb. cred.* ubi dicitur, quod qualitas ſine ſubjecto ſtare non poſſit, Cephal. *conſ. 68. num. 8. lib. 2.* Qua in re & civile & criminale judicium parum vel
3 nihil diſcrepant. Nam quæ † nullitates civiles evertunt cauſas & judicia, multò magis illæ criminales lites ſiſtunt, earumque curſum procul dubio remorantur, utpotè quod toties citavimus pro ſubjecta hac materia, & probationes luce meridianâ clariores, & judicia ex omni aſſe ponderoſa, prægnantia evidentiſſima requirantur per ea, quæ diximus antecedenti capite, quantò enim periculum majus & urgentius eſt, tantò cautius & prudentius debet procedi atq; agi, per vulgata. Quare ait Marſil. *d. loc. num. 11.* ſiquidem ipſa in-
4 quiſitio non ſervatis ſervandis facta † fuerit, contumacia non committitur, nec proinde indicium aliquod contra reum naſcitur, Laur. ab Occa *conſ. 60. n. 28.* Carer. *in pract. crim. pag. mihi 51. ibi:* quando contumacia erat legitimè contracta, & non aliter: neque enim quævis contumacia indicium parit, ſed quæ dolum pravamque molitionem fovet, Carer. *d. loc.* quinimò requiritur contumacia perſonalis, ubi perſonaliter quis erat citatus, ut utar verbis Carerii *d. loc.* & non domi, adeò, ut ſi ſententia in puncto contumaciæ injuſta pœnas inde indictas quoque evacuet, ut nec ex banno propter contumaciam injuſtam inflicto indicium oriatur: quod ab initio vicioſum eſt, nec tractu temporis convaleſcit, *l. 29. ff. de reg. jur.* & non entis nulla ſunt accidentia.

Porrò etiam hoc indicium fallit, quoties reus contra judicem allegare
5 poteſt exceptiones † incompetentiæ, *l. fin. ff. de juriſdict.* Cùm non habenti juriſdictionẽ impunè non pareatur, *d. l. fin.* Quinimò & tunc labitur illud judicium, quãdo reus illegitimè citatus eſſet, nec eo quo par ordine apprehenſus vel incarceratus eſſet, Boſſ *de citat. n. 78. & ſeqq.* dilueretur autem hæc exceptio, ſi nulliter citatus ſaltem compareret, Gail. *obſerv. 58. p. 1. n. 4.* per regulam qua placuit, illegitimam citationem per comparationem perinde arctare citatum, atq; legitimam juſtamque citationem, *text. in clem. §. fin. de elect. l. 1. §. ſed ſi, ff. de fer.* Bald. *in l. 1. ff. de in jus vocando*, Marant. *p. 6. de cit. n. 73.* quam juris regulam etiam in criminali cauſa locum ſibi vendicare tradit Gail. *d. loc.*
6 articuli poſitionales quoq; ſiquidem † ad eos ſtatuto termino non reſponderit

derit reus, pro confessis non habentur, Bald. *in l.* 1. *C. quo.& qua. Judex.* Marf. *in tr.crim.* §. *expedita, n.* 66. Deniq; & contumacia ejusmodi indicium non generat, quoties scilicet reo si compareret, nasci † poterat damnum & præ- 7
judicium aliquod irreparabile, Marsil. *d. loc.* Coth. *in resp.jur.resp.* 12. *num.* 226. Atq; hinc non apparet, cur quævis fuga nedum ad torturam indicium faciat, puta citatum illegitimè, ne vis sibi fieret, forum mutasse, discessisse, Bald. *in l. bonæ fidei, C. de juri.* Blanc. *de ind. num.* 282. ubi statuunt † quod si reus par- 8
tialitatem vel immanitatem judicis injustam subveritus aufugerit, fuga talis non sit indicium sufficiens ad quæstionem, Menoch. *consil.* 94. *num.* 36. *lib.* 1. Decian. *resp.* 83. *num.* 30. *vol.* 3. Quæ & aliæ ejusdem generis à reo allegatæ qualitates ad probandum debent admitti constitutis subinde à superiori judice delegatis vel commissariis, qui † causam partialitatis vel affectionis justè 9
examinent, & pro re nata vel hanc ipsam vel principalem causam unà ad se revocent, eamq; in suo statu quo eam repererint, reassumant ac tandem determinent, qua de re dicetur alibi. Hinc est quod vulgò dici solet, non tam fugam quam animum fugientis considerandum esse, *l. quod si,* §. *item, ff. de ædil.edictis,* Dec. *consil.* 410. *num.* 30. Quapropter cum † quis post accusationem 10
vel inquisitionem institutam demum aufugerit, inde nec contumacia, quoad actus subsequentes judiciales, præsertim si defensorem post se reliquerit, nec indicium nasci poterit. Hipp. de Marf. *in sing.sing.* 115. Blanc. *de ind. num.* 281. Coth. *in respons.jur.resp.* 12. *num.* 194. Addunt quidam, quod neq; tunc attendatur fuga ad indicium ejusmodi generandum, quando etiam denunciatio judici esset facta, vel ubi reus suspicabatur saltem † motum iri quam primum 11
contra accusationem vel inquisitionem, Marsil. *consil.* 49. *vol.* 1. *n.* 37. Blanc. *d. loc.* Et hoc tãto minus quoties reus post fugam redierit sponte vel motu proprio vel citatione sibi denunciatâ † & insinuatâ, *d. l. quod si,* §. 1. *de ædil.edict.* 12
Bart. *in l. aut facto,* §. *tempus, ff. de pœn.* Fr. Brun. *de indic.q.* 3. *p.* 1. *n.* 7. Blanc. *d. tr.num.* 286. Quod si quoq; reus ante fugam & diffamationem fuerit bonæ famæ & existimationis, fuga quoque nec contumaciam nec indicium parit, Brun. *d.loc.n.* 12. Marsil. *cons.* 49. *vol.* 1. *n.* 38. neq; enim facilis est hominis mutatio, quæ cum animæ † plerumq; fit labore, §. *allegatur. Novell. de Monach.* 13
Tiraquell. *de pœn.caus.* 51. *num.* 157. Unde Seneca de Ira *lib.* 2. non apertis ait, manifestisq; priusquam diutius mores illius probati fuerint, statim accedendum est, quædam enim falsa veri speciem referunt, dandum est semper tempus, quæ veritatem aperit, qua in parte triennium sufficere autumant, per *gloss. in c. ad apostolicam de regular. c. si quis cognitus.* 17. *quæst.* 2. adeò ut si reus per integrum triennium ante fugam judicatus sit vir bonus, talis is dehinc quoq; † præsumatur non obstante fuga, Marsil. *d.loc.* Coth. *d.loc.num.* 200. Roland. à Vall. *consil.* 94. *lib.* 4. Ubi & hoc dicunt: ut quoties inquisitio indi- 14
ciis haud satis urgentibus fuerit instituta, fuga rei subinde contingente, nihil

ei præjudicare debeat, Bald. *in l.ſedet.§.item inquit,n.1.ff.ex quib.cauſ.maj.*per
rationem ſuprà redditam: Quod proceſſus nullus & illegitimus non coarctet
liget nec aggravet reum quovis modo,*l.1.§.ſed ſi ff.de tort.* competenti. Deni-
que nec contumaciam nec indicium generat. Siquidem reus ut peritiores &
Dd.legum conſulat, ſe aliò contulerit, Corn. *conſil.282 n.9.vol.4.* Bald.Salyc.
15 *in l.juris ignorantiæ,C.qui ad bon.poſſ.admitt.* Sed hæc † paulò aliter ſeſe ha-
bent in cauſa fractæ pacis coram Camera, ibi enim contumacia nedum pro
indicio,ſed pro cōfeſſione & probatione delicti jure habetur, *ord.cam.lib.10.*
§.2.p.2. cumprimis ſi ſecundo loco citatus nondum defenſionales ad purgan-
dum in termino producuntur, *d. tit.10.§.2.* in fine hoc caſu enim ſine ulte-
riori probatione articuli à Fiſcali contra reum exhibiti pro confeſſis declarā-
tur,& bannum in forma conſueta decernitur & promulgatur, Gail 2. *de p.p.*
16 *c.7.num.21.& ſeq.* Ubi in fine † notabiliter ſubdit: Quod injuſtè citatus ad
purgandum,citantem injuriarum convenire poſſit ex Ord. Cam. 2.*d.tit.10.§.*
*fin.*Quod perinde vel multo magis dicendum eſt ſtatuendumq; contra quoſ-
vis delatores denunciatores & accuſatores temerè diffamantes & ad ſuppli-
cia reos provocantes,quotieſcunq; intētionem ſuam haud probaverint. Dd.
in l.13.§.3.ff.de injur.l.15.§.29.ff.eod.l.5.§.1.ff.qui ſatiſd.cog. Sed ad rem rever-
tamur: Cæterùm inculpatæ fugæ allegatio in tantum ſtringit, ut ſiquidem Ju-
dex purgationem certæ contumaciæ vel cauſas alias in hoc paſſu relevantes
17 recipere † vel admittere nolit, reus inde gravandus appellare poſſit ad ſupe-
riorem vide Lud.Rom. *conſil.244.num.1.* Cùm enim negotiis illicitis hac in
re nonnihil eſt ignoſcendum indulgendum,ut text.ait *in l.1.C.de bon.eorum,*
qui ante ſent. quantò magis in cauſis licitis & juſtis idem recipiendum, ap-
pellationi deferendū,inhibitionem decernendum eſſe nemo non videt,*Rom.*
*d.loc.*Porrò ſi denegatâ purgatione in cauſa civili poterit provocari inhibi-
tioq; decerni per notiſſima: Quidni in cauſa criminali ad removenda inde
18 pullulantia indicia idem poterit admitti? Cum à cauſa civili ad criminalem †
affirmativè rectè concludatur ita,ut quod in cauſa civili poſſit fieri, id quoque
recipiendum in quæſtione criminali,Coth.*reſponſ.jur.7.n.140.ubi & hoc ad-*
19 *dit,n.158.* nempè Cameram † non tam nullitatis quam iniquitatis quæſtio-
nem recipere debere,ſeriò injūgendo judici,ut cautius & rectius procedat in
proceſſu cauſæ criminalis, Coth. *d.loc.* Sed de appellationibus ad
Cameram transferendis infrà dicetur opportunius,ubi
de proceſſu criminali σὺν θεῷ ſumus
acturi,&c.

Caput

CAPUT XXXIV.

DE INDICIIS, QVÆ EX MENDACIIS oriuntur.

SUMMARIA.

1. *Mendacium an & quando indicium quæstioni præbeat?*
2. *Mendax in uno, præsumitur mendax in alio.*
3. *Locus Chrysostomi allegatus de mendaciis hominum.*
4. *Mulieres facie tincta apparent instar formosarum virginum.*
5. *Recensetur historia de Arnoldo Tillio.*
6. *Non omne mendacium damnatur,*
7. *Refutantur quædam argumenta contraria.*
8. *An servandi hominis causa mentiri liceat?*
9. *Mendacium mortale peccatum est graviusq; scortatione.*
10. *Qui se compatiuntur in origine & effectu, contraria non sunt.*
11. *Explicantur canones in contrarium (adducti.*
12. *Mendacium ut indicium pariat, subsistere debet in substantiali & principali parte quæstionis facti.*
13. *An reus pro sanguine redimendo mentiens incurrat notam indicii?*
14. *Quid judex discretus hic considerare debeat?*
15. *Dolus in eo præsumitur regulariter, qui falsa pro veris asserit, & viceversâ.*

POrrò mendacium quoque quæstioni † indicium suggerit, Bart. *in l. fin. nu.* 1
3. ff. de qq. Roman. *cons. 8. num. 2.* Alexander *cons. 77. num. 2. lib. 1. Constitut. Carolina art. 37. ibi:* Auch so einer Gifft kaufft / vnnd das vor der Obrigkeit in Läugnen stünde / vnnd doch deß Kauffes vberweiset würde / machet auch gnugsam Vrsach zufragen / worzu er solchen Gifft gebrauchet / oder gebrauchen wollen / &c. dissentit Carer. *in pract. crim. pag. mihi 54. ibi*: licèt respondendo inquisitioni, negaverit, & contra eum fuerit probatum, non tamen ex hoc tanquã mendax & varius torqueri potest, Paul Grilland. *in tract. de relaxat. captiv. in tit. de fuga*, nisi constitutionem potius de interrogationibus sine tortura subintelligamus, vel ulteriori inquisitione, cum verba illius nec indicii, nec quæstionis mentionem faciant, quo sensu admisso nullus foret dissensus, sed potius consona quædam declaratio: interea manente paradoxo hoc salvo: Quod mendacium indicium pariat, puta, ubi contradicentia & varia fassus fuerit reus, quam varietatem vel mendacium probè annotari faciat judex, nec parcat calamo sæpiùs interrogando, dicit Carer. *d. loc.* Cæterùm ne indicium pariat inficiatio interrogatorum sub incude inquisitionis, rationem hanc habet, 1. Quia inquisitio generalis formam judicii non habet, *suprà cap. 2. & 3.* ut ita variatio judicialis hìc allegari nequeat, *vide cap. 13.* 2. Quia nemo tenetur, nisi necessitate premente, interrogata confiteri quævis, cùm sanguinem redimere, quovis pacto liceat, *l. 18. ubi Dd. C. de transact.* 3. Adde quod Carerius nedum indicia parere hoc mendacium dicat, sed quod torqueri non

debeat reus ob ſimplicem hanc negationem, per rationem vivam: quoniam
ſine indiciis duobus ad minimum, nemo torqueri debeat, Alexand. *conſ.* 14.
vol. 1. *in fine.* Meminiſſe autem oportet, mendacium dupliciter hìc conſide-
randum eſſe: aut enim pro depravata mentiendi conſuetudine, aut pro men-
dacio, quatenus id delictum in ſpecie concernit, uſurpatur. Utrumque indi-
cium parere, ſed pro reſpectu diverſo aut remiſſius aut intentius, nullus du-
bitare debet. De primo, quod depravatam mentiendi conſuetudinem conti-
2 net, commune hoc tradit brocardicum: Quod mendax † in uno præſumatur
mendax in alio (actu vel negotio) vel quod mendax præſumatur ad quævis
facinora perpetranda pronus & proclivis: unde illud Germanicum: Wer
gerne leugt/der ſtihlt auch / Car. Ruin. *conſ.* 29. *vol.* 1. *& conſ.* 42. *num.* 18. *vol.* 2.
Cravett. *conſ.* 142. *num.* 17. Riminald. *conſ.* 274. *num.* 53. *vol.* 3. Menoch. *de arb.*
jud. quæſt lib. 2. *cent.* 4. *conſ.* 318. *num.* 30. Cothm. *reſponſ. jur.* 15. *num.* 183. Unde
3 † Chryſoſt. *ſuper Matth quem allegat Cothm. d. loc.* Homo mendaciis & mali-
tiæ ſemel deditus nil niſi pravum & peſſimum excogitare & invenire poteſt,
imò quo contegat malignus unum mendacium, ad hoc adducere & colorare
poteſt mendacia ſeptem, ut jurares vera eſſe, quæ falſiſſima proponuntur,
nullum enim tam impudens mendacium eſt, quod teſte careat, ait *ex Aventi-*
no in Annal. Boj. Johan. Wolff. *tom.* 2. *lect. mem. pag.* 245. Zaſius *in l. clàm poſſi-*
4 *dere, §. qui ad nundinas, n.* 8. *ff. de acquir. vel omitt. poſſ.* Nam ſicut † deformes
mulieres facie tinctæ ſæpè formoſiſ puellis adnumerantur, ita etiam illa, quæ
falſa ſunt, tam veriſimilter expoliri poſſunt, ut iis quæ vera ſunt, probabilio-
ra eſſe videantur, ex Ariſtot. refert Parth. Litig. *lib.* 1. *cap.* 10. *in fine.* Hinc Gun-
ther. *in Ligur. lib.* 3.

—— —— Pulchram fallendi noverat artem,
Veris falſa probans: quia tantum falſa loquendo,
Fallere nemo poteſt, veri ſub imagine falſum
Inſluit & furtim deceptas occupat aures, &c.

Johan. Wolff. *citato loco* ait, Magnates, Pictores & Circumforaneos menda-
cii haud facilè inſimulari poſſe, imò potius quidvis credi, quàm adverſus ta-
les contentionem ſuſcipi. Mercatores ſcatere mendaciis diximus, *cap.* 26.
fraude & maleficiis in genere, *cap.* 27. Judæos, unde Rabbicinium, quod eo
nomine mendacium dicitur, Johan. de Pineda *in Job. tom.* 2. *c.* 40. *verſ.* 25. *n.* 4.
5 Refert ex Coraſio arreſtum † Tholoſanum contra Arnoldum Tillium
aliquandò decretum, Cothm. *d. conſil.* 15. *num.* 184. *& ſeqq.* qui quamvis no-
men & perſonam Martini Guerræ, quem de corporis ſtatura & de facie re-
præſentabat, falsò induiſſet, tamen in certamine, quod cum iſto Guerra de
conjuge, quam inaudita & ferè prodigioſa calliditate, abſente Martino Guer-
ra marito ſibi copulaverat, coram parlamento Tholoſano habuit, non tan-
tum ad omnia interrogata veriſimiliter reſpõdit, ſed & verum maritum Mar-

tinum

tinum Guerram in circumstantiis omnibus asserendis superavit, & verisimiliora elocutus est, imò in confrontatione à judicibus institutâ magno fortiq; animo ac sermone certo & verisimili verum maritum Martinum Guerram sycophantam nequissimum & impostorem vanissimum esse asseveravit & monstravit, deniq; tam intrepidè verisimiliter & probabiliter ad quævis respondit, ut excogitatis suis artibus & dolis judices quantumvis sapientissimos fefellerit, quos etiam nisi optimus Maximus Deus laboranti veritati benignè subvenisset, ad iniquam & injustam sententiam dicendam planè commovisset, *hactenus Cothm. vide* Joan. Wolff. *tom. 2. lect. memor. pag.* 764. ubi ait, in prima instantia hujus processus testes 45. deposuisse pro Tillio, quasi is esset verus maritus nequaquam verò Guerra, rationem scientiæ optimam reddentes, quod utriusq; & Tilly & Guerræ consuetudine usi fuissent, sæpeq; ab ipsa usque pueritia convictu & mensa cum utroq; essent conversati, &c. *vide cap. 13. supra.* Tillius ille detecto adulterio pœnam delicti meritam vigore l. Juliæ de adulteris sanguine solvit. Quanquam verò non pauci politici ac Theologi juxtà, non omne mendacium † damnent, qua de re Jacob. Furerus 6
in process. p. 1. Luther. *super genes. c. 25. pag. 36.* Petr. Martyr. *l. 1. Sam. 15.* Danæ. *lib. 2.* Eth. *Chr. cap. 16.* quò lectorem brevitatis ergò remitto: dubium tamen non est, quin quocunq; colore & prætextu boni alicujus consequendi vel mali instantis propellendi mendaciũ proferatur, nihilominus mendacium † tam 7
turpe & vitiosum existimandum, quam incivile & absurdum est, lucem tenebras, vitia virtutes, & contra appellitare, contrariorum enim contraria est ratio & disciplina, *argum. inst. rub. de his qui sunt sui vel alien. jur. l. etsi contra, ff. de vulg. & pupill. inst. §. illud. I. de societ. l. pen. C. de sol.* & habitus, ut vulgò loquimur, facit cognoscere privationem & contra, *l. 4. ubi* Bald. *ff. de J. & J.* imò quod operatur propositum in proposito, id efficit oppositum in opposito, *l. fin. §. fin. ff. de legat. 3.* Jason. *in §. plus a. J. de act. hinc c. super eo. de usur.* ait: Quod servandi hominis causa nedum mentiri † liceat, Petr. Roiz. *in decis. Lituan.* 8
decis. 5. p. 562. num. 249. etiamsi pontifex id licuisset, *d. c. super. c. si quis ad te. q. 2. ubi Canonistæ.* Sanè mentiri † non magis authoritate pontificis licet quam 9
animam occidere, os enim quod mentitur, occidit animam, *d. c. si quis.* hinc mendax mortaliter peccare dicitur, graviusq; delinquere quam qui usuras illicitas exercet, *d. c.* super eo. atq; hinc est: quod mendacium fornicatione quoque majus esse placuerit, Bald. *in l. fin. C. si contra jus vel util.* Dec. *in c. quæ in Ecclesiarum ext. de constit.* Petr. Roiz. *d. loc. num. 251.* Ulysses quia mendax, scelerum inventor à Marone appellatur, Ordel. *ad l. fin. n. 547. ff. de R. V.* Persæ mendacium nedum delicti indicium sed flagitiosissimum crimen idq; capitali animadversione dignum censebant. Vide prolixè Vent. de Valent. *in Parth. litig. lib. 1. c. 10. n. 16.*

Porrò indicium contra mendacium longè fortius, quam alia indicia, stringit,

ſtringit, etenim indicia generalia probationem in contrarium admittunt. Farinac. *conſil. crim.* 20. & propter defectus purgatione admiſſa in fumos abeunt indicia mendacii, vix exculpationem merentur, *argum. l.* 13. *Cod. de non numer. pecun.* niſi veritas in notorio ſubſiſtat, & quicquid rerum? ipſamet loquatur: Ut periculoſum ſit credere confeſſioni mendacis etiam per fidiculas expreſſæ, quò non obſcurè ſpectat diverbium ab Eraſmo *chiliad.* 1. *cent.* 7. explicatum: tollat te, qui non novit, mendaci ne credas etiam vera dicenti. Proinde verſiculi Horatiani:

Nec ſemel irriſus triviis attollere curat,
Fracto crure planum, licet illi plurima manet.
Lachryma, per ſanctum dicat juratus oſirim.
Credite, non ludo crudeles tollite claudum.
Quære peregrinum, vicinia rauca reclamat.

Sed hęc utcunq; ſe habent, non ſequitur indè, damnabile & vituperandum eſſe mendacium omne & quodvis. *Theologi citati dd. loc.* & quanquam contrariorum contraria ſit ratio jus & diſpoſitio, per ſupra dicta, non tamen perpetua ita ſeſe habet illa juris & Philoſophorũ maxima. Siquidem enim finis contrariorum par ubique non eſt ſed compatibilis, fallit quod ex prædicta regula inferebatur, hinc vulgò dicitur: Quod quæ ſe compatiuntur in † origine
10 & effectu contraria non ſint propriè, uti id declarat Baldus *in l.* 1. *C. de diverſ. reſcript.* planè uno contrariorum poſito in potentia, ſi poteſt ſe habere ad duo contraria, potentia illa in contrariorum uno, non ſtatim deſtruit & tollit alterum, *l.* 1. *C. de furt.* Eberhard. *in top. in loc. à contrar. in fin.* Atqui mendax bonæ & ſinceræ intentionis non ut lædat, offendat, occidat, ſed proſit, conducat & redimat proximum, nec mendacii notam nec delictum aliquod conſequenter incurrit, cum affectus & voluntas maleficia demum inferant, *l.* 53. *ff. de furt.* Ergo.

Præterea cur ſervandi (ut canones in contrarium adducti explicen-
11 tur) hominis quam † ab hoſtibus redimendi cauſa mentiri, quam fœnerare minus ſit delictum, ut hoc obiter dicamus, illa, ut mihi quidem videtur, eſſe poteſt ratio, quod, qui captivi redimendi gratia fœnerat, priuſquam proſit, id eſt captivum redimat, nocet, uſuras videlicet extorquens, cum qui mentiendo hominem ſervat, proſit ei quem ſervat, ei verò, cui mentitur, nihil quicquam obſit, imò verò quandoq; proſit, quid enim ſi percuſſori hominem, cujus occidendi cauſa venit, ibi negem eſſe, ubi latere eum ſcio, profum percuſſori certè meo mendacio, nam efficio, ne homine occiſo, lege Cornelia teneatur. Vide Sixt. Senenſ. *in bibl. S. lib.* 5. *pag.* 40. ubi prolixè & admodum eruditè hoc thema pertractat & decidit.

Atq; tantum de mendacio in genere. Si de mendacio in ſpecie, quod affine & proximum eſt delicto, quæratur; prout jura in initio hujus capitis allegata,

legata, potissimum adhuc spectant, res † aliter jure expedita extat. Siquidem 11
enim mendacium ejusmodi in substantiali & negotio principali, de quo quæritur, non subsistit, sed saltem circa remota versatur, indicium sufficiens, quale inquisitio specialis desiderat, minimè inducit, Carr. *in pr. crimin. in 5. indic. num. 4. pag. 54.* Cravett. *consil. 260. num. 5. volum. 2.* Bursat. *consil. 92. volum. 2. num. 36.* Perinde est, si reus super facto antiquo interrogetur, qui postea convincatur mendacii, nempe quod magis errâsse quam mendacium dixisse existimandus sit, Cravett. *d. consil. 260.* Porrò si reus pro redimendo sanguine proprio mentiatur, ad torturam non sufficiens est indicium, *l. 1. de bon. eorum, qui ant. sent.* Blanc. *de ind. num. 265.* per regulam juris † commu- 13
nem: Quod illi nonnihil ignoscendum sit, qui quacunq; ratione sanguinem suum redimere voluerit, Dd. *in l. transigere, C. de transact.* Considerabit autem hic Judex, qua occasione, qua intentione reus mendacia dixerit, siquidem enim ex post facto apparuerit, reum nequitiæ & malitiæ plenum ad occultandam † veritatem, defraudendamq́; sacram justitiam mentitum fuisse, & quod 14
plus est, crimen nefandum & exceptum in quæstione versari, sanè cur aliud sentiamus, diversa juris ratio dictitat, posset n. quivis allegare redemptionẽ sanguinis, atque sic mendacii indicium nullius prorsus esset effectus & operationis. Quod tamen dici statuiq; jure non debet, *d. constit. Car. V. art. 37.* adeò, ut non pauci Dd. intrepidè doceant, mendacium ingens & magnum indicium doli & criminis alicujus commissi parere, ut etiam judex ad torturam ob mendacium ejusmodi procedere possit, etiamsi indicia alia † extrin- 15
seca non præcedant, Bart. *in l. fin. num. 3. & 4. ff. de qq.* Brun. *de indic. col. 2. vers. quæro an mendacium.* Hyppol. *in pr. crim. §. diligenter, num. 74. cons. Marpurg. vol. 3. cons. 12. n. 28.* Quemadmodum in genere dolus in eo præsumitur, qui, quæ vera non sunt, expressè asserit & affirmat, *l. si quis affirmaverit, §. 1. l. eleganter, § fin. ubi Bart. & Dd. ff. de dolo malo.* Carol. Ruin. *cons. 73. num. 1. vol. 3.* Vent. de Val. latè *d. loc.* quò demum spectant argumenta posteriora de non confidendis reorum relationibus sub tortura, &c.

CAPUT XXXV.
DE INDICIIS, QVÆ EX MINIS DEPROMUNTUR.

SUMMARIA.

1. *Minæ ad torturam indicium faciunt.*
2. *Si minæ paulò antè delictum præcedant, indicium pariunt.*
3. *Argumentum à modicitate temporis in jure frequens est.*
4. *Inimicitia capitalis minas adeoq; hoc indicium aggravat.*
5. *Inimicitia capitalis plerumq; habetur pro indicio remoto nunquam pro propinquo.*
6. *Minæ famæ subfultæ indicium plenum pariunt juxta nonnullos.*
7. *Minæ calore iracundiæ prolatæ non attenduntur, &c.*
8. *Marito permittitur uxorem in adulterio de-*

rio deprehensam occidere, qui tamen inde extra ordinem puniendus est.

9. Confessio judicialis calore iracundiæ facta non obligat.

10. Iuramentum, votum per iracundiam factum, non stringit.

11. Vicini actus delinquendi minæ dicũtur.

12. Quid importet hæc clausula minatoria: Jch will mich an dir rechnen.

13. Minantis persona quomodo consideranda sit?

14. Historia refertur de lycanthropo & melancholico quodam homine, ad rem spectans.

15. In quibus casibus Camera Imperialis minas attendat?

16. Super spolio non agitur ex constitutione fractæ pacis publicæ.

17. Mandata sine clausula non decernuntur ad solam partis narrationem.

18. Cautio à reo præstanda quotuplex in mandatis de non offendendo, & de cautela hujus cautionis vide ibidem.

19. Minæ quadrupliciter considerantur.

20. Locus Plutarchi de Iulio Cæsare recensetur.

1 PORRO minæ † quoque ad torturam indicium faciunt, *juxta l metum, C. quod metus caus.* Cyn. *in l. un. C. si quis imper. maledix.* copiosè Farin. 1. *cons. 22. per tot. p. 4. in tract. crim.* Eberhard. *in Top. in loc. à temp. ad temp. num.* 3. Marsil. *cons. 3. num.* 13. ubi ait: Quod tantò plus aggravent minæ, indiciumq; magis efficiant, quantò citius post minas emanatas delictum aliquod subsecutum fuerit, *d. loc. hinc gloss. in l. si in ventri, § fin. ff. de privileg. cred.* temporis
2 brevitatem † ejusmodi doli præsumptionem inducere statuit. Quam glossam hic singulariter allegant Dd. *ubi Bart. & Angel. hoc quoq; ad d. loc. inferunt*, ut siquidem Titius cum Sejo clanculum locutus fuerit, Sejus autem paulò pòst hominem occiderit, videantur colloquia illa clandestina de flagitio post-
3 modum subsecuto fuisse habita deducto argumento † à modicitate temporis. Quod indicium æquè Titium ac Sejum aggravat inde, quod Titius consilium dedisse existimetur Sejo, Bald. *in l. 1. C. de serv. fugit.* Alexand. *consil. 69. volum. 2.* Angel. *in l. si cum dotem, § si mulier. ff. solut. matr.* ubi & hoc inferunt: Quod siquidem debitor delegaverit creditori suum, isq; delegatione facta mox auffugerit, vel bonis cesserit, delegans præsumatur esse in dolo, nec liberetur delegatione vel cessione facta: Atq; hoc indiciũ tantò fortius stringit,
4 quoties probari poterunt inimicitiæ † capitales, quæ etiam ex injuriis verbalibus dicuntur oriri, Bald. *in cap. veniens, in fine, de jurejur.* Marsil. *d. loc. nu. 16.*
5 *& seqq.* Quanquam alias inimicitia † capitalis vulgò habeatur pro indicio remoto, rarò aut nunquam pro propinquo & speciali, quod aliter notari potest,
6 Marsil. *cons. 72. num. 12.* propter famam † tamen minis adminiculantem reum torqueri posse statuit Gand. *in tract. malef. tit. de præs. & ind.* Sed nec hæc sententia quoque approbanda est per rationem vivam: quod duo vel plura indicia generalia ad torturam non sufficiant sine indiciis propinquis & specialioribus, per ea quæ latè diximus *in cap. 28.*

Considerandum autem est hoc in loco, quibus circumstantiis & qua occasione, qua fronte & animo minæ allegatæ prolatæ & dictæ fuerint. Voluntas enim & propositum delicta distinguunt, *l. 53. ff. de furt.* Quapropter vulgò

vulgò placuit, ut quæ minæ iracundiæ calore prolatæ fuerint contra aliquem,
in ea causa non sint ut indè minator indiciis præsentibus † jure prægravetur, 7
c. si quis iratus, 2. q. 3. neq; enim præsumendum verba confestim subsecutura
verbera, uti *ex l. ob hæc verba, ff. de his, qui not. infam. loquitur* Marsil. *d. loc. n. 6.*
& 7. extat hac de re perelegans locus Sophoclis in Oedipo. *pag. 263.*

Multæ minæ, multa inania verba,
Per iram effunduntur, sed mens quando
Ad sese rediit, evanescunt tales minaces voces, &c.

Vide Carer. *in pract. crim pag. 59. ibi:* homo bonæ famæ nec solitus minas
exequi, non facit indicium, & maximè, si calore iracundiæ prorupisset ad ta-
les minas. &c. Planè quod inconsulto calore fit, calumnia caret, *c. 2. q. 3. l. 1.
§. quæri, ff. ad senatus consult.* Tulpillianum, hinc Aristot. *5. mor. c.* 8. Quæ ob
iram aliasq; animi perturbationes accidunt (*ait*) etsi irati injuriam quidem
committunt, non tamen indè injusti & pravi † censendi sunt adeò, ut per- 8
missum sit marito uxorem in adulterio deprehensam occidere, *l. nec in ea, §.
fin. ff. de adult.* qui inde non ordinaria legis Corneliæ sed extraordinaria qua-
dam pœna, quæ exprimitur, *in l. 38. de adult.* plectendus est. Sic confessio ju-
dicialis † calore iracundiæ facta non obligat, *gloss. in c. ex literis. de divort.* ne- 9
que juramentum per iracundiam præstitum, *l. 2. C. ad Jul. Majest.* & sicut de
jurejurando imò nec votum calore iracundiæ promissum valet, *gloss. in c. du-
dum de convers. conjug.* contractus † deniq; & pacta per iracundiam inita 10
jure non subsistunt, *l. licitatio, ff. de public. gloss. in l. 3. ff. de divort.* Sed ad mi-
nas revertamur: Meminisse hoc in loco & illud oportet, quod minarum ap-
pellatione, quæ latè patet, etiam comprehendantur viciniores delinquendi
conatus, ut cum quis levaverit manum adversus Titiũ † similis percussuro, 11
Dd. in l. itẽ apud, §. 1. ff. de inj. Petr. Roiz. *in decis. lituan. decis. 3. n. 94* Quæ minæ
& impunitæ sunt, juxta *l. Corneliam. de sicariis,* Marsil. *in l. is, qui n. 20 Cod. de si-
car.* licet injuriarum actionem generet, *d. l.* item apud. & ad hanc minarum
actionem seu classem haud pertinent, Petr. Roiz. *d. loc.* Et quanquã etiam mi-
næ sint suo modo, si quis dixerit etiam animo haud perturbato & iracundo,
Jch will † mich an dir rechen / Jch will es gedencken / Jch will es eiffern / ꝛc. 12
non tamen indicia pariunt hæ minæ, neque enim pro diffamatione habendæ
sunt, Bald. *in consil. 98.* Alexand. *consil. 188. vol. 7.* Decian. *consil. 4. vol. 8. vide
cap. 9. n. 8.* Ratio est, quod hujusmodi minæ intelligi etiam possint de vindicta
legitima haud violenta & propria manus injectione, prout ita explicandas es-
se tradunt, *Dd. d. loc.* interpretatio enim in re dubia & obscura fieri debet in
partem mitiorem & meliorem, *c. estote. de R. J.* Considerandа verò hic est per-
sona minantis, an consueverit minas exequi judicialiter, sive extrajudiciali-
ter vi & violentia, imò an reus temerè & thrasonicè vel etiam quâdam men-
tis depravatione soleat † minari, neq; enim minæ elusoriæ & frigidæ timen- 13

dæ sunt, *l. hæ autem, ff. si cui plus quam per leg.* Falcid. *& c. l. metum, ff. quod met.*
14 *caus. gloss. in l. si quis, §. planè, ff. de pet. heredit.* Homo lycanthropia † laborans in Italia aliquando medico celebri oblatus fuit, ut curaretur, qui partim excoriatus erat à rusticis, quibus minatus erat dira & grandia hæc, quasi eos devorare vellet, rustici experientiam facturi an lycanthrophus versipellis esset, ita enim vulgus opinatur, inde ut dixi malesano penè cutis detracta fuit, refert Camer. 1. *medit. hist. cap.* 72. Cæterùm in Camera atq; etiam in dicasteriis statuum Imperii mandata sine clausula de non offendendo solent decerni contra minitantes atq; diffidantes reos. Camera uti bannum usurpat tam contra minantes Imperii status, quam etiam privatos homines, quod inferiori post cameram judicio, excepto Rotweilensi, haud licet, mandata ejus-
15 modi sub pœna banni † plerumque decernit & exequitur, atque id demùm, si pax publica una læsa fuerit, reo scilicet hominibus coadunatis, ut vulgò loquuntur, grassante, vi & vi armatæ, atque sic rei prorsus illicitæ & scandali plenæ operam dante, sin spolium unum atq; alterum saltem fuerit subinde com-
16 missum, alia juris ratio † dictitat, ne super fracta pace adeoque nec ad bannum exequendum jure procedatur, Andr. Gail. 1. *observ.* 4. *&* 1 *de pp c.* 3. Qui inferior magistratus mandata pronunciandi potestatem, mandata de non offendendo habet, ea non nisi de minis atrocioribus edoctus, mandata hæc de-
17 cernere debet, prout in genere mandata sine clausula ad solam impetrantis † narrationem rarò vel nunquam emanare debent, juxta communem curiarum stylum, qui pro lege servandus & sequendus est, per vulgata, *c. ex gravi. de crim. falsi.*

Cautio, quam stylus quandoque hic exigit, quadruplex esse solet, vel
18 enim eam 1. personæ persona † præstat, *l. denunciamus, C. de his, qui ad Ecclesiam confugiunt.* 2. vel personæ rei litigiosæ, *l. si super, C. de transact.* 3. Nonnunquam & res personæ, *l. qui bonæ, §. quidam, ff. de dam. infect.* 4. Et res rei cavere tenetur, *unde tot. tit. ff. de dam. infect.* ubi hanc cautelam tradit Carer. *in pract. crim. pag.* 60. ut recipiatur de non offendendo cautio simpliciter, non expressa personæ mentione. Qui enim simpliciter cavit, adstringit fidejussores ad quosvis insultus, & molestias, quamvis persona non realiter offendatur, percutiatur. Hoc nota, quod minator occidi possit ab eo, cui minæ atroces fiunt, quoties is homo sit levis & qui soleat minus exequi, neque distinguitur sive confestim post minas, sive ex intervallo cædes subsequatur, Bald. *in l.* 1. *C. quand. lic. unic. sine jud.* ut minator malum, quod aliis inferre volebat, ipse incurrat, mortem, quam aliis minabatur, ipse excipiat, *d. l.* 1. hinc est, quod coloni milites pagatim discurrentes & furantes jumenta occidere impunè possint, Andr. Gail. 1. *de pac. publ. cap.* 4. *num.* 38. *&* 39. ad probandas minas (quod quoque hic est speciale) admittuntur testes speciales, Carer. *d. loc. in fine, pag.* 60. Cæterùm minæ pro subjecta materia quadrupliciter considerari

rari quoque possunt, quarum aliæ 1. sunt † concussionis, *l.1.C. de concussione*, 2. impressionis, Alexand.*cons.156.num.5.& cons.98.num.4.vol.3.* ubi impressionem factam dicimus, etiamsi incarceratio nondum appareat, *l.3.ff.ex quib.caus.majores, &c.* 3. violentæ suspiciones, quæ ex diffidatione facta, & inimicitiis capitalibus & personæ minatis qualitate resultant, *d.l.metum, C.de his qu. vi met.caus.* ubi Bart.Panorm.*in c.1. num. 3. de off. deleg.* Refert Plutarchus de Julio Cæsare in ejus vita, quod cùm admoneretur, ut sibi caveret à Crassis † (inimicis capitalibus suis) id est, à Galba, ejusq; asseclis, quia Galba Cæsar, Crassus cognomine appellitatur; Respondit, non equidem à crassis, sed macilentis mihi cavendum: indicans hostes fore sibi Cassium & Brutum, qui macilenti nimis erant, neque fefellit eum opinio, quia ab his occisus fuit, &c. *Hæc obiter.*

CAPUT XXXVI.

DE INDICIIS, QVÆ EX BANNO ET excommunicatione resultant.

SUMMARIA.

1. *Cur bannum sacrum appellaverit antiquitas.*
2. *Banniti omnia humanitatis jura perdunt digni, quibus pontus tellusq; negetur.*
3. *Bannum indicium quæstioni parit.*
4. *Bannitus habetur pro convicto & confesso.*
5. *Bannitus causas civiles ante bannum cœptas potest prosequi judicialiter.*
6. *Omnis citatus tanquam legitimus contradictor audiri debet.*
7. *Quod contumacia abstulit, hoc restituit paritio & obedientia.*
8. *Bannum contumaciæ comparente bannito, resolvitur in simplicem citationem.*
9. *Relaxatio banni ob contumaciam facilè debet decerni.*
10. *Bannitis similes sunt excommunicati.*
11. *Banna Atheniensium describuntur.*
12. *Modus excommunicandi solennis describitur.*
13. *Qua solennitate bannum imperiale promulgetur?*
14. *Quare bannum & excommunicatio hodie flocci pendatur.*
15. *Ecclesia occidentalis solita fuit Romanorum hæreseos condemnare, & hæc eam vice versa.*
16. *Cadaver Henrici IV. stetit ad quinquennium inhumatum propter excommunicationem.*
17. *Henricus IV. in extrema paupertate mortuus est.*
18. *Henricus 62. acies feliciter commisit.*
19. *Iulius Cæsar 52. Marcus Marcellus 30. acies commisit.*

APud Romanos 8. pœnarum genera fuisse in usu scribit Fr. Patric. *lib.3. de instit. Respubl.* nempè exilia, vincula, mulctas, quæ damna dicebãtur, verbera, talionem, ignominiam, servitutem & mortem, perrarò autem mortem naturalem, præterquàm parricidis, perduellibus & latronibus illatam fuisse, idem testatur *d. loc.* quo alludunt Innocent. *in cap. qualiter, cl. 2. num. 6.* & ibidem Felin. *num. 23. de accusat.* dicentes, de jure civili septem esse pœnarum

genera, tria capitalia, quatuor non capitalia, *l. capitalium, ff de pœnis, & l. aut damnum, ff. eod.* inter pœnas non capitales potissimùm connumerarunt ban-
1 num ex delicto vel contumacia † descendens, quod sacrum, id est, execrandum & detestandum antiquitas appellabat, Plaut. *in Bachide. ibi:*

Men' criminatus est, optime est, ego sum malus,
Ego sum sacer scelestus. & Horat. *lib. 2. serm. Saty. 3.*
Præterea ne vos titillet gloria, jure—
Jurando obstringam ambo, uter ædilis fuerit, vel
Vestrum Prætor, is intestabilis & sacer esto.

Unde Jul. Cæsar *lib. 2. comment.* si quis, *inquit*, privatus aut publicus eorum decreto non stetit, sacrificiis interdicunt, hæc pœna apud eos est gravissima, quibus ita est interdictum, ii numero impiorum ac sceleratorum habentur, ab iis omnes discedunt, aditum sermonemq; defugiunt, ne quid ex contagione incommodi accipiant, neque iis petentibus jus redditur neq; locus ullus communicatur. Moribus hodiernis, vigore constit: pacis publicæ deportatis, quibus aqua & ignis interdicebatur, banniti illi similes sunt, qui
2 omnia † humanitatis jura, officia & commercia produnt, & extra clientelam & protectionem Cæsaris & S. R. Imp. statuum existunt, transfugæ, & rebelles, imò aperti Imperii hostes, digni quibus pontus tellusque negetur, *l. 2. ff. de pœn. l. fin. ff. eod.* Hypp. de Marsil. *consil. 57. num. 28.* Gail. *de pp. c. 1. 2. 3. & seqq.* Ut dubitandum non sit, quin si proscriptus ab Imperio, diffametur
3 criminis pendente † banno, commissi, reus propter bannum, cui innodatus est, prægravetur suspicione plusquam sinistra, faciatque ad torturam indicium ejusmodi proscriptio, Carer. *in pract. crim. pag. mihi 51.* Alber. de Rosat. *in tr. de statut. lib. 4. q. 54.* ubi quod plus est statuit; nempe proscriptum ob maleficia si denuò is accusetur, confestim puniendum esse, *per l. raptores, Cod. de*
4 *Episcopis & Cler.* hinc vulgata juris maxima. Quod bannitus † habeatur pro confesso & convicto, Bald *in tr. de statut. §. bannitus. pag. 92. n. 10. & 39.* ubi dicit bannitum propter homicidium, si propter aliud homicidium posteà in jus vocetur, haud audiendum esse. Sed res utcunq; se habet, non ἁπλῶς, quod ita adseritur, statui debet, quanquam enim bannitus ex eo, quod bannum incurrit, præsumatur vir pessimus summeque nocivus & ad delicta committenda proclivis, non tamen inde sequitur, ipsum idcircò condemnandum sine omni litis strepitu. Cùm enim proscriptus jura gentium retineat, per ea quæ infrà sequentur, sanè nulla juris ratio aut æquitatis benignitas dictitat, vel
5 suadet, ex sola diffamatione condemnandum esse † bannitum, in tantum quod bannitus causas civiles ante bannum cœptas possit judicialiter prosequi. Bart. *in l. 71. ff. de fidejuss.* quod tamen Gail. strenuè impugnat *de pp. 2. c. 12. num. 12.* Sed de reo hic quæstio potissimum est non de bannito actore vel accusatore: bannitum jura naturalia manere integra in confesso est. Quo posito sequi-

to ſequitur hoc: defenſionem quæ juris naturæ eſt, eidem haud eſſe dene-
gandam, *cl. paſtoralis. de ſentent. & re jud. arg. l. 3. & ſeqq. ff. de jur. & jur.* hinc re-
gularia juris brocardica: Citatum omnem tam in criminali quam civili cauſa
tanquam legitimum contradictorem audiendum eſſe. Quoniam perſona † 6
banniti vel citati vel ad tribunal vi pertracti, adeò habilis efficiatur, ut banni
exceptio exceptiones rei, ſi quas juſtè habet, nulla ratione infringat vel planè
deſtruat, ſatisq; abſurdum videretur accuſatore impugnante, reo accuſatio-
nis facultatem denegare, quia ſic condemnaretur multoties abſolvendus, *c.
cum inter. de except.* ubi Felin. Bart. *in l. fidejuſſor, §. ſi neceſſ. ff. qui ſatisdare co-
guntur.* Quod verò dicebatur bannitum in genere pro confeſſo & convicto
habendum eſſe, id variè limitat Bald. *d. §. bannitus. n.* 10. 16. *& ſeqq.* Tiraquell.
in tr. ceſſ. cauſ. p. 1. n. 59. ubi ſtatuit: Quod quantum contumaciæ bannum atti-
net, illud nedum obſtare † bannito agere volenti, quoties reus eam purga- 7
verit, ſeque viciſſim ſtiterit judicio juxta illud: Quod contumacia abſtulit, re-
ſtituit obedientia, vide Carer. *in pract. crim. pag. mihi* 51. adeò ut ſiquidem
bannitus de banno ſupplicaſſet principi, judici qui bannum decrevit, reſcri-
benti, ut provideat de juſtitia, indicia hæc ſiſtantur, Carer. *d. loc.* Perinde eſt ſi
provocaſſet à banno volens purgare contumaciam, unde bannum inflictum,
vel ſeſe exonerare crimine, quo inculpatur. Proinde Bald. *in l. 1. C. de poſtul.* ait:
quod ſententia propter contumaciam ſit ejus naturæ, ut eouſq; ſaltem duret,
quamdiu contumacia perſiſtat. Quapropter † bannum indè decretum com- 8
parente ſeque purgante reo reſolvitur in ſimplicem citationem, Bald. *d. loc.*
vid. Gylm. *tom. 2. deciſ. cam. pag.* 58. Gail. *de pp. c. 6 lib. 2. num. 2. & ſeq. ibi:* pœna
impoſita ratione contumaciæ limitatur & reſtringitur ad limites contuma-
ciæ. Ergò purgata contumacia pœna ultra ſuos limites extendi non debet,
quia ceſſante contumacia ceſſat † ipſum bannum, *cap. ex literis, ext. de conſtit.* 9
ut itaq; banni hujuſmodi relaxatio de facili poſſit ac debeat impetrari, etiam
invito adverſario, *d. cap. ex literis:* Quod ipſum de banno propter famoſum
aliquod delictum vel pacem publicam violatam reo illato ſecus ſe habet, idq;
communi & optima ratione, nempè ne delicta maneant impunita, *Ordin.
Camer p. 2. tit. 38. §.* So auch / *& l. div. fratres, & l. relegationi, ff. de pœn. l. bona fi-
des. ff. depoſ.* etſi Adrian. Gyl. *d. loc. pag.* 56. tradit, quoad effectum & pœnam ni-
hil intereſſe inter bannum delicti & contumaciæ, Ludovic. Carer. *d. pag.* 51.
Sed quid ſi bannitus ab uno officiali capiatur ab altero, pro eodem vel diver-
ſo delicto, an bannum illud faciat indicium coram judice novo, ubi inculpa-
tur bannitus? Quæ quæſtio licèt thema principale complectatur, indeq; ſit
decidenda, non tamen abſq; diſtinctione eam deciſam relinquit Carer. *d. loc.*
Nam, ait, bannitus dum capitur, reſiſtit lictoribus, & indicium hinc genera-
tur evidens, ſin injuſtè capitur, aliter dicendum erit. Porrò diſquirit de ban-
nito denuò capto. & dilapſo, an inde indicia oriantur. Et diſtinguit, an juſtè
incarce-

incarceratus ſit bannitus, nec ne? hoc caſu indicia naſci dictitat, & quæ alia themata ab eodem introducuntur, quo lectorem remitto.

10 Cæterùm quia † bannitis vulgò comparantur excommunicati, de utroque hominú genere par, idemq; erit jus & indicium, Tiraquell. *de retract. §. 1. gloſſ. 9. num. 271. & in tract. ceſſ. cauſ. p. 1. nu. 59.* Hebræis excommunicati dicuntur apoſynagogi, quaſi extra ſynagogam pulſi, Bud. *in l. 2. ff. de pœn.* quam execrationem fuiſſe priſcam illam atteſtantur antiquitatis obſervatores, quâ A-
11 thenienſes fuêre ſoliti devovêre furiis infernalibus, qui † erranti non monſtraſſent viam, vel ubi quis vidiſſet peregrinum in itinere periclitantem, cumque ſalvare potuiſſet vitam hominis, id neglexerit, contra quem pœna capitalis ſuffragio communi decreta fuit. Diod. Sicul. 2. *cap.* 2. Thucidides *lib.* 2. Excommunicatio æquè ob contumaciam uti bannum decerni poteſt ac ſolet, *qua de re infra.* Jure Canonico triplex ſtatuitur contumacia Canonica, ut 1. cùm citatus ad Concilium vel Synodum non comparet. 2. ſi malitioſè latitat 3. & ne ad ſeſe pervenire poſſit citatio, efficit, vide Joan. Wolff. *in lect. memor. tom. 2. pag* 41. Cauſa verò excommunicationis injuſta & frivola, excommunicationem ipſo jure evacuat & annullat, Bald. *in l. 23. ff. de teſtam.* Stylus excommunicandi communis & inuſitatus hic eſt: Sacerdotes 12. Epiſcopum verba excommunicationis recitantem circumſtant lucernas, vel faces ardentes in manibus tenentes ſinguli, quas, ubi jam anathema pronunciatum fuerit, in terram projiciunt, pedibusq; conculcant. Deinde per omnes
12 diœceſes † diploma mittitur, promulgatur & denunciatur ſcriptis publicis, quò omnibus innoteſcat, & nomen excommunicati, & cauſa excommunicationis, Spec. *in §. ſententia, lib. 2. p* 3. *num. 29.* Gail. 2. *de pp. c. 6. num.* 21. quem ritum æmulatur, & partim ſequitur Camera bannum pronuncians & emittens. Protonotarius enim vel fecialis ſchedulam, in qua ſententia banni continetur, recitatâ ſententiâ, in fruſta rumpit, & in terram projicit, & deinde
13 ſententiæ † contenta per publica diplomata ad valvas Eccleſiarum vel curiarum in loco domicilii, ubi reus degit, publicè affigit, & palàm conſpicienda proponit: Quo ſolennitatum rigore, tùm banni, tùm excommunicationis atrocitas deteſtanda, ſatis ſuperq; depingitur. Cæterùm quod floccipenda-
14 tur juriſdictionis utriuſque hoc ſeculo ſeveritas † & diſciplina, id adſcribendum, & pertinaci hominum malitiæ, & iniquis ipſorum judicum ſententiis, qui vel ambitione, inimicitia praviſq; affectibus banna & excõmunicationes ſibi temerè uſurpant Refert Joan. Wolff. *p. 1. lect. memor. p.* 53. Eccleſiam Orientalem ſolitam fuiſſe excommunicare Eccleſias Occidentales, cumpri-
15 mis verò Romam in † Dominica Quadrageſima, hanc viciſſim illam eodem pacto damnâſſe, & damnare quotidiè quotquot Statuta, Concilia, Canones ejus ex omni aſſe non recognoſcunt nec ſuſcipiunt, idem *d. loc.* ambitionis & iniquitatis exemplum ſuppeditat, ut alia taceam, tragica illa & miſerabilis

Chri-

Christianissimi Henrici IV. † excommunicatio inde resultans, quod inve- 16
stituras prælaturarum Coronæ Imperii non immeritò adsciscceret, cujus cadaver Spiram delatum, in lapideo busto extra Ecclesiam sterit inhumatum per quinquennium, Joan. Bar. propter confessionem Evangelicam in Anglia combustus *in libell. de Pontif. in vita Pasch. II.* compellavit excommunicatus ille paulò antè obitum, Episcopum Spirensem ad dignitates quondam evectum à sese, ut præbendam aliquam sibi concederet, ne mendicare vel fame perire cogeretur, expulsam autem ferens, in proximum pagum Spirensis ditionis secessit, ubi omni ope humanâ destitutus, † præ animi anxietate & e- 17
gestate, miserè in fata concessit. Referunt † annales Henricum hunc sexa- 18
gies & bis in aciem belli civilis à Pontificibus suscitati, descendere coactum fuisse, Bapt. Egnar. quem refert & sequitur Car. Molin. *in comm. ad d. Henric. II. Regis Franc.* contra parvas datas curiæ Roman. *pag.* 201. Joh. Spinæ. *de tranquill. anim. lib.* 7, *pag.* 379. prælia adscribit sexaginta Henrico IV. cum Pontificiis † commissa, cum alias prælia quinquaginta duo Julium, Marcum 19
Marcellum triginta commisisse constet, Car. Molin. *d. loc.* In eandem fati calamitatem, nisi graviorem incidit quoq; Carolus Crassus excommunicatus, & omni dignitate privatus penè interiit fame, mortuus pauper sine honore in Augeo majori monasterio, prope Constantiam, humili & abjecto monumento sepultus 2. Idus Jan. Anno Christi 888. Res digna spectaculo & magnis Principibus animadvertenda, humanæ sortis insigne exemplar, uti ait & hanc rem describit Joh. Wolff. *tom.* 2. *lect. p.* 474. Porrò taxans banni & excōmunicationis pristinæ abusum & levitatem, idem refert Joh. Wolff. *tom.* 2. *lect. mem. pag.* 290. dixisse aliquando Episcopum alicui conjugato jam excommunicando: si voluisses rem habere, aut libidines exercere cum Diabolo, scortis masculis vel brutis, absolveremus te utiq; à peccatis, sed quoniam uxorem duxisti, cogimur te excommunicare & tradere Diabolo. *Hæc ille.*

Causa (inquam) istorum præliorum sola fuit majestatis & eminentiæ imperii R. adversus tyrannidem Papalem conservatio ac justa defensio, cui sese opponentes Pontifices, in tantam excommunicationis rabiem, quæ adhuc durat, degenerârunt. Invehitur in ejusmodi excommunicationes Panorm. *de rescript. cap.* 41. *& lib.* 3. *de cens. c.* 6. ex hisce colligi datur, ait Johan. Wolff. *tom.* 2. *lect. memor. pag.* 39. eos, qui Ecclesiæ præsunt in absolvendis puniendisq; subditis, multifariam posse delinquere, fit enim plerunq;, quod à Gregorio *homil.* 15. prolatum est & à Gratiano in decretis repetitum, ut judicis locum tenent, cujus ad locum vita minimè concordet ac sæpe agitur, ut vel damnet immeritos, vel ipse alios ligatus solvat, & sæpe in ligandis subditis atque solvendis, suæ voluntatis motus non autem causarum merita sequatur, atq; ob id ligandi solvendiq; potestate sese privet, mortificando animas, quæ non moriuntur, & vivificando, quæ non vivunt. *Hæc ille.* Thomas de

Aquin. *dist.* 18.*lib*.4.*sent*. reprehendit & taxat abusus excommunicationum nec non Scotus *dist*.19.*lib*.4.*sentent*. excommunicationem Pontificum vocat fatuam. Ut nec immerito Concilio Agathensi statutum sit, ne levi de causa & perperam decernantur excommunicationes. Quocirca Thom. *d.loc.* excommunicationis causas binas statuit solummodò, ut 1. peccatum morte æterna dignum 2. contumaciam. Scotus & Scholastici alii conjungunt hasce causas, ne scilicet ob peccatum mortale infligatur excommunicatio, nisi quoque accedat & concurrat contumacia, Scoti verba sunt *dist.* 25. *d. lib. sent.* neq; à jure neque à judice infligi debet excommunicatio pro quocunq; peccato mortali, sed gravi, & cui annexa est contumacia, vide Theod. Reinkingk *de reg. sec. & Eccles. lib.*3.*class*.2.*c*.2.*n*.23.*ibi:* Quamobrem mucro ille non temerè stringendus, siquidem experientia compertum est, ex temerario banni usu contemptum potius quam formidinem oriri.

Hinc inter alia gravamina contra Hadrianum VI. & clerum Romanũ; Imp. Rom. statuum querela Noribergæ Carolo V. exhibita, qua de re Joh. Wolff. *tom.2.lect.memor.pag.* 214. *gravam.* 34. *ibi:* Item Romæ cæterisq; in locis per Archiepiscopos ac Episcopos, aut certè eorum Ecclesiasticos judices, multi Christianorum ob causas prophanas, ob pecuniæ denique ac turpis quæstus amorem excommunicantur: multorumq; sed eorum in fide infirmorum cõscientiæ per hoc aggravantur, & in desperationem pertrahuntur: ac deniq; ob pecuniæ, lucrive tantulum, aut alioqui res minimi precii, ad internecionem usq; animæ, corporis, honoris, atq; rei familiaris, contra divina humanaq; jura, perducuntur: Quandoquidem nemo, nisi ob cõvictum hæreseos crimen, excommunicationis gladio feriendus, aut pro secluso à Christiana Catholicaque Ecclesia, sacris literis testantibus, reputandus est.

Ea propter S. Rom. Imperii principes, ac status laici rogant, ut pontificia sanctitas, tanquam fidus, Christianus, ac pius pater, velit præfatum onus banni seu excommunicationis, apud sedem Rom. penitus abolere, ac apud cæteros Archiepiscopos, Episcopos & eorum judices Ecclesiasticos ablegare, tollere, deniq; ita sancire, caveréq;, ut nemo ullam ob causam, quam manifestum ac convictum hæreseos crimen, & quantum ad sacrosanctam Christi fidem attineret, excommunicationis fulmine feriatur, aut pro secluso à Christiana ac Catholica Ecclesia habeatur.

Periniquum siquidem est, fideles Christi ob temporalium bonorum, lucrive, aut deniq; ullam aliam humanarum constitutionum transgressionem, excepta hæresis perfidia, à Deo Opt. Max. suaq; Ecclesia Catholica excludi, sejungi, separariq;.

CAPUT

CAPUT XXXVII.

DE INDICIIS, QUÆ EX ABNEGATIONE NOMINIS, patriæ & familiæ descendunt.

SUMMARIA.

1. *Nominis patriæ & familiæ abnegatio indicium quæstioni parit.*
2. *Nomen mutari potest, siquidem id sine dolo fiat.*
3. *Notarius an nomen possit mutare?*
4. *Suspicio falsi pro ipsa falsitate habetur.*
5. *Quid si nomen hominis eventu sit mutatum?*
6. *Error nominis non corrumpit institutionem hæredis.*
7. *Institutio Iacobi loco Esau jure civili improbatur.*
8. *Mutatio nominis dolosa delictum est.*
9. *Mutatio vestium dolosa rasura barbæ, &c. indicium quæstioni partit.*
10. *Recensetur hic lepida historia.*
11. *Turpe & malignum rei nomen indicium facit.*
12. *Nomina pulchra eligenda sunt, ubi notatu digna referuntur.*
13. *Traditur distinctio, quando argumentum à nomine sit probabile.*
14. *Nomen proprium seu baptismale nullâ ratione debet mutari.*
15. *Pontifex Romanus cur nomen mutet?*
16. *Ratio nulla reddi potest, cur Pontifices nomen Petri non assumant.*

ACCIDIT sæpenumero, ut qui deferuntur vel accusantur rei, illibenter & difficulter confiteantur nomina, patriam, unde oriundi sunt, parentes, liberos, amicos. Quapropter dubium non est, quin si de veritate constiterit, aliterq; se res habeat, quam rei fatentur nuper capti, non tam propter mendacium, quod per se † indicium parit, quàm per negationem nominis, ne ce- 1
latâ hac occasione mores sontium in apricum transferantur, rei indiciis ad torturam, concurrentibus specialioribus rerum argumentis, iisq; satis superque urgentibus, qua de re suprà *cap.* 32. sat maturè prægraventur. Sic Martinus Tillius, qui se Martinum Guerram appellitans thorum alterius conjugalem subdolè intravit, procul omni dubio, falso nomine delecto pridem quęstioni expositus, & jure † condemnatus fuit, *vide suprà, cap.* 34. Quanquam 2
verò mutare nomen liceat, modo dolus malus absit in causa civili, *l. unic. C. de mutat. nom.* tantum tamen abest, ut ad elidendam veritatem, quando de criminibus agitur, ad defraudandum, nocendum delinquendúmve, sit permissa, quin potius periculosa & ex omni asse suspecta sit nominis proprii vel appellativi suppressio, *Dd. in d. l. unic. C. de mutat. nom.* Etenim contrariorum contraria est ratio jus & judicium, *argum.* §. 1. *Instit. de his qui sunt sui vel alien jur.*

Alias Notarius, actuarius, vel Scriba publicus, nomen falsum actis adscribens non inde pœnam nec fraudis † suspicionem incurrit, Bald. *in l. nec* 3
exemplum, C. de fals. Pet. Royz. *in decis. Lituan. decis.* 2. *num.* 22. nisi antehac falsas literas vel acta falsa dolo malo conscripsisset, *l.* 5. §. 6. *ff. de re milit.* Bertrand. *consil.* 4. *num.* 11. *vol.* 2. Quinimò uti nomen subticeri non debet, quo-

ties expressio ejus exprimitur, ita nec locus, patria, natales dissimulari. Bertrand. *d.loc.* ubi ait: Quod nomen Canonicorum præsumatur falsum esse, nisi fiat mentio, cujus Ecclesiæ dicantur Canonici, ita multo magis suspectus est laboratq; præsumptione sinistrâ, qui cum adserit se originarium certi alicujus loci, provinciæ, regionis, urbis, pagi, neq; tamen familia, quam nominat sibi convenire, ibidem reperiatur. Cum par causa producat jura paria, per
4 notissima, &c. Atq; hinc est, quod suspicio falsi † pro ipsa falsitate habeatur, donec contrarium probetur, *argum. l. jubemus, C. de probat.* Bertrand *d. consil. 4. num 8. vol. 2.* Alexand. *in rub. num. 9. C. de solut.* Boër. *decis. 13. n. 24* ubi statuunt: Quod licet nomen certum sit alicujus hominis, non tamen inde probetur patria, unde quis sæpenumero nomen habeat. Emanuel Suarez *in thes. recept. sent. pag. 156.* Sed quid si familiarum vel personarum nomina eventu
5 † fuerint mutata, & testes super indiciis rogati, deponant reum ita nominari, reus communiter verò aliter dicatur, appelletur? Vide Bald *in tr. de testib. p. 5.* Bart. *in l. demonstrat. ff. de cond. & demonst.* De mutatione titulorum, qui symbola sunt & indicia dignitatum, respondeo: Cum vix sine falsi suspicione mutatio hæc contingat, utiq; respiciendum esse judici, quo animo reus titulum sibi usurpet alienum, vel superiorem statu suo, refert Gylman. *in decis. Cam. tom. 2. in verbo Judæus, pag. 163.* in Camera decreta fuisse mandata sine clausula contra Judæum aliquem, qui se vocitârat ducem Hebræorum. D. Wilhelm. Antonii *in tr. de rescript. morator. conclus. 19. n. 52.* Nihil hic de magnatibus scribam, qui proscribere valent, tot tantosq; titulos sibi temeritate quadam arrogantes. Si privatus ad defraudandos homines falsum sibi sumit titulum falsosq; honores, æquè tenebitur, uti ille qui falso utitur cognomine. Cum parium eadem sit indoles & natura, ut loquitur Andr. Knichen *de sublim. terr. jur. c. 1. num 30.* Sin publicus, hæsitabo: nempe qui pejerare non præsumitur, nisi magnis convincatur argumentis, *vide* Farinac. *de test. lib. 2. tit. 6. quæst. 6. 3. cap. 2. & 3.* arrogantia stoliditatis mater crassos & indomitos peperit titulos, modestia sterilis, quæ nec tamen gloriæ expers, magnalia nescit, hinc tituli submissiores & clericorum & laicorum prisci: Sigfridus sola miseratione divina episcopus, &c. Joan. Wolff. *tom. 2. lect. mem. pag. 270.* Sylvester misericordia Dei Papa & Patriarcha magnæ urbis Constantinopolitanæ. Idē. *d. loc. pag. 945.*

Porrò wir N. von Gottes Verhengnuß Abtte / vnd wir Prior vnd Convent des Closters N. S. Bernhard Ordens vnd Tituls / Jacob. Heerbrand. *in refut. def. assert. Jesuit pag. 28.* de majoribus titulis sic scribit Erasmus: ambitiosa nomina si coguntur ferre aures modestæ, animus certè non agnoscat, *in milit. Christian. pag. 159.* Quanquam ita in rebus humanis sit comparatum, ut immoderati honores laudesque levitatem animis etiam modestissimis quibusq; adferant, ut se jam tales esse, quales prædicantur, existiment, ex Dione *lib. 44.*

*lib.*44. refert Warem. ab Erenberg. *in tr. de regn.subsid. & oner.subdit.cap.*8.
*num.*5. Sed quid in causa civili? quanquam non nominetur persona contrahens certa, siquidem tamen de corpore vel persona contrahentis liquidò apparet, non viciatur nec corrumpitur inde conventio vel † scriptura, *l.cum* 6
potest, §. *cum imperfecta.ff.ad SCtum Trebell.* Jacob.de Aren.*super,ff.de stat.lib.*
pag.mihi 164.non secus ac si de institutione heredis agatur, quoties dubium est, ecquis revera heres sit non expresso nomine vero heredis, quo casu placuit, non nominis, sed corporis errorem viciare heredis institutionem, *l.9.*
ff.de hered.inst Unde apparet † institutionem Jacobo, loco & vice Esau fa- 7
ctam, subdolam & perversam, juri civili inimicam, & exosam esse, *d.l.9*.legitur institutio ejusmodi, *Genes.c.*27.*&c.*

Cæterum si quis nomine alieno se agere vel acturum dixerit, non creditur eidem, neque conceditur dilatio ad producendum mandatum, *l.si quis alterius,C.ubi in rem actio.* Sic qui in judicio asserit alieno nomine se possidere, perinde est, *dict.l.si quis.* Jacob.de Aren.*d.loc.pag.*48. *&* 16.

Prætérea mutatio dolosa nominis, crimen per se est, multo ergo fortius indicium parit ad torturam, Barr. Alexand. *& Dd. comm. in d. l. unic.C.de mut. nom.* quod ipsum ad fraudulentam vestium mutationem extendit Phil.Port. *consil.*77.*num.*3.*per l.illud.ad L.Aquil.l.ita vulneratus, ff. eod. & l.falsa.ff.ad L.*
Cornel.de falsis, & dicit † Port. quod judicis industria hic debeat esse perspi- 8
cax, ne dolis & malitiæ hominum indulgeatur, purgandæ quippe provinciæ
sunt malis hominibus, *l.3.ff.de offic.Præsid.* Solent enim † sæpenumerò, qui 9
malè sibi conscii sunt, vel mutare vestes, radere barbas, capillos, jumenta abacta colore artificiali depingere, aliisq; figuris externis transformare, ne facilè cognoscantur, quod falsum utpote veritatis velamen hìc quoq; indicium suggerit, Bart. *in l.quid sit falsum.ff.de fals.* Phil.Port. *d.loc.* Ut joca seriis misceamus, Cunibertus Rex quando cum Alahi Longobardo de regno certaret,
ob quod Cunibertus peteret duello rem dirimi, Alahim id facere † propter 10
periculum amici prohibuerunt, sed ejus Diaconus clam arreptis armis, quasi ipse Alahis esset, congreditur cum Cuniberto, vincitur hic & occiditur, cujus caput sublatà casside ille amputari jussit, videns verò clericum se occidisse, iratus altà voce exclamavit: tale nunc votum facio, si Deus mihi iterum victoriam dederit, puteum de testiculis clericorum implebo, refert Johan. Wolff. *part.* 1. *lect.mem.* Sed qualiter in causa banni procedendum, vel ubi bannitus delicti reus dicitur, qui se appellavit nomine Antonium, testes verò Jacobum eum nominari dixerint? tradit Marsil. *in cons. crimin. cons.*64.
in princip.

Porrò indicium † ad torturam facit turpe & malignum rei nomen, 11
idem Marsil. *in pract.in §.expedita, num.*52. adeò, ut si rei duo unà torquendi sint, is qui nomen turpe & sordidum habet, primus torqueatur, *d. loc.* ratio-

nem esse dicit: quia nomen ejusmodi indicium iniquitatis suggerit, facitque hominem nomẽ turpe habentem, suspectum, Felin. *in procem. decret. in verb. Gregor.* Bald. *in l. 2. C. quor. appell. non recip.* Carer. *in pract. crim. pag. mihi 64.* hinc glossa & textus, *in l. facta, §. si verò, ff. ad SCt. Trebell.* ubi dicitur, quod procurare volens debeat habere nomen pulchrum & gratum, idem Marsil *in l. in criminibus, num. 39. ff. de qq.* creditum quippe fuit ab eventu malo vel facinore, nomina imposita fuisse personis, ut inde indicii tantum resultet: Qui semel malus dehinc quoque idem præsumatur, & refert Johan. Andr. *in c. cum*
12 *secundum, de præbend.* se didicisse † à conjuge sua, quæ dicere solita sit, diligenda esse nomina pulchra & plausibilia, etiamsi essent emenda, hinc pulchra illa filiarum Jobi nomina, *cap. fin. Job.* ut Dies, Cassia, Cornustibii, de quib. Greg. Nyssen. *hom 9 in Cant. literæ,* ait, sacræ filiarum Jobi pulchritudinem admiratæ, vocibus ipsis eximium hoc miraculum demonstrant: Cùm diei nomen audimus honestatem, uti scriptura filios lucis ac diei appellat eos, qui vitam puram agunt. Cassiæ appellatione puritatem & fragrantiam studiorum. Cornu verò Amaltheæ laudem omnis generis virtutum significantes, &c. in allusionem Diei filiæ Jobi haud inconvenienter spectant versus venustiores Senec. *in Hip. Act. 2. ibi:*

Conferat tecum decus omne priscum
Forma miratrix senioris ævi:
Pulchrior tanto tua forma lucet,
Clarior quanto micat orbe pleno;
Cum suos ignes coëunte cornu
Junxit & curru properante Pernix
Exserit vultus rubicunda Phœbe,
Nec tenent stellæ faciem minores,
Qualis est primas referens tenebras
Nuntius noctis modo lotus undis
Hesperus, pulsis iterum tenebris *Lucifer idem, &c.*

In Cassiæ allusionem Vergilii, 2. *Eclog. ibi:*

Narcissum & florem jungit bene olentis anethi
Tum Casia atq; aliis intexens suavibus herbis.

In Cornustibii allusionem & laudem Horatii 1. *Carm. ode 17.*

Dii me tuentur, Diis pietas mea,
Et Musa cordi est, hinc tibi copia
Manabit ad plenum benigno,
Ruris honorum opulenta cornu.

Cornustibium est vox composita (ut hoc addam) ex cornu & stibio, stibium erat medicamenti emplastrum oculorum ægritudines tollens, *de quo Plin. 6. cap. 33.* quod stibium cornibus olim asservatum fuit, uti sacerdotes ad olea con-

conservanda iisdem utebantur, & Plinio eodem referente, 11. *cap.* 37. milites pro vaginis gladiorum usurpabant cornua, hospites pro scyphis & poculis: hinc cornu caprinum Amaltheæ nymphæ, nutricis Jovis, cornu illius beneficio, ex quo tandem, quicquid vellet nympha, profluxit divitiarum, de qua fabula Th. Sicul. *lib.* 4. *cap.* 5. Strabo *lib.* 10. unde denuo Horat.

Jam fides & par & honor pudorq;
Priscus & neglecta redire virtus
Audet, apparetq; beata pleno
Copia cornu.

Zas. *in l.* 2. *ff. de ll.* Everh. *in Top. in loc. ab Etymol. num.* 7. hinc illud:

Conveniunt rebus nomina sæpè suis.

vide Johan. de Pineda *in Job. in præfat. c.* 1. *num.* 10. *tom.* 1. *ibi:* Quid quod pleraque etiam nomina fatali quadam, si non necessitate, at significatione imposita fuisse, sunt qui ostendere conentur? Ut Hectorem lingua Phrygia sonare possessorem, ut qui possessionem patriæ tutaturus sit. Tantalum quasi Talantaton, id est, infelicissimum: vel ut Plato *in Cratilo* scribit, cui adversa multa eventura essent, sic Priamus redemptum sonat, ut qui adhuc infans in Trojæ eversione captus, redimendus esset, proinde Auson. Gall.

Nam divinare est nomen componere, quod sit
Fortunæ & morum, vel necis indicium,
Protesilae tibi nomen sic fata dederunt
Victima quod Trojæ prima futurus eras.
Idmona quod vatem, medicum quod Lapyga dicunt,
Discendas artes nomina proveniunt, &c.

Quinimò nomina fatalia esse probat Wolff. *tom.* 2. *lect. mem. p.* 482. Et Alber. de Rosat. *de constit. ff.* §. *discipuli,* ait: cum nomine plerumque concordare mentem: distinguit autem ibidem: aut mens certa est, & tum argumentum à nomine non est necessarium nec probabile, *l.* 2. *in fin. C de constit. pecun. l. tabern. ff. de verb. signif.* aut mens hominis † dubia est, quo casu argumentum à 13
nomine probabile est, *l. à nullo, C. de feriis, non necessariũ,* Arch. *in cap. fortè,* 23. *quæst.* 4. hinc non sequitur, Bonifacii nomen habet, Ergo bonus est, appellativo nomine homo Aretinus, Perusinus dicitur, Ergo de Aretio, de Perusia est oriundus, vocatur Justinus, Salomon, Ergo homo ille justus est vel sapiens, Felix ergo revera felix, Pogg. Florentin. *in Felicem Papam, pag.* 61. *ibi,* quæ enim felicitas potest esse sceleri & impietati conjuncta? Si legis apud excellentes doctrina viros, quæ res pariat felicitatem, cùm sis ab illa admodum remotus, nunquam illius nominis dignitatem tua impudentia maculasset. Pigebit, crede mihi hoc nomen, tibi indidisse nimium à vero alienum, nisi in subversione Ecclesiæ à te editâ, felicitatem tuam repositam arbitraris. Et in fine epistolæ, abjice, quæso, hoc tibi funestum nomen, quod majus est, quàm

tua ignavia & conditio requirit, &c. & idem *in tract. de miser. human. condit. lib.1. pag.39. ibi:* ego omnes, quorum mores ab institutis eorum discrepant miserrimos, neque attingere illam partem felicitatis, nisi quatenus fallendo populum se felices. Quapropter Joan. de Pined. *in Job. c. 32. vers. 22. pag. 719. tom. 2.* scribit: quod nominis mutatio sit adulatorum propria & peculiaris: sic enim nomina propria viciorum contegunt, & non nisi nominibus virtutum utuntur. Et Basil. *in Ps. 61. super illud:* Ore suo benedicebant: multi sunt *inquit*, qui vitia virtutibus vicinis honestare contendunt, ut vitium omne palliant adumbrata nomenclaturâ è vicino subjectæ virtutis. Similia habet Plutarch. *de differ. amic. & adulator.* Sic ex adverso non sequitur, latro dicitur reus, qui homicidii arguitur: Ariolus cognomine Diabolus, &c. prout familiæ etiam nobiliores in Germania cognomine ejusmodi appellatæ reperiuntur, & Marsil. *in p. crim. §. expedita, num. 52. & in l. criminibus, num. 79. ff. de qq.* nonnulla similia hisce cognomina recenset in Italia suo seculo usitata, ut foraboscho, tarabuzo, specacrozo, &c.

14 Sed quod † ab initio, nominis mutationem cuivis liberam esse, modò fraus & dolus malus absit, diximus, id in nomine proprio, quod quis per baptisma consecutus est, nulla ratione conceditur, quâ de re dicetur alibi. Etsi in Pontifice aliter receptum sit, exemplo Angeli colluctâtis cum Jacobo, quem Israëlem appellavit, *Genes. 32.* Sic Christus Simonem Petrum appellavit novo nomine, (Johan. Wolff. *tom. 2. lect. memor. cent.* 16. existimat Sergium, os porci dictum, primum mutâsse nomen, unde occasio mutandorũ nominum

15 inoleverit, &c.) Submirandum † autem, quod nemo Pontificum Petrus unquam dictus inveniatur, sed si quis antea Petrus appellatus fuerit, nomine

16 proprio & baptismali, nomen † Petri quoq; mutaverit, uti fecit Petrus ille, qui Pontifex factus, postea Paulus secundus dictus fuit, Johan. Wolff. *vol. 1. lect. memor. pag. 556. & pag. 876.* Planè submirandum potius est, quod Papæ mutationem nominis tam enixè servent, nullibique legatur in historiis idem servatus ritus, præterquam, quod reges soli Babiloniæ ad gubernacula pervenientes, nomina mutarint, teste Scaligero *de emendat. tempor.* Ecquid hodiernis Babiloniæ novæ regibus, Papis Romanis non convenire nec idem permissum esse existimabimus? Deniq; concludamus hoc caput brocardico Anton. Bullæi affinis & familiaris nostri, *in pent. consil. 1. n. 45. ibi:* æquum est, ut boni nominis sinceritas bono sit patrocinio, nigri nominis macula famoso sit detrimento, &c.

CAPUT

CAPUT XXXVIII.

DE INDICIIS, QVÆ EX LEVITATE QVARVNdam sexus fœminei personarum depromuntur.

SUMMARIA.

1. *Meretrix an indicium ad torturam faciat?*
2. *Meretrix famosa ad delinquendum præsumitur proclivis.*
3. *Meretrix propter debitum civile potest incarcerari.*
4. *Referantur aliquot versiculi de audacia delinquendi meretricis.*
5. *Historia de Messalina Claudii Cæs. uxore meretrice strenua.*
6. *Glossa appellat meretricem, quæ passa est viros 1023.*
7. *Meretrix unde dicta?*
8. *Recensentur aliquot Dd. opiniones de definitione meretricis.*
9. *Definitio non debet pugnare cum Etymologia.*
10. *Meretrix, quæ corpore quæstum facit, Ecclesiæ decimas dare tenetur.*
11. *Papa decimas remittere potest meretricibus.*
12. *Bona meretricis possunt impunè rapi.*
13. *In bonis malè quæsitis non committitur furtum.*
14. *Liberta, quæ patrono cohabitat, non est in numero meretricum.*
15. *Explicatur l. 13. ff. de adulteriis.*
16. *Meretrix publica testari potest de bonis turpiter quæsitis.*
17. *An, si meretrix scortatorem nominaverit, inde quæstioni indicium fiat?*
18. *Meretrix duræ cervicis, quæ torturam facilius, quàm vir sustinet.*
19. *Illustratur hoc historiis.*
20. *Mulier adulterii rea septies torturam passa nec confessa est.*

MEretrix † an faciat indicium ad torturam, quærunt Alex. *in cons.* 11. *vol.* 1. 1
Joan. de Anan. *in* §. *tanta labes. de Simon.* statuuntq́;, inde, quod mulier
meretrix sit, indicium nasci, cumprimis quoties delicti atrocioris & nefandi,
quod in occulto commissum proponitur, ubi deficiunt urgentiora & probabiliora indicia, rea dicatur, Alex. *d. loc.* Marsil. *in pr. crim. in* §. *diligenter, n.* 39.
Sed hæc juxta ea, quæ hactenus de ἐνεργείᾳ indiciorum generalium, quatenus
per se vel concurrentibus specialibus indiciis stringere supra diximus, intelligenda sunto. Baldus *in l. consentaneum, C. quom & quand. Judex*, ubi dicit: Meretricem, cujus † conditio odiosa est atque sic comparata, ut quo famosior 2
stuprorum, tanto gravius fama ejus debilitetur fiatq́; hinc, ut maximè meretrix laboret suspicione, ad scelera perpetranda proclivis. Et licet homo liber
propter civile debitũ, nisi casibus aliquot exceptis, non incarceretur, id tamen
de meretrice secus se habeat, Mars. *in* §. *attingam. pract. crim. n.* 66. Menoch.
de arbitr. jud. qq. quæst. 88. *n.* 13. *& cas.* 328. *num.* 15. Carol. de Grassis *in prælud.
tract. de except. num.* 106. Matth Berlich. *part.* 2. *concl.* 28. *n.* 34. hinc Matth. de
Afflict. *in const. Sicil.* incipit si quis rapere. *col.* 2. Luc. de Pen. † *in l.* 1. *C. de mulier. & in quo loc. & c. lib.* 10. meretricem vocant audaciorem † ad flagitia per- 3 4
petranda juxta Juvenal. *Satyr.* 6.

Fortem animum præstant rebus, quas turpiter audent,
——————— *Nihil est audacius illis,*
Deprensis, iram atq; animos à crimine sumunt.

Et Plaut. *in mil.*

Os habet linguam perfidam, malitiam atq; audaciam.

Et alibi in eadem fabula.

Quid ego nunc faciam, custodem me illi miles tradidit.
Nunc si indicium facio, &c.

5 Messalina † Claudii Cæsaris uxor Lyciscæ prostitutæ mulieris nomen atq; titulum mentita sæpe lupanar sub noctem adiit, suam portentosam libidinem ad satietatem expletura, & quod omnium fœdissimè fecit, cum famosissimis meretricii quæstus scortis coitu certavit ex re fœdissima palmam sibi quærens, quam cum pluries reportasset, tamen semel ex provocatione nobilissimam è prostitutis ancillam die ac nocte quinto & trigesimo concubitu egregiè superavit, ut testis est Plinius *lib.* 10. *c.* 63. Sext. Aurelius in Claudio Cæsare, & Juvenal.

Intravit calidum veteri centone lupanar,
Et celsam vacuam atq; suam tunc nuda papillis,
Constitit auratis tinctum mentita Lyciscæ.

Sed hæc indicia utrum de omni meretrice in genere accipienda sint, convenienter quæri potest, vel an de ea, quæ plus quam tribus & viginti homi-
6 num † millibus corpus suum miscuit, uti modo de Messalina retulimus, cujusmodi fœminam meretricem propriè appellat, *gloss. in c. vidua distinct.* 34. aut quæ semel bisve in se admiserit virum, intelligenda sint? Posterius legi & ratione magis convenit, cum nemo nesciat, meretricem eam esse, quæ corpore suo quæstum facit, vel quæ extra quæstus rationem uni sive pluribus sese impudicè miscuerit, *l. idem, §. quotiens ff. de condict. ob turp. caus.* Et quanquam
7 à merendo dicatur † meretrix, teste Valla & Arch. *in c. vidua, d. dist.* 34. *Ripa c.* 1. *n.* 69 *de ind.* cum pluribus similibus, quos more suo allegat D. Wilhelm. Antonii *in tract. de rescript. morat. concl.* 68. *n.* 61. & insuper quoq; Nic. Abbas *in lib.* 4. *Epist. decret.* quem citat Roiz. *in decis. lituan. decis.* 4. *n.* 115. tradat, non esse meretricem, nisi quæ duos ad minimum admiserit viros. Imò & Alciatus *in*
8 *l. Massurius, ff. de V. S.* statuat † meretricem esse, quæ palam & pluribus sese prostituerit, dubium tamen nō est, quin omnis illa mulier, quæ extra matrimonii castitatem, pudori suo non pepercit, sese ō viro carnaliter miscens, meretrix propriè & revera dici debeat, *c. meretrices*, 32. *q.* 4. *ubi gloss.* Franc. Ripa *de ind. c.* 1. *num.* 97. Petr. Roiz. *d. decis.* 4. *n.* 118. Dn. Joan. Jacob. Speidel *in notabil. jurid. histor. polit. lit. H. num.* 50. *verb.* Hner / *sub princip.* non obstante sententia Vallæ & Abbat. cùm ab Etymologia sumptum, tum demum argu-
9 mentum solidum firmumq; sit, modò † definitio rei non repugnet Etymologiæ,

giæ, vel quoties extra vocis notationem veritas rei definiendæ & explicandæ haberi oportet, *l. notionem, §. instrumentorum, l. quibus, l. tugurii, l. ut Alphenus, ff. de verb. signif.* Everh. *in Top. in loc. ab Etymol. num. 2. & in fin. d. cap.* Wilhelm. Antonii *de rescript. morator. concl. 59. num. 50.* Coras. *miscell. lib. 3. cap. 22. num. 4.* deinde non adversatur Abbatis & Alciati traditio, scilicet quam definitio nostra ll. civilibus plusquàm consentanea, omninò destruit Petr. Rotz. *d. loc. ibi:* nomen veréne quis multorum concubitum, aut cum uno sæpiùs repetitum exigat, uno compressu quæri certum est, nam expilator & effractor, quæq; cætera nomina crimen demonstrant, uno actu oriuntur, Dec. *cap. 1. de jud.* Bartol. *in l. legatis, ff. de legat. 3.* Ex hisce jam prædictis potissimùm hoc sequitur, ut quæ indicia militare diximus contra meretrices, quâ meretrices, ea contra meretrices publicas, quæq; quæstum corpore faciunt, potissimùm stringere debere. Quâ nota ab illa quoq;, quæ præter quæstum impudicè vi-
vit, distinguitur, quod hæc, scilicet quæstum faciens, † Ecclesiæ decimas de- 10
beat, licèt Ecclesia eas recipere non debeat Gloss. Abbas & Dd. *in cap. ex
transmiss. de decim.* quod enim decimas remittere possit † Papa, idemq; fœ- 11
nerandi potestatem concedere certis personis, satis nervosè disputat Petr. Roiz. *decis. 5. Lituan. n. 268. & seqq.*

Porrò huic meretricum generi convenit, & hoc propriè, quod dicitur,
posse † bona meretricis impunè quem suffurari Marsil. *in l. un. num. 34. C. de* 12
rapt. virg. argumento de persona ad rem translato: Quia, *inquit*, impunè potest rapi meretrix, Ergo & bona ejus, Marsil. *d. loc.* quo facit, quod statuit *gloss. in summ. 24. q. 5.* quoniam illicitè quæsita, malisq; rationibus parta, non sint in
bonis acquirentis, quare nec † furtum in iisquem pati posse videri, *argum. l.* 13
qui rem, §. 2. ff. de furt. Roiz. *decis. Lituan. 3. num. 558.* Planè † liberta, quæ pa- 14
trono cohabitat, meretricum numero non est, *l. 41. l. 43. ff. de rit. nupt.* hinc est, quod patrono ob stuprum concubinæ illatum, accusatio jure extranei & quasi mariti competat, *l. 13. ff. ad l. Jul. de adult.* nec adversatur, quod dicitur in
eadem *l. 13.* eam posse jure mariti de adulterio † accusari, quæ vulgaris fuit. Id 15
enim de meretrice, quæ nupta legitimè facta post actus meretricios subintelligi debet: Quare scitè JCtus ait, quæ fuit, non quæ adhuc vulgaris est, &c.
vide Johan. Gœdd. *de V. S. in l. 46.* Præterea meretrix publica † hanc præro- 16
gativam habet, quod testari possit de bonis turpiter quæsitis, quod meretrici privatæ haud conceditur, cujus bona fisco applicantur, Viv. *decis. 482. lib. 3.*

Deniq; an † meretrix, quæ scortatorem suum nominat, inde indicium 17
quæstioni fiat contra virum? prolixè examinat Farin. *de test. lib. 1. de indic. & tort. tit. 5. q. 43. num. 90.*

Tandem & illud hìc subjiciendum restat, quòd † licet præsumatur mu- 18
lierem, quæ torqueri debet, facilius dicturam veritatem, quàm virum, ut *in cap. seq.* dicetur, id tamen de meretrice haud asserendum, quod latè prose-

quitur Tiraquell. *in l. conn. l. 9.* hinc meretricis Leanæ monumentum, cujus Plinius meminit *lib. 6. cap. 23.* quæ ad mortem uſque torſa & cruciata conſilia Harmodii & Ariſtogonitonis de tyrannicidio prodere noluit: Quare Athenienſes eam honorare volentes (ne tamen ſcortum celebráſſe viderentur)
19 animal ejus † nominis fecêre, atque ut intelligeretur, cauſa honoris in opere linguam addi ab Iphricate artifice vetuerunt, Tertull. *in Apolog. cap. 49.* ait, hanc meretricem, carnifice jam fatigato, poſtremò linguam ſuam comeſtam in faciem tyranni ſævientis exſpuiſſe, ne conjuratores confiteri poſſet, ſi et-
20 iam victa voluiſſet. Et refert Hieron. ad Innocent. mulierem † adulterii ream ſepties cruciatam fuiſſe, quæ cùm confiteri nollet, viciſſe eam, & impunè abiiſſe, cum tamen adulter ſub primâ quæſtione delictum faſſus eſſet.

CAPUT XXXIX.

DE INDICIIS, QVÆ EX SEXV ET FRAGILItate mulierum depromuntur.

SUMMARIA.

1. Sexus ratio eſt habenda in materia indiciorum.
2. Sacra Scriptura quid loquatur de hiſce indiciis.
3. Septem nequitiæ peculiares mulierum.
4. Mulieres ſuperſtitionum quaſi germanæ ſorores.
5. Declaratur hoc exemplis variis.
6. Mulieres avaræ & perfidæ ſunt.
7. In quibus caſibus mulier non ferat teſtimonium.
8. Mulieres præſumuntur furari & facilius ſcortari.
9. Puella in Hetruria ex cane concepit & peperit ſemicanem.
10. Fœminæ citius appetitibus vincuntur.
11. Fœminæ callidiores viris.
12. Vindictæ cupidiſſimæ.
13. Lepida hiſtoria ex Poggio Florentino citata.
14. Mulieres ad veneficia procliviores quam viri.
15. Illuſtratur exemplo jucundo & faceto, mulierum levitas.

QUemadmodum patria, natales, phyſiognomia & quæ cætera ejus gene-
1 ris, indicia ad quæſtionem pariunt, ita quoq; † ſexus ratio habetur in materia indiciorum, ſcilicet, ut conſideretur [1] qui ſexus in flagitia pronior [2] & ad quænam delicta facilitate & fragilitate ſua potiſſimùm inclinet & dilabatur.

Sane jus ſacrum indicia hujuſmodi ſuggerit & approbat, ut *Eccl. cap. 25.*
2 ubi malitia mulieris anteponitur malitiæ colubri & † Draconis, & *cap. 7.* virum unum de mille, bonum ſe reperiſſe ait Eccleſiaſtes, mulierem autem nullam, quo in loco D. Hieron. ſcriptum reliquit, ſtatuens mulierem omnium malorum caput, & idem eodem in loco mulierem in ſacris literis juxta intelligentiam ſpiritualem omnium flagitiorum & iniquitatum colluviem per vocem mulieris exprimi & denotari. Idem apud Zach. *c. 5. ibi:* ſuper plumbi talentum,

talentum, Diabolum τροπικῶς pro muliere accipi oportere, Johan. de Pineda
in Job. cap. 25. verſ. 4. num. 3. Dior. Sicul. *5. cap. 4.* ubi atteſtatur veneficia pri-
mùm inveniſſe mulieres.

Sed, quia ſeptem ſunt † nequitiæ, ut loquitur Rex Salomon *Prov. 26.* 3
unde omnia ſcaturiunt mala, quem textum & Theologi & Politici de mulie-
ribus intelligunt, quas plerumq; deditas eſſe ipsâq; experientia teſtante, ſu-
perbiæ, avaritiæ, luxuriæ, invidiæ, iræ, gulæ, acediæ, inde mala omnia tanquam
ex ovis pullos progenerari naſciq; paſſim conſtat. Proinde Tertullian. *in lib.
de habit. mulieris.* Tu es, ait, diaboli janua de muliere agit, tu es arboris illius
reſignatrix, tu es divinæ legis deſertrix, tu es, qui ei perſuaſiſti, quem diabo-
lus aggredi non valuit. Adhæc ſuperſtitioſæ ſunt mulieres, unde in artes Ma-
gicas & veneficii ſtudia facilè prolabuntur, Apul. *de aur. aſ. c. 9.* cui & hoc ad-
junctum eſt, quod fœminæ procliviores ſint ad recipiendas novas demen-
tesq; opiniones in articulis fidei, quæ & ipſæ ſuperſtitionum ſunt veluti ger-
manæ ſorores. Sic Simon Magus hæreſin † condidit Hellenæ meretricis ad- 4
jutus auxilio. Beza introducit Candidam pellicem ſuam, cujus vulvam, ſalvâ
veniâ, dicit puriorem eſſe ore eorum, qui credant ore ſe percipi realè corpus
& ſanguinem Chriſti *in apolog. de cœn. dom.* citat hunc locum M. de Hoë *in
libell. de err. Calvin.* Marcion hæreticus † Romam præmiſit mulierem, quæ 5
decipiendos animos ſibi pridem præpararet. Montanus Eccleſias aliquot
per Priſcam & Maximillam primùm auro corrupit, deinde hæreſi polluit. Ar-
rius, quo mundum deciperet, Diaboli exemplo mulierem, id eſt, ſororem
Cæſaris primò decepit. JCti avaram mulierem præſumunt Accurſ. *in l. Ne-
ſennius, ff. de neg. geſt. & l. ſed ſi, ff. ad ſen. Vellei.* Bartol. *in l. quæ dotis, ff. ſolut. ma-
trim. & ibid.* Baldus ubi ait: Vice miraculi † haberi, cum mulier donat, & eſt 6
text. *in l. ſed ſi ego. & l. ſi à ſponſo. & in l. ſi ſtipulata, ff. de donat. inter vir. & uxor.*
ubi dicitur raſò accidere, ut mulier donet & contra ſexus naturam eſſe, ut mu-
lier largiatur. At avaritia radix eſt omnis mali, teſte Apoſtolo. Porrò perfidæ
quoque ſunt mulieres: hinc Joſeph. 17. *antiquit. c. fin.* Alexandrum Herodis fi-
lium jam defunctum Glaphyræ uxori in ſomnis apparuiſſe, illique hujuſmo-
di proverbium objeciſſe, fidem mulieribus haud habendam: hinc & contem-
trices eas jurisjurandi fideique religione datæ appellat Novell. *de nupt. §. quæ
verò*: hinc mulier feudi incapax eſt, qua de re FF. *in c. 1. §. & quia. 2. feud. de his
qui feud. dar. poſſ.* nec teſtis poteſt eſſe in teſtamento, etiam cauſas pias concer-
nente, Alex. *conſil. 70. volum. 2.* nec in cauſis criminalibus ſcilicet propter fi-
dei tenuitatem, *gloſſ. in c. mulierem. 33. q. 6.* Spec. *in tit. de teſt. §. 1.* Faber. *in §.
teſtes. J. de teſt.* Marl. *in l. fin. C. de probat. p.* 8. Sic † mulier non teſtatur in cau- 7
ſa feudali, *c. 1.* ubi FF. *qui teſt. ſunt neceſſarii*, neq; tum, ubi de perditione in-
ſtrumentorum feudalium agitur, Bartol. *in l. 1. ff. de reb. cred.* nec etiam ſcri-
pturarum privatarum, Bald. *in l. ſcripturas, col. 2. C. qui pot. in pign. hab.* Sic diffi-

culter mulieri juramentum defertur suppletorium, Curt.sen. & Dd.passim *in*
l.admonendi, ff.de jurejur. imò etsi factum mulieris testimonio demonstratum
fuerit, perrarò admittitur juramentum in supplementum probationis, Bald.
in rubr.tit.de contr.invest. Tiraquell. *in ll.connub.l.9.gloss.1.p.9 num.74.* Præ-
8 terea quia † furtum avaritiæ comes est, Joh. Spinæ. *de tranquillit. anim. lib.1.*
pag. 6. ibi, fur est & injustus avarus, præsumuntur mulieres utplurimùm ha-
bere manus furaces, Tiraquell. *d. loc. nu.* 78. Hinc Villa Burgundica post obi-
tum mariti balteum aureum gemmis preciosissimis nobilem, pudendis ab-
scondit, quem Hugo, cùm ab ea requireret, nec inveniretur, eam denudari
jussit, & furtum corrigiola è locis muliebribus dependente, proditum fuit,
ex Joanne Bocat. & Ubertino Pusculo refert Wolff. *tom.2.lect.mem.pag.*476.
Libidinosæ quoq; præsumuntur mulieres, Fab. & Joan. de Plat. *in §. masculi,*
Instit.de nupt. ubi asserunt, mulieres in Venerem ardentiores esse, quàm ma-
sculos, quod festivè persequitur Wilhelm. Antonii *in corollar.tract.de rescrip.*
morator.subject.sect.1.sub corol.5.pag.7. addens, eas inde à nostris sæpè geyle
Meehren/vocari, hinc Bald *in rubr.ext.de cohab.cler.* ait: quod fœmina appe-
tat virum, ut formam materia, Wilhelm. Antonii *in tract. de rescript.morat.*
9 *conclus.48.n.1.* Scribit Volaterr. *in Philolog.lib.32.cap.5.* puellam in † Hetru-
ria canem adamasse, ex quo factam gravidam peperisse semicanem. Atq; hinc
est, quod fœminæ, si cum viris unà torquendæ sint, torqueantur prius, non
tam inde, quia ex iis eò citius possit haberi veritas, quàm quod præsumantur
10 citius graviusq; delinquere, † quàm masculi, *Marsil. in l.1.col.pen.de qq.l.1.*
l.unius, ff.de qq. Dec. *in l.fœminæ, ff.de reg.jur.col.6.* fœminæ enim utpote ratio-
nis non ita compotes, appetitibus suis plerumq; indulgent & obediunt. Est
(ait Eleaz apud Aristeam) mulierum genus suorum affectuum sequax, atq; in
lapsum proclive propter imprudentiam & imbecillitatem naturę, quod quo-
que testante JCto sæpè contra propria commoda laborat & labitur, tametsi
11 mulieres in † genere viros calliditate, versutia & sagacitate animi vincant,
Accurs. *in l.omnes, C.de his qui ven.æt.impet. & in l.si à sponsa, in gloss. vet. C.de*
donat.ante nupt. & Petr.de Bell.Pertic. *in §. masculi, Inst.de nupt.* ubi viros ca-
lidiores, fœminas callidiores appellitat, Alberic. de Sosat. *in l.filia, C. de inoff.*
testam. mulieres crudeles vocat, unde Tibull.

Ah crudele genus nec fidum fœmina nomen.

Pand.Collen. *in hist. Neapol. cap.4.* Joanne regina Neapolitana (scribit) An-
dreasso regis Ungariæ fratri nubit, qui etiamsi juvenis esset, tamen cum usu
Veneris infrenatæ, reginæ libidini non sufficeret, strangulatus ab ipsa fuit
clàm. Libertati igitur suæ & regno restituta secundis nuptiis Ludovico Ta-
rentino juveni formosissimo nupsit, qui quia & ipse nimia Venere exagita-
batur, interiit: Illa tertio Jacobo Tharaconensi copulata fuit, cui paulò pòst
caput amputavit, Quarto Ottoni Brunswicensi, qui in singulis pedibus se-
nos di-

nos digitos habebat, juncta, capto regno, ut ab ea Andreassus, sic & illa suspendio sublata est, Quam mulierem Lucas Parmensis JCtus, non reginam, sed ruinam appellavit, fecitq; inde hosce versus:

Regna ruunt vulvæ, gens tota clamat simul Oh væ.
Interitus regni est à muliere regi.

Maria ejus soror tunc quoq; capite plexa fuit, uti socia scelerum Joannæ, hæc ipsa Maria est, quam Bocatius adeò ob formam commēdat in suis libris amatoriis, vide Wolff. *tom.* 2. *p.* 466. Luc. de Penn. *in l.* 1. *C. de mulier. &c. lib.* 10. mulieres vindictæ † cupidissimas esse docet, hinc Juven. *Satyr.* 13. 12

——————————*Vindictâ*
Nemo magis gaudet, quàm fœmina.

qua de re apud Pogg. Florentin. lepida † extat historia, ille, mulier, *ait*, quæ 13
virum sæpe pediculosum vocasset, nec quibuscunq; verberibus, ut eam contumeliam retractaret, adduci potuisset, quoniam quo magis cædebatur, eò vocalius pertinaciusq; pediculosum vocaret, vir tandem verberando lassus, uxorem in puteum demisit immersurum suffocaturumq; se illam minitans, nisi hujusmodi verbis abstineret: at illa instantius perstabat, etiā ad mentum usq; immersa, cujus rei indignitate motus vir in puteum illam ad usque cervicem conjecit, verùm illa cùm loqui non posset, aquâ præpediente, manibus super caput sublatis, ungulisq; utriusq; pollicis invicem conjunctis, tanquā pediculos † interimeret, quod verbis non poterat, signo gestuq; pediculos 14
marito objiciebat, ut mori mallet, quàm ex sententia decedere, &c. *Hæc ille.* Res utut sit: objectorum discrimina variant & disponunt hoc in loco indicia, quæ utplurimùm discreto committuntur judicis arbitrio, cumprimis si indicia generalia spectas, Justin. Gobler. *ad Constit. Car. V. crim. art.* 36. *ibi:* Porrò veneficium potius in muliere præsumendum, quam in viro, in hoc contra latrocinium, &c,

De levitate † mulierum nihil hîc dicam, quamvis ea indicium ad delicta quævis attentanda non præbeat, leve & exiguum, qua de re supra in c. præcedenti. Placet adscribere insigne levitatis exemplum à Petron. Arbitr. nec non à Tiraquell. *de ll connub. l.* 9. *gloss.* 1. *p.* 9. *num.* 131. descriptum ac relatum, Matrona, inquiunt, Ephesi tam notæ erat pudicitiæ, ut vicinarum quoq; gentium fœminas ad sui spectaculum evocaret. Hæc ergo cum virum extulisset, non contenta vulgari more funus passis crinibus prosequi, aut nudatum pectus in conspectu frequentiæ plangere, in conditorium etiam prosecuta est defunctum, positumq; in hypogæo, Græco more, corpus custodire ac flere totis noctibus diebusque cæpit. Sic adflictantem se ac mortem inedia persequentem non parentes potuerunt abducere, non propinqui: Magistratus ultimò repulsi abierunt: complorataque ab omnibus singularis exempli fœmina quintum jam diem sine alimento trahebat. Adsidebat ægræ fidissima an- 15

ma ancilla & lacrymas commodabat lugenti, & quoties defecerat lumen in monumento, renovabat. Una igitur in tota civitate fabula erat: & solum illud affulsisse verum pudicitiæ amorisque exemplum omnis ordinis homines confitebantur: quum interim Imperator Provinciæ latrones jussit crucibus affigi, secundum illam casulam in qua recens cadaver matrona deflebat. Proxima ergo nocte, cum miles, qui cruces servabat, ne quis ad sepulturam corpora detraheret, notasset sibi & lumen inter monumenta clarius fulgens & gemitum lugentis audisset, vitio gentis humanæ concupiit scire, quis aut quid faceret. Descendit igitur in conditorium, visaq; pulcherrima muliere, primo q. quodam monstro, infernisq; imaginibus turbatus substitit, deinde ut corpus jacentis conspexit & lacrimas consideravit, faciemq; unguibus sectam, ratus scilicet quod erat, desiderium extincti non posse fœminam pati; attulit in monumentum cenulam suam, cæpitque hortari lugentem, ne perseveraret in dolore supervacuo, & nihil profuturo gemitu pectus diducere: omnium eundem exitum esse sed & idem domicilium, & cætera quibus exulceratæ mentes ad sanitatem revocantur: At illa ignota consolatione percussa, laceravit vehementius pectus, ruptosq; crines super pectus jacentis imposuit. Nec recessit tamen miles, sed eadem exhortatione tentavit dare mulierculæ cibum, donec ancilla vini certè odore ab eo corrupta, primum ipsa porrexit ad humanitatem invitantis victam manum: deinde refecta potione & cibo, expugnare Dominæ pertinaciam cœpit, & quid proderit, inquit, hoc tibi, si soluta inediâ fueris? si te vivam sepelieris? si antequam fata poscant, indemnatum spiritum effuderis?

Id cinerem aut manes credis curare sepultos?

Vis tu reviviscere reluctantibus fatis extinctum? Vis discusso muliebri errore, quamdiu licuerit, lucis commodis frui? ipsum te jacentis corpus admonere debet, ut vivas. Nemo invitus audit, cum cogitur aut cibum sumere, aut vivere. Itaq; mulier aliquot dierum abstinentia sicca, passa est frangi pertinaciam suam: nec minus avidè replevit se cibo quàm ancilla, quæ prior victa est. Cæterum scitis quid plerumq; tentare soleat humanam satietatem. Quibus blanditiis impetraverat miles, ut matrona vivere vellet, iisdem etiam pudicitiam ejus aggressus est. Nec deformis aut infacundus juvenis castæ videbatur, conciliante gratiam ancilla, ac subinde dicente:

Placitone etiam pugnabis amori?
Nec venit in mentem, quorum consederis arvis?

Quid diutius moror, ne hanc quidem mulier corporis partem abstinuit, victorq; miles utrumque persuasit. Jacuerunt ergo una, non tantùm illa nocte, qua nuptias fecerunt, sed postero etiam ac tertio die, præclusis videlicet conditorii foribus, ut quisque ex notis ignotisq; ad monumentum venisset, putasset exspirâsse super corpus viri pudicissimam uxorem. Cæterum delectatus

ctatus miles & forma mulieris & ſecretò, quicquid boni per facultates poterat, coëmebat, & primâ ſtatim nocte in monimentum ferebat. Itaq; cruciarii unius parentes, ut viderunt laxatam cuſtodiam, detraxêre nocte pendentem, ſupremoque mandaverunt officio. At miles circumpectus dum reſidet, ut poſtero die vidit unam ſine cadavere crucem, veritus ſupplicium, mulieri, quid accidiſſet, exponit: nec ſe expectaturum judicis ſententiam, ſed gladio jus dicturum ignaviæ ſuæ, commodaret modo illa perituro locum, ac fatale conditorium familiari ac viro faceret. Mulier non minus miſericors quàm pudica: Nec iſtud, *inquit*, dii ſinant, ut eodem tempore duorum mihi cariſſimorum hominum duo funera ſpectem: malo mortuum impendere quàm vivum occidere. Secundum hanc orationem jubet corpus mariti ſui tolli ex arca, atque illi quæ vacabat, cruci affigi. Uſus eſt miles ingenio prudentiſſimæ fœminæ, poſteroq; die populus miratus eſt, qua ratione mortuus iſſet in crucem.

CAPUT XL.

DE INDICIIS, QVÆ EX CELATO MENTITOQ; SEXU DESUMUNTUR.

SUMMARIA.

1. *Omnis penè natura in ſexum ſuum eſt diſcriminata.*
2. *Grandis nefas eſt mutatâ veſte ſexum mentiri.*
3. *Neq; tamen omnis veſtis mutatio indicium parit.*
4. *Hiſtoria quadam hoc declaratur.*
5. *Recenſentur hiſtoriæ aliæ illuſtriores hac de re.*
6. *Voluntas & propoſitum diſtinguunt maleficia.*
7. *Nobile ſcortum VVitebergæ ſtudioſis aliquandiu cohabitavit mentito ſexu.*
8. *Veſtes ſtatui perſonæ inconvenientes quoque damnantur.*
9. *Veſtium luxus indicia parit.*
10. *Exemplis egregiis hoc illuſtratur.*
11. *Explicatur l. fin. ff. de aur. & arg. leg.*
12. *Leges veſtiariæ Zalenci referuntur.*
13. *Verus ornatus hominis quis?*
14. *Ad quæ inconvenientia mulieres ſuperbæ viros cogant.*

PLANTAS, arbores, gemmas, metalla ſexu differri ac diſtingui tradit Plin.
lib.36 cap.16. Dioſc. *l.1. cap.12. & lib.13. c.4.* arboribus, *ait*, magis omnibus,
quas terra gignit, herbiſq; etiam utrumq; † ſexum eſſe diligentiſſimi naturæ 1
tradunt, quem ſexum in μικροκόσμῳ homine cumprimis naturam finxiſſe ad
conſervationem & propagationem ſui, in propatulo eſt, ac quo ſexus ejuſmodi neminem non lateret, ipſius Jehovæ inſtituto veſtium diſcrepantia introducta, ac ne eadem promiſcua & indifferens appareret, divinæ legis canone ſancitum extat, ut quæ fœmina veſte virili indueretur, Deo abominabilis eſſet, & viceversâ. Unde non obſcurè colligere licèt, quàm magnum nefandumq; ſcelus ſit mutatis veſtibus mentiri ac celare † ſexum, quod facinus per 2

ſe aliàs pœnâ dignum, ad torturã indicium omninò facit, Dd. *in l.10.ff.de ſtatu homin.* ſtringit autem hoc delictum non per ſe ſolùm, ſed, uti toties ſuprà diximus, concurrentibus aliis indiciis, cùm evenire etiam poſſit, celationem
3 & negationem ſexus † haud doloſè, ſed neceſſitate quadam urgenti factam, quanquam nec hoc caſu res ſit prorſus ſine ſcandalo & malo exemplo. Recenſetur *in hiſtor. Hungar. ab anno* 1590. cœptis, quam quoque refert Merc. Gall. *lib.14.hiſt.* reperta eſt (*inquit*) quædam mulier virili habita induta, quæ
4 anno 1585. virili hoc habitu inter alios capta in bello, & † Conſtantinopolim tranſducta eſt, ubi eam mulierem eſſe, cùm experiretur Sultanus, eam ad ſe duci præcepit, atq; inter cætera rogavit, num ſi ſexum mentita unquam Turcam interfeciſſet, illa nihil rata, quàm ut mox ad ſupplicium educeretur, reſpondit, ſe, quamdiu Cæſari meruiſſet, ea, quæ militem decent, ſemper cum optima fide geſſiſſe, nulli hoſtium peperciſſe, ſed plurimos cæſim interfeciſſe: admiratus Sultanus virilem mulieris animum, eam primò per urbem duci, ut ab omnibus conſpiceretur, juſſit, deinde eam Sultanæ ſuæ donavit. Sic Mithridatis regis uxor, arma viri inſtar portare ſolita fuit, Valer. Max. *c. de*
5 *armor.conjug.* Idem de Pentaſilea, † Amazonum regina refertur. Curt. *de feud.p.1.quæſt.*8. Taceo hîc bella virginea funeſta & cruenta, ſub Libuſa, Bohemiæ regina, ſatis feliciter annos novem geſta, de quo bello Æn. Sylv. *in Bohem. per tot.* Alb. Crantz. *in Bohem. c.4. & ſeqq.* Ut Andreas de Iſern. non dubitârit militaribus hujuſmodi mulieribus ſeu virginibus tribuere capacitatem feudi regularis, quam tamen refellit Curt. *d.loc.* Ego *in lect. meis feud.* *cap.*51. Sed hæc ſexus celatio ſive abuſus, ad thema præſens, ut diximus, haud ſpectat, ſolùm hoc in conſideratione eſt, quo fine & uſu reus ſine rea ſexum
6 mentita fuerit. Voluntas † enim & propoſitum diſtinguunt maleficia, *l.* 53. *ff.de furt.* Experientia ſæpenumerò probavit, ut quo licentiores cum viris graſſarentur fœminæ, inde virili togâ vel veſte indutas fuiſſe, & è contra. Quod ſiquidem conſtiterit, indicium prægnans & vehemens hinc ſuboritur
7 contra reum reamvé, quæ ſexum virilem falsò profeſſa erat. Sic † Witebergæ Anno 1612. ſcortum nobile virili habitu aliquot menſes cohabitavit ſtudioſis Veneri operam dantibus, ſed dolo & fraude palàm detecta, mulier à pueris plebeis intercepta in rivum, qui civitatem tranſit, miſſa & aliquoties ſubmerſa, tandem auffugit, & paulò pòſt in vicino Torgæ oppido, laqueo ſtrangulata fuit. Adduci hîc poteſt exemplum ſcandaloſum Johannis VIII. meretricis verè Apocalypticæ, de qua Johan. Wolff. *tom.1.lect.mem.* ubi veritatem hiſtoriæ tot tantisque authoritatibus evincit, ut qui inficietur factum, ipſam veritatem oppugnare videatur, Bellarmin. *in loc. de Joanne hoc octavo,* ait: Joannam mulierem adminiſtraſſe ſacra, Conſtantinopolitanam tempore Joannis VIII. præſulem, qui rumor, cùm increbuiſſet, perveniſſetq; Romam, Joannem illum VIII. ſcripſiſſe Conſtantinopolim, malè audire Eccle-
ſiam

ſiam Græcam ob ſacra adminiſtrata à muliere. At quia paſſim diſſenſiones extiterint, de primatu inter haſce Eccleſias, finxiſſe & ſcriptis divulgaſſe Græcos, quaſi ipſe Joannes VIII. mulier eſſet mentita ſexum. Deinde, quod ſellâ ſtercorariâ uſi fuiſſent præſules Romani ante Johannem VIII. non ut ibi tangeretur Papa, an mas ſit vel fœmina, ſed aliâ de cauſâ honeſtiori, &c. Sed hac de re forſan alibi.

Cæterùm ni fallor execrabilius eſt, quoties vir ſexum celans barbam abradit, vel ne coma creſcat, medicamenta uſurpat, habitu fœmineo vel inter viros luxus & Veneris nefandæ exercendæ cauſa turpiter verſatur, vel ut, quod pejus, laxa indutus veſte muliebri committat, quod perpetrare, ſi virilem habitum præ ſe ferret, haud poſſet. Hæ fraudes ſceleratæ & damnoſæ ſat indicii ad torturam producunt & merentur: In tantum, ut quoque veſtes ſexui congruentes, non tamen perſonæ † ſtatui convenientes jure prohibeantur, damnentur, *l.15. §.15. ff. de injur.* Siquidem enim mulierem honeſtam quis appellaverit meretricem vel comitem abduxerit ejus, quæ veſte meretricia tegebatur, is inde injuriarum haud tenetur, prout idem in clerico receptum eſt, ut ſi veſte laicali incedat, ac ſubinde plagis exceptus fuerit, percuſſor non incidat in conſtitutionem, *c. ſi quis ſuadente Diabolo, &c.* quantò minus peccabit judex, veſte indecenti indutum in carceres mittens, & concurrentibus indiciis ad quæſtionem deproperans, *Dd. in d. l. 10. ff. de ſtat. hom.* 8

Quinimò & veſtium luxus † quandoq; indicia parit delictorum, quanquam ſexus celatio non acceſſerit, Petr. Roiz. *in deciſ. lituan. deciſ. 3. num. 137.* Hinc Claudia virgo veſtalis non aliam ob rem impudica credita fuit, quàm quod ornatus ſtudioſior eſſet, ita ut ad refellendam hominum opinionem † miraculo matris Ide ei fuerit opus, quæ Claudiæ cingulum ſecuta virginitatem creditæ vulgo mulieris comprobavit. Sic poſthuma virgo Veſtalis in ſuſpicionem amiſſi pudoris incurrit, proindeq; accuſata & abſoluta fuit. Minutia virgo veſtalis ob elegantiorem plus æquo cultum inceſtus accuſata & damnata fuit. Atq; has colendi corporis & ornandi curas damnoſas nedum in morte relinquunt fœminæ, uti † videre eſt *in l. fin. §. fin. ff. de aur. & arg. leg.* ubi Scævola JCtus ait, mulierem quãdam decedentem teſtamento cauiſſe, inferri ſibi, cum funeraretur, velle, linteas duas ex margaritis, & viriolas ex ſmaragdis, &c. Libet à propoſito hic parumper digredi. Zaleucum † leges tuliſſe dicitur interdicto mulieribus omni aureo ornatu, indumentisq; contextis, ejus rei poteſtate ſolummodo meretricibus & perſonis turpibus ad ſolicitandos animorum animos conceſsâ. Inde conſecutus eſt legislator, ut non modò matronæ, quibus pudicitiæ ſtudium fuit, intra mediocrem corporis cultum ſe continerent, ſed & quæ pudori ſuo non parcebant, vita erant atque inſtituto meretricio, ſumtuoſiorem veſtem abjicerent, nullam quippe tam profligatis moribus repertam, quæ ſuo ipſa indicio turpitudinem ſuam pro- 9 10 11 12

dere vellet, Diod. Sicul. *lib. Biblioth.* 12. Verum ornamentum ait ex Plin. & Ari-
13 stot. Petr. Roiz. *in decis. lituan. decis.* 3. *num.* 138. est, quod mulieres † ornat, ornat autem quod honestiores eas reddit, tales verò non reddit aurum, non smaragdus, non coccineus color, sed pudor, mores, virtus, & præter hæc silentium, neque enim serico & purpura indutæ fœminæ Christum induere possunt, ut ex *Pet.* 3. *cap.* colligitur, auro, margaritis & monilibus ornatę, ornamenta corporis & pectoris prodiderunt. His tamen omnibus, ait Roiz. *d. loc.* contemtis, non nobiles modò matronę, sed viles mulierculę ac plebejæ, quarum viri illiberalibus sordidisq; artibus victum quærunt, auro & gemmis in
14 publico translucent: quibus dum carere stolidæ † non possunt, ad rapinam malisque rationibus comparatam pecuniam infelices maritos cogunt, non quieturæ, nisi mos eis geratur, desiderantibus amplius, quàm ipsarum fert conditio, quam virorum facultas, quàm honestas, quàm ordinum denique ratio, nam & ejus hodie uxor in aurea torque spectatur, quem si merx injuriâ cœli aut alio casu corrupta fefellerit, esurire oporteat, infelix tamen vir hunc sumtum facere habet necesse, usuras alioqui matrimonio neque concordi neq; quieto, cui malo latâ lege occurrere commodissimum est atq; pernecessarium. Sed hæc obiter.

CAPUT XLI.

DE INDICIIS, QVÆ EX NOTORIETATE descendunt.

SUMMARIA.

1. *Notorium an inducat plenam probationem.*
2. *Notorium & sententia an pari passu ambulent.*
3. *Notoriè intrusus in beneficium eo spoliari potest de facto.*
4. *Iudex pendente syndicatu auffugiens, omnium querelarum reus censetur.*
5. *In notoriis appellationi non deferendum, si causa injusta est.*
6. *In notoriis pars citanda est.*
7. *Notorium inducit indicium saltem ad torturam.*
8. *Cautela traditur.*
9. *Confutantur argumenta quædam contraria.*
10. *Notorium aliud juris est, aliud facti.*
11. *Notorium à manifesto differt.*
12. *Nullitas notoria opponi potest in puncto executionis.*
13. *Notoriè doctus non debet examinari.*
14. *Ratio cur Doctorandi bis terve examinentur?*
15. *Licentiatus prior præferendus est Doctori postea promoto.*
16. *Vnde notorium propriè nascatur.*
17. *Practica quædam hic notanda.*

QUANQUAM non pauci statuant notorii vim tantam esse, ut inducat
1 plenam † probationem etiam in causis capitalibus, Bald. *in l. milites, ff. de qq. & in l. excipiuntur, ff. ad SCt. Syllan.* ubi voluit, quod nedum pars citanda sit in causa notorii, imò sententia ferenda reo quoq; absente, modò qualis

qualis

qualis causæ cognitio super notorio procedat, juxta illud: Quod notorium † 2
& sententia pari passu ambulare dicantur, idemq; operari notorium, quod sententia ipsa, *c. affert. de præs. & l. filium. ff. de his qui sui vel alien. jur. sunt.* Bald. idem *in l. Presbyt. C. de Episc. & Cler.* Innoc. *in c. statuimus, de offic. deleg.* Baldus *in l. si maritus, ff. de don. int. vir. & uxor.* hinc intrusus notoriè in beneficium, eo haud citatus nec auditus spoliabitur, Innoc. & Host. *in c. accepta. de rest. spol.* ratio est, quia † notorii vis magna & fortis dicitur, Phil. Port. *cons. 60. n. 24.* 3
adminiculum magnum & vehemens, Socin. *consil. 89. col. 6.* adeò ut si judex
† pendente Syndicatus inquisitione aufugerit, præsumatur omnium querelatum reus, quæ de ipso sparguntur, *Dd. in l. consiliarios, ff. de Assessorib.* Sic pater liberorum præsumitur, eo tempore, quo mulierem domi habuerit, natorum, Port. *d. loc. num. 13.* ubi dicit, quod in notorio appellatio recipi non debeat, & quod nec testes nec accusator super notorio audiantur, in tantum, ut qui judex super † notorio sententiam ferre nonnihil tergiversetur, ex syndicatu conveniendus sit, Par. de Put. *in tr. Synd. pag. 96. in 1. col.* Sed hæc & alia utcunque se habent, parum vel nihil stringunt adversus communem eamq; receptiorem Dd. sententiam, quâ vulgò rectiusq; placuit, nempe notorium pro sententia nequaquam habendum, Bald. *in l. si maritus, ff. de donat. inter vir. & uxor. & idem c. ad nostram, Clem. 3. de jurejur.* statuit, quod in notoriis † pars citanda sit, ne sententia de facto pronuncietur. Nam quanquam 6
peccatum & lapsus Adami primi parentis notorius & indubitatus esset, citatus tamen nihilominus antequam damnaretur, quod exemplum Dd. hîc solent quandoque allegare. Porrò quod notorium † indicium solummodò 7
generet ad torturam sufficiens, non probationem plenam nec sententiam, expressè quoq; idem Bald. tradit *in l. fin. ff. de hered. instit.* Marsil. *in rubr. Cod. de probat. n. 237. ibi:* licèt ex indiciis indubitatis possit deveniri ad condemnationem absque aliis probationibus, tutius tamen meliusque facturus est † 8
judex, qui non habet alias probationes, quàm indicia indubitata, ut extorqueat confessionem rei per torturam. Neq; obstat, *c. afferte, 2. de præsumt. neq; l. 6. ff. de his, qui sunt sui v. al. jur.* neve id quod Dd. allegati pro sententia contraria † fundanda adducunt, haud probatur, quod ex ipsis textibus satis manifestè apparet. Quanquam enim per indicia processerit Salomon Rex *in d. c. 2.* ac quoq; *in d. l. 6.* dicatur, ex cohabitatione viri & uxoris natam prolem pro legitima censendam esse, inde tamen non excluditur sententia condemnatoria, planè Salomon Rex ex confessione potius judicavit, neq; quod simulavit, ad consequentiam trahendum, prout etiam *d. l. 6.* in favorem filiationis & honorem conjugii lata, generalem facere non potest regulam, *l. 16. ff. de ll.* Cæterùm quod *c. ex literis, c. illud. c. tertio loco. de probat. & l. si qui adult. ff. de adult.* dicitur, posse ob violentas præsumtiones ferri sententiam definitivam, id in causis adulterii, sodomiæ aliorumq; criminum occultorum,

ubi probationes directæ rarò vel nunquam dari poſſunt, ſolummodò locum
habet, Marſil. *in d.rub.de prob.num.*238. *& ſeqq.* Deniq; quod gloſſa *in l.ſi quis
extraneus, §.ſciendum, ff. de acquir. hered.* ait, præſumtionem vehementem
haberi pro ipſa veritate, de civilibus non capitalibus cauſis, ubi de vita & ſan-
guine hominis agitur, *c. ubi de elect. in 6.* meritò explicari & intelligi debet,
juxta Marſil. *in d. rubr. num.* 239. hinc Abbat. *in c. auditis.ext. de præſcript.*
ait, quod ad condemnandum reum non ſufficiant argumenta vel indicia,
quantumcunq; urgentiſſima etiamſi ſint talia, quæ mentem judicis adeò co-
arctent, quod aliud credere non poſſit. Et quod etiam dicebatur appellari non
poſſe ex notorio, recipi nec teſtes vel accuſatores, id in ſpecie ſtringit & con-
cernit cauſas adulterii, ubi præſumtiones juris & de jure inſtar probationum
ſunt legitimarum & ſolennium, quæ ibi notorium κατ᾽ ἐξοχὴν dicuntur juxta
l.34.C.de adult. Et ſanè ad quid accuſatore vel teſtibus, ubi vel denunciante
fama, vel præſumtione juris & de jure, locum probationis ordinariæ tenen-
te, proceditur, opus eſt? Dd. *in l.39.C.de adult.gl in l.ſi tutor, ff. de peric.tut.* ubi
præſumtiones juris probationes liquidiſſimæ dicuntur: Sed quantum de no-
10 torio pro ſubjectâ materiâ ſatis: aliàs † notorium dicitur vel juris vel facti,
Cumia *ſuper tit.cap.*74.*num.*2. *&* 4. Maſcard. *de prob.concl.*1101.*num.*1. Noto-
rium juris duplex eſſe ſcribit Schurff. Quoddam enim oriri ait ex his, quæ
aguntur in judicio, quædam ex actibus extrajudicialibus, quando jus aliquid
vehementer præſumit, *conſ.*78.*cent.*3. Bellon. Tholoſ. *in tract. de defin. & di-
ſtrib.jur. univerſ.pag.*706. notorium juris eſſe dictitat, de quo canonicè ali-
quis fuit condemnatus, vel in jure confeſſus, vel per legitimas probationes
convictus. Notorium facti, cujus teſtis eſt populus, & diſſimulationi vel in-
ficiationi non eſt locus, *gloſ. & Dd in cap. paſtoralis, extr. de ſent. & re judic.*
Porrò notorium à manifeſto diſtinguitur, quia hoc probari debet, illud non
11 utiq;, Schurff. *d.loc.* debet tamen allegari † notorium, Marſil. *in d. rubr. num.*
201. Maſcard. *de prob.concl.*1103. *& ſeq.* Mandel. de Alba *conſ.* 318. *num.*34. No-
torium faciunt tria regulariter: [1.] Inſtrumentum, *cap. 2. de confir.* Schurff.
*cent.*1 *conſ.*59. Surd. *conſ.*214.*num.*18. Lancellot. *de attentat.part.*3.*cap.*24.*q.*1.
*num.*86. Menoch. *in tract.recup.poſſ.rem.*1.*num.*194. [2.] Res judicata, Bart *in
l.1.ff.de nov.oper.nunciat.num.*8. et [3.] evidentia facti, *d.l.6.ff.de his, qui ſui vel
al.jur.ſunt*, Gail.1 *obſerv.*16.*num.*7. ubi ait, quod citatio notoriè nulla citatum
12 non arctet, *l.1. & 2. ff. ne quis eum, &c.* & nullitas † notoria poſſit opponi in
puncto executionis, ad impediendum ſententiæ latæ effectum, *Clem. 1. de re
13 judic.* Sic notoriè † doctus non debet, ſi vult doctorari, in Collegio exami-
nari, Abb. *in cap.conſtitutus, cl.2.de appell.* Sed hoc ubi conſuetudine vel ſta-
14 tuto receptum eſt, obtinere debet, adeò, ut doctorandum † nedum ſufficiat
examen unum, cùm quis bene dicere ſemel poſſit magis fortuna, quàm peri-
tia, unde victoriæ palma nemini offerenda eſt, *l. omnes, in verb. fortun. C. de
præſcript.*

præscript.30.annor. hinc vulgò dicitur: quod unus actus ad probationem consummatæ & absolutæ virtutis haud sit satis: Una hirundo non ver facit, Baldus *in l.jura, ff.de ll.& l.fin.C.de bon.poss. cont. tab.* & text. *in l.1.C.de athlet. lib.* 10. ait: quod Athletæ sine victoriis tribus non mereantur præmia nec honores, ubi Bartol.& Dd. Tiraquell.*de pœn.caus.51.num.164.& in tract. de ll. connub.gloss.2. lib.16.p.397.* ubi statuit, quod examinatus, adeoq; doctorandus in favorabilibus pro Doctore habeatur, Bald.*in l.qui indignus, ff.de sen.* Socin. *cons.70.col.2.lib.4.* Middendorp. *de Academ.lib.1.cap.7.* Petr.Heig.*quæst.17.num.23.p.1.* Petr.de Lesnander.*in tract.de Doctor.& eor.privileg.part.4.q.3.&*
q.98. inde & hoc sequitur, quod prior † Licentiatus præferendus sit Docto- 15
ri, postea promoto, Tiraquell.*d.loc.argum.l.1.C.de cons.lib.12.* Aretin.*in §.quædam, col.10.vers.quæro de quæst. conting.Instit.de act.*

Præterea notorium † faciunt confessio partis in judicio, *cap. olim, de* 16
verb.signif.cap.vestra, de cohab.cler.cum similib.adductis per Grammat.decis.31.num.8.& decis.36.num.38. Thom. Trivisan.*decis.Ven.46.num.4.lib.2.* quod in causis criminalibus potissimùm valere, dicit Bartol. *in l.scriptus, ff.de relig. & sumpt.fun.& in l.JCtus, ff de his, qui not.inf.* Matth. de Affl. *in decis. Neap. dec.177.n.2.* ubi hoc adserit, quod licèt de adulterio regulariter ex officio judex nō inquirat, quod tamen id fallat, siquidem crimen sit notorium. In causa civi-
li confessio judicialiter facta notorium † non inducit, nisi facta conclusione 17
in causa, *gloss. in cap.significarunt, de testib.* Hoc notandum cumprimis erit, ut quoties reus propter unum aliquod delictum capiatur, captusq; torqueatur, confiteatur alterum, ut qui de adulterio tortus furtum vel homicidium sub quæstione fateatur, inde notorium non inducatur quoad furtum vel adulterium, sed simplex quoddam indicium ad formandam inquisitionem super hisce maleficiis, vide Matth. de Afflict. *in d.decis. decis.177.in fine, vide cap.109.* ubi notorii vis & ἐνέργεια dilucidius explicatur.

CAPUT XLII.

DE INDICIIS, QUÆ EX MENDICITATE depromuntur.

SUMMARIA.

1. *Suspecta mendicitas indicium torturæ parit.*
2. *Mendici validi non tolerandi in Imperio Romano.*
3. *In mendicorum liberos quoq; inquirendum est.*
4. *Moriones, mimi, scurræ, saltatores non tolerandi.*
5. *Quid de medicis circulatoribus statuendum.*
6. *Explicatur l.3.ff.de ext.cognit.*
7. *Medicus non debet horam mortis denunciare ægroto.*
8. *Chyrurgus non secet venam illius membri, quod est in signo Lunæ.*
9. *Explicatur casus l.7.§.fin.ff.ad L.Aquil.*

10. Cyn-

10. Cyngari non tolerandi.

11. Cur Cyngari ita peregrinari coguntur?

12. Exponitur l. un. C. de val. mend.

13. De monachis mendicantibus quid ſtatuendum?

14. Recitatur dictum memorabile Henrici IV. Regis Gallorum de monachis mendicantibus.

15. Indicium Æneæ Sylvii de cœlibatu monachorum.

16. Monacho quo pacto matrimoniũ concedendum?

17. An Iudas proditor Chriſti adhuc vivat, monachumq; agat?

18. Mendicantes Romani pro hauſtu vini in Anglia dederunt indulgentias.

19. Plura alia de monachis recenſentur memorabilia.

20. Monachi non poſſunt mutare ordines ſine ſingulari Papæ reſcripto.

21. Mendicantes ad alios ordines translati non poſſunt promoveri in Doctores Theologiæ, nedum quoq; Licentiati vel Baccalaurei eſſe poſſunt.

22. An fratres Teutonici ordinis ſint religioſi?

23. Monachi pro mortuis habentur, qui imprægnãt mulieres, etiã proprias commatres.

1 PRæterea indicium ad torturam facit ſuſpecta † mendicitas, Petr. Heig.
quæſt. 27. *lib.* 2. ubi ait: quod mendicantes ex eo quod morbum ſimulent,
& ſubinde falſis diplomatibus & literis utantur, fuſtigatione vel relegatione
debeant coërceri idque exemplo Athenienſium, Ægyptiorum & Chinen-
ſium, Steph. *de juriſd. Græc. c.* 15. *reformat. polit. receſſ. de anno* 530. *in §.* Von
2 Bettlern/ diſponit † mendicos validos haud tolerandos in Imperio imò pu-
niendos eoſdem eſſe, idem ſancitur *Ord. Cam. Auguſt. de anno* 1500. *in* §. Von
Bettlern/ *& receſſ. reform. polit. Auguſt. de anno* 1548. §. Von Bettlern/ *ibi:* Es
ſoll niemand zu bettlen geſtattet werden/ der nicht mit Schwachheit oder Ge-
3 brechlichkeit ſeines Leibes beladen vnnd des nicht nottürfftig ſey. Idem de †
mendicorum filiis jam pubertati proximis reſultat indicium, *arg. dictar. con-*
4 *ſtit. Imperii cit. locis.* de morionibus, Schalcks-Narren/ mimis, † ſcurris, ver-
ſificatoribus, cantoribus, ſaltatoribus & ſaltatricibus idem ſtatuitur, *dd.*
imper. receſſ. cit. locis. Petr. Denais. *de jur. cam. reg.* 188. *pag. mihi* 269. *&* 219.
5 *pag.* 311. De medicis † circulatoribus agitur quoque in prædictis hiſce locis
paſſim & *conſt. crim. Car. V. art.* 134. ubi dicitur debere in medicos hujuſmo-
6 di ſeriò animadverti. Ejuſdem farinæ medicorum noſtro judicio † fit men-
tio, *in l.* 3. *ff. de ext. cogn.* ubi medicus, quo æger poſſeſſiones ſuas quarundam
rerum ſibi donaret, per adverſa medicamenta planè excœcavit, aliàs jure pro-
hibetur, ne † medicus cujuſcunque ſit qualitatis, horam mortis manifeſtet
7 ægro, *cap.* 13. *ext. de pœnit.* Chyrurgo † quoque interdicitur ne venam ſecet
8 membro hominis, in cujus ſigno luna † exiſtit, *l.* 7. *§. fin. ff. ad L. Aquil. in l.* 11.
9 *ff. eod.* ne chyrurgus ubivis locorum homines tondeat. Accidit † referente
Mela ibidem, ut cum quidam pila luderet, vehementiusque eam in tonſoris
manus ex improviſo dejiceret hominis, quem Chyrurgus vel alius quidam
10 tondebat, gulam præciderit, &c. De † Cyngaris idem ſtatuunt *Imp. receſſ.*
locis ſupra allegatis cumprimis *reform. polit. Auguſt. de anno* 548. *promulgatæ*

ibi:

ibi: Der jenigen halber/ so sich Zigeuner nennen / vnd in den Landen herumb ziehen/gebieten wir allen Churfürsten / Fürsten vnd Ständen bey den Pflichten/damit sie dem Reich verwand / ernstlich vnd wollen / daß sie hinfüro dieselben Zigeuner/nach dem man gläubliche Anzeige hat / daß sie erfahrne Verrähter vnd Außspäher seyn / vnd der Christen Land dem Türcken vnnd andern der Christenheit Feinden verkundschafften / in vnd durch jhr Land nit ziehen/ handeln noch wandeln lassen / noch jhnen deßhalb Sicherheit vnnd Geleit geben/ vide Johan. Jacob. Speidel. *in notab. histor. polit. lit. 2. num. 6. verb.* Zigeuner. Theodor. Reinkingk *de R. S. & E. lib. 2. class. 1. cap. 7. num. 13.* Interrogati † 11
Cyngari, cur ita peregrinentur respondent? majores suos, beatæ virgini ac deiparæ Mariæ, cum in Ægyptum fugere cum puerulo ac Josepho coacta sit, hospitium denegâsse, inde se jam sustinere tam dura exilia justo Dei judicio Camer. 1. *med. hist. in c. de cyngaris.*

Sed ad mendicos † redeamus: de mendicantibus validis peculiaris est 12
tit. in l. unic. quæ est Gratiani & Valentiniani & Theodosii ad Sever. P. V. C. *de mend. valid. lib.* 11. ubi Severo mandatur inquirere in mendicantes, an integritate corporis & robore annorum adhuc valeant nec ne? ne scilicet mendicantes validi egenis & verè miserabilibus personis panes subtrahãt, vel specie & prætextu mendicitatis enormia celent vel perpetrent delicta, Joh. Wolff. *tom. 2. lect. memor. pag.* 277. ubi ex Aventino mendicitatem delictum & fornicatione turpius esse evincit. Cæterùm sæpenumerò per simulatam mendicitatem immanes proditiones, incendia, explorationes, rapinæ, latrocinia, furta committantur, ipsa experientia, quæ rerum omnium Magistra dicitur, *in §. omnium. Inst. de satisd.* satis superq; docuit, ut meritò submirandum sit, cur Imp. Romani status in mendicos ignotos accuratiori, quam par, indagine non inquirant, & quod detestandum, tantam colluviem mendicantium nundinis Francofurtensium instantibus tolerent, eisque quasi salvo conductu ex omni asse instructis, tantùm indulgeant & conniveant, quod ipsum aliquando inter gravamen publicum allegatum fuit à proceribus imperii in Comitiis & exprobatum Episcopis, teste Wolfio *d. tom. 2. pag. 392. ibi:* Quin reperitur etiam abusus circa mendicabulum, dum non inspectatur antè in mendicos publicos, validine sint, an invalidi, quam permittãtur pulsare ostia. Inexplorati admittuntur & inter hos sæpenumero proditores. Veros pauperes, qui aut mori aut mẽdicare coguntur, portis civitatum prohibere, aut fortè ingressos excludere, non Christianum sed Tyrannicum est. Idem de † mo- 13
nachis mendicantibus sentire sine scandalo & impietate licet, Pogg. Florentin. *de miser. humanæ condit. lib. 1. pag. mihi 39.* latè & scitè, scilicet qui haud impari fato molesti sunt S. R. I. voti, quod profitentur custodes irreligiosi, de quibus illud Ungersdorffii: Das Römische Reich liege in den letzten Zügen vnd schreye Eli / Eli / dessen Vnterhaltung niemand anders den Pfaffen

vnnd Münche allermeist zugeniessen/ hinc rescriptum Henrici IV. ad Gre-
14 gor. VII. qua monachorum † ignavam multitudinem taxat, quam nihilominus, etsi manibus non laborant, ad pecuniam pervenisse, pecunia favorem, favore ferrum, ferro sedem pacis turbâsse, & de sede pacis, pacem mundi fregisse attestatur. Et refert Wolff. *p.1.lect.memor.p.36.* plures sacri ordinis viros jam dudum statuisse de rebus fore Rerumpublicarum, siquidem Monachi otiosi passim non relinquerentur, existimantes monachum, qui manibus non operetur nec laboret, prædoni similem esse. Ut nec immeritò Imp. Valens ex eremis aliquot millia monachorum extracta Barbaris trucidanda objecerit, eo in prælio, quo adversus Gothos conflixit, Andr. Alciat. *in annot.ad Cod. de jure fisci. pag. mihi 196. vide cap.54.* & Sixtin. Senens. *in bib.S. lib.6.annot.317.* ubi tria solummodò monachorum genera ad labores non cogenda, contra Augustinum *de oper.Monach.c.17.tuetur.* Quapropter quo-
15 que † Æneas Sylvius ob causas quidem magnas Monachis cæterisq; clericatus ordinibus matrimonia fuisse ademta, propter majores tandem eis restituenda, ut laborent discantque cum sudore vultus familiam sustentare, Id.
16 Wolf. *d.p.1.pag.163.* Unde & hoc statutum legimus, quod † Monacho pro re nata permitti debeat exeundi monasterio, ut ducat uxorem procreetque liberos, atq; dehinc redeundi ad illud. Videatur idem Wolff. *d.p.1.p.504.* Sic Diaconis diligentioribus quondam permissum est ducere uxores. *Id.p.*
17 190. ridiculum verò hoc, quasi Judas † proditor Christi adhuc vivat monachumq; ordinis, ni fallor, mendicantium agat, refert idem ex priscis script. Wolff.*p.1.pag.159.* & Greg. Tholos. *in tom.art.mirab.tom.4.* Item quod Moyses adhuc vivat & victurus sit usq; ad tempus Anti-Christi, in quo simul cum Helia occidetur, Hilar. *in Matth.20.* Sixt. Senens. *in Bibl. S.lib.6.annot.91.* Porrò quod Johannes Evangelista vivat nec mortuus sit, Idem Sixt. *annot.93.* vana & superstitiosa Patrum somnia contra S S. Scripturam, uti & hæc de Judæ interitu Papiæ, Johannis discipuli, attestantis: Ad magnum impietatis exemplum in hoc mundo permansisse Judam, in tantum ipsum tandem corpore inflatum, ut progredi non posset; eumq; in via curru levi compressum, ut medius rumperet & effunderet intestina, Oecumenius *in collecta. Act. Apost.* scriptum reliquit: Intumuisse toto corpore Judam, palpebras quoq; sic tumuisse, ut lumen videre non posset, membrum genitale omnem superasse obscœnitatem & magnitudinem: Porrò in vermes in corpore natas, quæ vivum corroderent, post multa demùm tormenta in prædio suo mortuum, ex fœtore prædium desertum permansisse, & non habitatum usq; in hodiernum diem, & neque ad hoc usque tempus locum illum quenquam præterire posse, nisi obturatis manu naribus, Sixt. Senens. *d.lib.6.annot.222.* Sed ad Monachos redeo. Cæterùm mendicitas hæc peperit quoque incommoda: ut
18 mendicantes † Romani in Anglia aliquando pro cœna, pro potu vini dederint in-

rint indulgentias, quibus instructi fuêre, nec non pro lusu pilæ, pro amplexu, & actu Venereo, idem Wolff. *pag.* 874. scribit idem *d. p.* 1 *pag.* 921. quod collectoribus Germaniæ, pecunia indulgentiarum magni ponderis furto surrepta fuerit, & quod fures adjuverit Sathan † in forma hominis ignoti & 19
canis. Idem habet *pag.* 937. quod monacho datus fuerit equus, ut peccata moribundi in se reciperet, sacerdotem funus prosequentem, in medio templi rursum retractum, factamque in templo magnam voraginem, & evanuisse monachum, &c. Sed hæc citra injuriam ordinis scripta sunto, de quo protestamur.

Jure † Canonico statutum esse apparet, ne mutare possint ordinẽ men- 20
dicantes ad religionem S. Augustini, Benedicti, vel alterius ordinis transituri sine singulari Papæ rescripto, quanquam Carthusiensium professionem recipere possint, text. *in extr. viam ambit. cupid. de reg. in extr. comm.* Ægid. Bellamer. *consf.* 32. quantò igitur minus ad statum secularem redire eis licebit: aliâs mendicantes † ad alios ordines translati non possunt administrare officia in 21
illo statu novo, *cap. quorundam, de cler. in* 6. Petr. Rebuff. *de benef. pag. mihi* 425. imò si dispensatione officium obtinuerint, non tamen inde vocem nec locum consequuntur in Capitulo, *cap. licèt, de reg. cap.* 1. 21. *quæst.* 1. prout & hoc receptum est in hujusmodi religiosis, ne possint promoveri in Doctorem, nedum Facultatis Theologiæ, imò nec tutelam gerere Licentiati vel Baccalaurei, Rebuff. *in pract. benefic pag.* 422 quanquam hæc sententia displiceat Ambrosio, *lib.* 1. *annot.* ordines mendicantium supra omnes gradus & dignitates evehens ac evincens: Ipsum Messiam & Apostolos mendicantes fuisse, Messiam coactum fuisse mendicare: 1. ut satisfaceret pro superbia & petulantia nostra: nos enim rapueramus arroganter cibum non nostrum, sed prohibitum, (quod quoque assiduè facimus) ipse quod suum erat submisse & humiliter petiit quasi alienũ. 2. ut humilitatis nobis præberet exemplum, & edomaret superbiam nostram: addens Christum mendicasse locum, ubi Pascha cum discipulis celebravit, mendicavit asellum, quo urbem sanctam invectus est, à Zachæo mendicavit hospitium, à mulieribus victum, *Luc.* 12. 19. *&* 8. Thom. Cajetan. *in Matth. cap.* 5. explodit hanc sententiam, quam ab Ecclesia olim damnatam fuisse adserit Idem Ambros. vide Sixtum Senens. *in Biblioth. Sanct. lib.* 6. *annot.* 18. De fratribus † Teutonici Ordinis quæri solet, 22
an sint religiosi, & cujus ordinis? *gloss. in cap. quia, de cler. domib.* comparat eos religiosis domibus, & religiosos eos appellat Panorm. *in cap. quamvis, de decim.* Alber. de Rosate eos religiosos esse dicit propterea, quia vovent tria vota: *Obedientiam, paupertatem, & continentiam*, Signorell. *de homicid. in repet. authent. ingressi, C. de SS Eccl.* refert, quod quatuor præcipuè hic status præ se ferat 1. ait, status est religiosus, quia nihil habent proprii, ut fratres. 2. Clericalis, quia non possunt habere quid proprii, sed in communi, ut monachi

 nachi

nachi vivunt. 3. dicit, in proprio quidam nonnihil habent, & nihil in communi, ut fratres militiæ S. Mariæ, & S. Francisci, & putat eos esse de fraternitate aliqua, *l. sacrosanctam, l. quis presbyter, C. eod. tit.* 4. subdit, quod possint habere proprium & in communi, ut sacerdotes. Confer Theodor. Reinkingk *de regim. secul. & Eccles. lib. 3. class. 2. cap. 3, num. 40. & seq.* Polydor. Virgil. *de in-*
23 *vent. rer.* ait: quod † quidem fratres sint, non verò monachi, Gylman. *tom. 2. in decis. Cam. pag.* 342. non mortui, uti finguntur monachi, *l. 56. C. de Episc. & Cler.* qui sic mortui sæpenumero imprægnant, *cap. sicut, ext. de homicid.* etiam proprias commatres, *cap. 18. q. 3.* Prosp. Farinac. *de testibus, lib. 2. tit. 6. quæst. 61. opp. 14. num. 133.*

CAPUT XLIII.

DE INDICIIS, QUÆ EX EGESTATE ET PAUpertate descendunt.

SUMMARIA.

1. *Paupertas deplorata indicium parit quæstioni.*
2. *Quis propriè dicatur pauper?*
3. *Rex, Comes, Regno & territoriis suis spoliati dicuntur pauperes.*
4. *Pauper dicitur, qui non est solvendo neque dotare filias potest.*
5. *Pauper in pluribus æquiparatur infami.*
6. *Examinatur Marsilii sententia super hac quæstione.*
7. *Correctâ legis ratione & lex ipsa censetur correcta.*
8. *In teste non tam fides quàm divitiæ requiruntur.*
9. *Examinatur sententia Alexandri in hac quæstione.*
10. *Pauper re & animo quis dicatur?*
11. *Si pauper incipiat illico ditescere, quæ inde oriantur indicia?*
12. *Indicia paupertatis etiam contra nobiles pauperes stringunt.*
13. *Quis nobilis pauper dicatur?*
14. *Nobilis pauper arcendus à muneribus & officiis publicis.*
15. *Qui disputat de nobilitate sine pecunia, disputat de nobili stercore, ubi de nobilitate Arcadum & Atheniensium ficta differitur.*
16. *Nobiles facilè contemnunt plebeios virtuti deditos.*
17. *Nobilitas literis parta ad heredes transitoria.*
18. *Doctor an præferatur nobili?*
19. *An verum sit quod Iason scribit, nobilem urbanum digniorem esse nobili rustico vel rurali.*
20. *Recensentur dicta quædam admonentia, ne sub specie paupertatis rei injuria vel vis fiat.*

1 PAupertatem † indicium falsi, corruptelæ & rapinæ generare statuit Arnold. de Reig. *in th. jur. p. mihi* 349. *num.* 51. intelligitur autem hìc † pauper qui propriè sic dicitur, id est, qui in bonis non habet florenos 50. *arg. l. nonnulli, ff. de accus.* non qui laborat malis moribus, de quo diximus supra per aliquot capita, nam & is quoq; pauper dicitur, Alex. *consil.* 209. *num.* 3. *volum.* 6. Gail. 2. *observ.* 95. *num.* 19. licet paupertatis definitio judicis arbitrio ut plurimum relinquatur, *gloss. in auth. C. unde vir. & uxor.* Covarruv. *var. resolut. lib. 2.*

cap. 6.

*cap.6.num.*8.quò tendunt authores,quos affatim citat Wilhelm. Antonii *in tr.de rescript.morat.conclus.*44.*n.*17. quandoquidem quis pauper etiam dicatur,tametsi plus ultra 50. florenos possideat, inspecta nempe conditione & dignitate hominis, qui egenus est,vel pro egeno vulgò habetur, Anton. Peregrin. *consil.* 41. *vol.*1. Sic Rex suo modo dicitur pauper, Cæsar Bartz: quem refert & sequitur Reig. *d. l.* dux, comes, nobilis territoriis & bonis spoliati, Bartz. *d. loc.* exul, imò & artifex, qui præter artificium nihil habet, seque ex artificio sustentare tenetur,dicitur pauper, Bartz.*decis.* 69.*n.*43. Deniq; pauper † etiam dicitur, qui solvendo non est, §.*sed neq;, Novell. de fidei*: neque 3
nutrire liberos,elocare & dotare filiam potest,vid. Matth. de Afflict. *in decis. Neapol.decis.*179. Porro pauper † in hoc infami comparatur, quod utrique 4
denegetur facultas accusandi per rationem : quod præsumantur citius corrumpi posse pecunia,qua pauperi † egent *gloss.in rub.C.qui accus. non possunt.* 5
Spec. *in tit.de accus.* §.*ita.vers.*item excipitur: quæ sententia Marsilio displicet,inde quod accusator se subscribere teneatur, nemo autem existimandus est tantæ insaniæ,ut accuset, quem probationibus sufficientibus haut scit † 6
convicturum, Mars. *in* §.*diligenter,nu.* 208. Sed nec hæc opinio stringit,sublatâ nempe subscriptionis illius consuetudine: cessante itaq; ratione,cessabit quoque dispositio legis,vel ut Everhard. loquitur, correctâ ratione legis etiam lex ipsa correcta † censetur, *in top.in loc. à cess.rat.* Sequitur ergo,quod 7
sententia glossæ & Speculatoris,non obstante allegata ratione,inconcussa rataq; persistat. Eadem quæ ad accusandum non admittit pauperem causa præstat, ne testimonium dicere possint, quoniam non tam † fides in teste spe- 8
ctetur quam facultas divitiarum, *l. testium, ff. de testibus*, sæpe hominibus ob inopiam ad falsi consilia inclinantibus, eleganter itaque Callistratus *d. l. testium, ff. de testib.* inter cætera, quæ in testium persona explorare oporteat, illud notat, locuples an egens sit, ut lucri, inquit, causa quid facilè admittat. Nam Sophoclis Orestes ait in electra: hoc habet vitium paupertas,quod doceat homines sua indigentia malum, Petr. Roiz. *in decis. lit. decis.*4.*num.*216. Sed instant hîc Jason. *in l.fidejussor, ff.qui satisd.cog.* Alex. *consil.*61.*vol.*1. Ruin. *consil.*158.*num.* 27. *vol.* 5.adstruentes, non † secus ac senes & valetudinarios 9
cogendos esse pauperes, ut testificandi gratia se judicio sistant, *c.si qui testium, de testibus.* R.committi fallaciam secundùm quid. Quæ enim testem propriè repellit à testimonio, est necessitas ipsa juris,cum enim testis falsum dicens damnum quoq; resarcire teneatur ei, quem falsa deponendo læsit,*c.*1.*ubi glos. & Abb. de testib.* Sanè si pauper est & inops,refundere nihil potest actori,repellitur ergo ut non idoneus, exemplo fidejussoris parum idonei & non solvendo existentis, *Dd.in l.testium,ff.de testib.* Petr. Roiz. *in decis. lituan.decis.*4. *nu.*221. Consideratur porrò & hæc ratio, quod testis facultatibus lapsus vulgò præsumatur prodigalitati operam dedisse,ut verisimile non sit alienæ sub-

ſtantiæ parſurum eſſe, qui ſuæ non pepercit, Alex. *d.loc.* Sanior eſt ſententia
eorum, qui arbitrio judicis committunt, qui pauper ad teſtimonium dicen-
dum admittendus ſit nec ne? Alber. de Roſat. *in d.l. teſtium, ff. de teſtib.* Sed hac
de re infra in materia probationum de teſtibus dicetur aliquando prolixius.
Ad indicia revertor: quod ſupra de paupertate indicium generante diximus,
non ἁπλῶς ſed cum micâ ſalis, ut loquuntur, intelligendum eſt: ſi nempe pau-
per malis quoque moribus imbutus atq; ſic pauper re & animo fuerit, aut ſi
10 pauper † cœperit brevi diteſcere: Videndum quoque, quibus cum verſetur
pauper, quo artificio, quo negotio occupatus ſit, & quæ circumſtantiæ aliæ
11 hîc in conſiderationem venire poſſunt. Equidem enim † in indiciorum
materia, regula illa obtinet: Et quæ nō proſunt ſingula multa juvant, Cothm.
in conſil. reſponſ. 15. nu. 170. *cum aliquot ſequent.* Præterea quæ de paupere ple-
beio dicuntur, eadem in nobile quoque paupere obtinent. Qui nobilis enim
12 mille in bonis habet, pauper † dicitur cum plebeius, è contra tantum æris
poſſidens dives habeatur, *argum. l. nepos, ff. de V. S. & l. ſed etſi*, §. 1. *ff. de R. J.*
Socin. *conſil.* 30. *lib.* 4. Dec. *conſil.* 163. Tiraquell. *de nobilit. c.* 20. Alii nobilem
13 † illum vocant pauperem, qui tantundem non poſſidet, unde dignitatem
tueri queat, Tiraquell. *d. loc. n.* 154. Bald. *in l ſi quis ad declinandum, n.* 5. *Cod. de*
14 *Epiſc. & Cler.* Atq; hinc eſt, quod nobilis † pauper æquè arceatur à muneri-
bus & officiis publicis, nempe ne egeſtate preſſus ſordibus & corruptelæ ſe
tradat, *c.* 2. *de teſtib. l.* 1. *Cod. de cuſt. reor.* ubi evincitur, quod locupletiores ple-
beji, nobilibus egenis, ordine ſint præferendi in magiſtratibus & honoribus
adipiſcendis, *l. reſcr. de pond. muner.* Bod. *de republ.* 3. *cap. fin. p.* 576. Et ſanè ec-
quid nobilitas ſine divitiis? ut Hoſtienſ. multiq; alii haud immerito dixerint:
15 quod diſputans † de nobilitate ſine pecunia, diſputet de nobili ſtercore.
Vide Lather. *de cenſ. lib.* 3. *cap.* 13. *in fine*, & dubium non eſt, quin genituram,
uti unicam nobilitatis idæam, quaſi idolum ſuſpicantes, ſtemma crepantes,
tantum à nobilitate verâ ſoleant abeſſe, quantum à Lunâ Arcades, qui ima-
ginabantur ſibi, quod eſſent antiquiores Lunâ, inde Proſelenes & Anteluna-
res dicti, Plutarch. *in qq. Rom.* 76. Athenienſes terrigenæ: quod non ex ho-
minibus, ſed ipſa terra ſtirpem ſuam ducerent. Proinde Plato *in Menexen. de
gente Attica*, hæc: Eo tempore, quo tellus omnia animalia producebat feras
& armenta, terram duntaxat illam adhuc ſterilem, agreſtibusq; animantibus
vacuam, propriè verò ex omnibus animantibus hominem genuiſſe, qui cæ-
teris intelligentia præſtaret, ſolusq; is Deos coleret, &c. vide Tiraquell. *de no-
bilit. cap.* 19. *num.* 28. Joan. de Pineda *tom.* 2. *in Job. cap.* 38. *pag.* 962. Sed ad rem:
Imò in urbibus popularibus nobiles ideò ab officiis quoque arcentur, ne op-
primant plebejos, Petr. Gabal. *caſ.* 4. *reſ. crim.* Experientia enim docuit, quod
16 nobilibus † contemptor animus inſit adverſus plebejos, præſertim eos,
quos virtus nobilitat propria: Commune nobilitatis malum refert Saluſt. *de*

Q. Me-

Q. Metello consulatum, C. Mario invidente. Constat hinc, quid in trita illa quæstione, an paupertas tollat nobilitatem, quodammodo decidendum sit? qua de re Tiraquell. *de nobil.* passim & Guido Pap. *decis.* 41. ubi disputat, an nobilis mercenarius vel negotiator factus, perdat jus nobilitatis? De Doctore juris idem statutum esse apparet, cùm parium idem sit judicium, quem nobilitatem ad hæredes transferri docet Francisc. Pfeil *cons.* 197. *cent.* 2. *nu.* 28. Quanquam non pauci opinentur, quod neque armis, neque † literis quæsita no- 17
bilitas propriè in hæredem tranferatur, nisi & ipse majorum vestigia sequatur, quod nedum consuetudine introduci posse statuit Bart. *in l. exemplo, C. de decur.* Dec. *in l. fœminæ, ff. de reg. jur.* Cassan. *in tract. glor. mund. passim*, ubi hujusmodi quæstiones elegantissimè & copiosè pertractat. Puteus *decis.* 126. *lib.* 1. Arnold. Reig. *in thes. jur. pag.* 268. ubi statuunt, quod Doctor † præferatur 18
nobili simpliciter, Jason *in §. item Serviana, Instit. de act. num.* 25. scribit, nobilem pluris æstimandum esse, qui in urbe habitat, minoris autem, qui ruri vitam in villa degat, quod ex omni asse comprobari nequit, 1. cùm expeditum sit, quod locus potius propter personam, vel jus, quod ibi redditur, sacra, quæ † ibi peraguntur, nobilitetur, privilegiis muniatur & exornetur, quàm 19
ut adjunctum loci inde prærogativæ vel dignitatis quicquam recipiat, *Dd. in rubr. ff. de relig. & sumpt. fun. & t. t. de relig. dom.* 2. quod antiquitus ex ipsis villis & quasi ab aratro consulares ad dictaturam vocati fuerint, cum agriculturæ ordo laudabilis sit. Plin. *lib.* 2. *cap.* 3. Guid. Pap. *decis.* 41. Omnium rerum, quibus aliquid acquiritur, *ajunt*, nihil agricultura melius, nihil uberius, nihil dulcius, dicerem etiam nihil homine libero dignius: unde Theophrastus scripsit: *οὐδὲν μᾶλλον ἀνδρὸς ἢ ἐλευθέρου ἄξιον.* Cyrus propter agriculturam, cui operam dedit ante susceptum munus regium, maximè laudatur. Torquatus, Cato non minus rurali quàm urbana laude illustres ob id inde summoperè gloriantur, quod attritis opere rustico manibus, salutem publicam stabilirent, quiq; modo arantium boum juga rexerunt, triumphales currus retinerent, Cassan. *d. loc.* ubi attestatur, quod nobiles totius penè Europæ ruri habitent, & ex agricultura victum & amictum passim quærant. Sed hæc pro re nata de paupertate nobilium.

Perpendendum autem est hoc in loco, indicia hujusmodi plusquam oportet, haud extendenda, ne sub prætextu paupertatis patiatur innocens & justus, cum satius sit nocentem absolvere, quàm innocentem condemnare, vel ut text. Canonicus ait: *in c. vera justitia. distinct.* 45 propter misericordiam reddere rationem tutius quam propter crudelitatem, hinc Marsil. scribit *in consil. crim. consil.* 45. *in fin.* Considerandum est (*ait*) quod † J. de C. & affinis 20
& amicus sit partis & communiter reperiatur civis pro cive, non autem civis pro rustico contra civem & adversarii B. sint cives nobiles & fulciti bonis amicis & affinibus. Ipse autem N. miser rusticus & pauper absque affinibus

& amicis,

& amicis, & si quos habeat amicos, illi pauperrimi sunt nec juvare eum possunt: nam scriptum est, quod pauper non solùm in judicio contemnatur, sed quod deterius, contra veritatem sæpe opprimatur, *c. pauper.* 11. *q.* 3. Recordentur autem judices, cujuscunq; sint conditionis, quod mensurâ ea, qua mensi fueritis, alii remetientur vobis, neque enim excusabuntur dicentes, quod delicta non debeant esse impunita: Verum id est, sed inde non debet pati justus, *c. nuper. de donat. inter vir. & uxor. & c. ex tenore. de for. comp.* neq; enim discooperiendum unum altare ut aliud cooperiatur, & non est furandum, ut eveniant bona, hæc Marsil. *d. consil.* 45. vel ut Bod. 4 *de Repub.* 6 *in princ.* ait: Princeps rationem reddere indiciorum aliquando tenetur, qui opponere illud non potest, se suorum judicum religionem ac fidem fuisse secutum, unde versus Marcell. Palingen. *in sagitt. p.* 273.

Quumq; potes, miserere inopis, neq; despice egenos,
Hoc pacto acquires laudem æternamq; salutem,
Et pro terrenis cœlestia munera habebis:
Non homo sed lupus est, quem non clementia tangit, &c.

CAPUT XLIV.

DE INDICIIS, QVÆ EX PEREGRINATIONE & circumvagatione suspecta oriuntur.

SUMMARIA.

1. *Suspecta peregrinatio indicium torturæ parit.*
2. *Exempla non restringunt regulam.*
3. *Statutum in uno parium extenditur ad aliud.*
4. *De militibus circumforaneis quid juris?*
5. *Peregrini à muneribus & officiis publicis arcendi.*
6. *Peregrini an testamenti factionem habeant.*
7. *Peregrini non tolerandi.*
8. *Peregrinus non est, qui Reipubl. causa peregrinatur.*
9. *Qui religionis vel voti causa peregrinatur, peregrinus non est.*
10. *Vagabundus Imp. Romani civis peregrinus non est.*
11. *Inquirendum tamen in vagabundos.*
12. *Historiæ quædam hîc aliquot memorabiles referuntur.*
13. *Quis dicatur vagabundus?*
14. *Vagabundus Emphyteuta vel beneficiarius, qualiter beneficiis priventur?*
15. *Vagabundus ubivis locorum forum sortitur.*
16. *Testis pecuniam accipiens eo ipso falsus est & pœnam falsi incurrit.*
17. *Mulier pecunia inducta ad adulterandum an mitius punienda sit?*
18. *Studiosi temerè peregrinantes pecuniam inde consumptam conferre tenentur.*
19. *Studiosus vagabundus non gaudet privilegiis scholarium.*
20. *Mercator vagabundus non gaudet privilegiis mercatorum.*
21. *De clericis non residentibus notabilia.*
22. *Mulieres peregrinæ, ut plurimum sunt meretrices.*

1 SUspectas † peregrinationes ad varia scelera & delicta indicium parere probant, *recess. Imp. refor. polit. Aug. de anno* 548. *& de anno* 1500. *& de anno*

530. quæ

550. quæ constitutio licet de Cyngaris propriè loquatur, dubium tamen non
est, quin ratione & mente, quæ legum & constitutionum vis, & ἐνέργεια pro-
priè, vel ut vulgò dicimus, anima est, *l. scire ll. ff. de ll. suæ dispositionis*, quoscun-
que peregrinantes sine conductu salvo, diplomate & literis liciti passus Paß-
Brieffen circumvagantur, jure comprehendat & complectatur. Exempla † 2
enim non restringunt regulam sive dispositionem, *l. 1. §. qui vulgò, ff. de vi &*
vi armat. l. damni, ff. de damn, inf. l. 1. ff uti possid. c. 1. ne cler. vel monach. ubi Phi-
lipp. Franc. notanter ait, quod statutum † in uno etiam constitutionis pœ- 3
nalis propter rationis paritatem in alio negatum non videatur. Imò quoties
de extensione passiva, quæ vi regulæ juris antiqui accidit, agitur, tunc lex no-
va, etiamsi correctoria sit, recipit omnes limitationes & declarationes, quas
habet lex antiqua, Bart. *in l. 1. §.* lex Falcidia & *l. 2. ff. de legat.* 1. De † militibus 4
circumforaneis vagis & pagatim grassantibus, dictis Umblauffende unnd
Gardenknechte / qui incertis sedibus per imperium discurrunt, & colonos
miserè divexant, nedum exinde indiciis prægravantur, siquidem flagitii, cu-
jus rei deferuntur vel accusantur, sed & ex hoc ipso, quod tam nefandos hu-
jusmodi mores sectantur, pœnâ sanguinaria mulctari, vel prorsus etiam à
privatis occidi jure possunt, scilicet ut malum quod minabantur, ipsimet ex-
cipiant, & mortem quam aliis præparabant, incurrant, *l. 1. 2. C. quand lic. se sin.*
jud. defend. l. 28. §. 1. ubi Bartol. *ff. de pœn. recess. Imp. de anno* 1555. §. Und damit
angeregte / *const. crim. Carol. V. art.* 39. Gail. *de pp. lib. 1. c. 4.* Joh. Jac. Speidel *in*
notab. jur. histor. polit. lit. G. num. 6. verb. Gard- und Herrnlose Knecht / *pag.* 359.
De peregrinis † hoc proprie statutum legimus, quod propter suspiciones 5
sinistras, quibus laborant, à muneribus publicis, à magistratibus & sacerdo-
tiis summoveantur. Quapropter Helvetii A. C. 1520. rescripta Pontificis,
quibus sacerdotia peregrinis detulerat, publicè laceranda, & qui eis utere-
tur, carceribus & vinculis coërcendos sanxerunt, Bod. *de Rep. lib. 1. c. 6.* jure
civili peregrini † ἀπόλιδες dicti, ea quæ juris civilis sunt, nedum in illa civi 6
tate vel provincia, ubi degunt, habent, *Dd. in l. 17.* §. 1. *ff. de pœn.* quod de testa-
menti factione activa propriè intelligit Bodinus *d. loc.* quanquam *in l. omnes,*
C. comm. de success. id paulò aliter constitutum extat. Alex. *cons.* 157. *vol. 2. n.* 12.
scribit, in plerisq; Germaniæ regionibus præsertim in Bohemia peregrinos
ne glebam terræ dominii jure sibi vindicare posse. Proinde & illud vulgò rece-
ptum est, principem non teneri defendere peregrinos, ingruente bello, nisi
id humanitatis officio impulsus faciat, imò peregrinum finibus arcere, atq;
etiam fines prætervectum ejicere licet, non modo belli, sed & pacis tempo-
re, ne civium mores consuetudine † peregrinorum corrumpantur, scilicet 7
qui rapinis, furtis & latrocinis, utplurimùm dediti præsumantur, Bodin. *d.*
loc. unde Aristoteles 5. *polit.* 3. timendum ab his, Rempubl. *ait*, qua de causa &
nomen hostis, quod olim peregrinum significat Fest. 8. *de V. S.* Arnis. *in tract.*

Dd *de sub-*

de subject. Cler. cap. 2. pag. 27. Bald. *in l. 1. C. comm. de success.* ubi adserit, non quidem hospitium peregrinis denegandum, inquirendum tamen esse, si prorsus ignoti sint peregrini, quâ de causâ peregrinentur? Indi Hispanis pridem ad sese venientibus responderunt: Prædonum est peregrinari, & per longinqua vagari maria lucri causa, abirent protinus usuros se illis alioquin ut hostibus, Johan. Wolff. *tom. 2. lect. mem. pag.* 440. Spartani spartam nullam permiserunt peregrino. Plutarch. *in Æg.* Carthaginenses peregrinos uti reos accusarunt, Strabo *lib.* 17. Scytæ idem factitarunt, Herod. *lib.* 4. Ægyptii peregrinos uti manifestos & convictos reos ultimo supplicio affecerunt, Diisq; immolarunt, Plutarch. *in Paralel.* Britannos in peregrinos feros fuisse olim refert Pineda *in Job. cap.* 31. *vers.* 33. Et nostro seculo Sinarum inhospitalitas est celebris (subdit hic) neminem ad suas sedes admittentium peregrinum, sive timore id faciant, sive inhumanitate. Et nota est denique Busiridis in peregrinos crudelis executio, nec non Phalaridis Agrigentinorum regis, cui Peryllus faber ærarius novum inventum obtulit carnificinæ, qua peregrinos vivos cremaret, Idem Johan. de Pineda *d. loc. num.* 4. de Busiride extat locus Ovidianus 9. *Metamorph. ibi:*

Ergo ego fœdantem peregrino templa cruore
Busiridem domui, &c.

Ex qua peregrinorum descriptione colligere quis potest, quanta indicia contra peregrinum patrati sceleris accusatum stringant & operentur? Sciendum
8 verò est hoc in loco eum, qui † Reipubl. causa profectus est, licèt peregrinus quoq; dicatur, non comprehendi inter peregrinos, de quibus impræsentiarum est sermo, Petr. Roiz. *in decis. Lituan. decis.* 4. *num.* 397. *& seqq.* prout nec
9 is peregrinus indiciis ejusmodi gravatur, qui religionis † ergò peregrinatur, quin potius singularibus privilegiis is jure civili donetur, quæ recenset Roiz. *d. loc.* ubi tamen distinguit inter peregrinationem voto vel voluntate nuda institutam, adeò, ut voto facta peregrinatio privilegiata sit, voluntate nuda suscepta nō utiq;, *cap. licet, ubi Dd. de vot. & vot. redempt.* ita nec illa peregrinationis species, quæ necessitate juris ad D. Jacobi fanum dirigitur, hîc est in quæstione, uti Caj. *lib. 4. ff.* respondit: Meminit enim Gilman. *in decis. præjud. Camer.* quod in Camera aliquando mulctæ loco cuidam injunctum ac mandatum sit peregrinari & proficisci Compostellam ad S. Jacobi. Porrò
10 inter peregrinos quoq; nec vagabundus † Imp. Rom. civis propriè comprehenditur, nisi scelerate & proditoriè per Imperium transmigret, hincq; inde
11 ubiquitistam agat. Experientia enim docuit & eventus demonstravit † vagabundos, mobilesq; socios non tam ex raptu, furto victum sibi comparare, quàm quod deterius est, ab exteris ad hoc conductos, provinciales incendiis, veneficiis, latrociniis, clandestinis cædibus exemplo pessimo insequi & molestare, uti nostro tempore accidit Witebergæ, anno 612. cùm D. M. in

æde Electorali publicè cõcionaretur, homo peregrinus & ignotus templum ingrederetur cum immenso strepitu, furioso haud absimilis, sub † concione 12 homines aliquot securi percutiens, petensq; rectâ suggestum, qui uti postea confessus est, obruere co[illegible]ionatorem, eumque trucidare voluerat, adhoc à collegio exteræ nationis conductus. Equidem cum peregrinis & ignotis versari res est periculosa, refert Hieron. Drexel. *in amussi lib. 1. cap. 8. §. fin.* Tudertinum Episcopum Diabolum expulisse de homine precibus, Diabolum ægrè ferentem hanc injuriam, habitu peregrini obambulasse urbem sub crepusculo & querelas sparsisse de inhospitalitate Episcopi, audiisse eas querelas civem Episcopo infensum, suscepisse peregrinum, quò manè traduceret Episcopum liberius, is cùm multa fabulatus esset cum hospite ad prunas sedens, tandem prorumpit & arripit filium hospitis, vi maxima in ignem eum conjiciens, ut animam exspiraret. *Hæc Drexel.* Bernard. Arlun. *in Chron. Mediolan.* de peregrino ejusmodi hoc refert factum: Mercatores duo, *inquit*, non ignobiles, per Taurinos saltus in Galliam profecturi, ampliorem humana specie virum obvium habuerunt, accersitiq; repentè, ab illo mandatum in hæc verba suscepere: Ludovicum Sfortiam fratrem meum alloquimini, hasq; illi literas nomine meo date: obstupentibus illis, ac percunctantibus, quisnam esset? sese Galeacium Sfortiam esse, respondit: & mox ab oculis eorum evanuit. Illi properè Mediolanum rediêre, inde Viglevanum, ubi Maurus agebat. Literas duci offerunt, ab aulicis irridentur. At cùm pertinaciter in nuncio persisterent, in carceres conjecti, & tormentis examinati, nihil fraudis subesse, constantia sua declararunt: Magno interea metu & consternatione de aperiendis literis consultabatur. Dubitantibus cæteris, unus Galeacius Vicecomes id ausus est. Charta erat in Pontificii Brevis (ut vocant) modum complicata, oblonga, claviculo tenuissimis filiis æneis obserata, cujus verba hæc erant: O, ô, ô Ludovice, cave tibi: quoniam Veneti, Galliq; in tuam perniciem coituri sunt, tuamq; à stirpe rem eversuri. Verùm si mihi tria aureorum millia dederis, dabo operam, ut conciliatis spiritibus, sinistra fata avertantur, idq; consequuturum spero, si mihi non adversatus annueris. Vale subscriptio erat; Galeacii fratris tui spiritus.

Hic attonitis aliis rei novitate, aliis commentum irridentibus, plerisq; pecuniam dependendam sub custodia affirmantibus: ne tamen seipsum ludibrio exponeret, à superstitiosa hâc largitione Princeps prudentissimus abstinuit, & mercatores domum remisit. Cæterùm non multò pòst à Ludovico XII. Gallorum Rege principatu dejectus, & captivus abductus est, Johan. Wolff. *tom. 2 lect. mem pag. 416.* Sed ad Vagabundum nos jam convertamus. Vagabundus † autem dicitur propriè, qui nusquam habitat, sed sede & loco 13 incerto consistit, licèt domicilium ratione originis habeat, vel habuerit. Gail. *1. observ. 1. num. 33.*

Porrò & hæc circumvagatio turpitudinis expers quoque sua habet in-
14 commoda & pœnas. Etenim Emphyteuta † vagabundus cadit jure suo. Item vagabundus beneficiarius, si eo usq; vagetur & absit, ut dubitetur an mortuus sit necne? beneficio privari idque alii concedi potest, Corset. *in sing. in verb. vagabundus.* Sic uxor non tenetur sequi vagabundum, nisi is ante contractas nuptias solitus sit vagari per communia. Aliàs vagabũdus delinquens
15 † ubivis locorum, imprimis autem ubi deliquit, puniendus est, *l. 1. C. ubi de crim. ager. oport. l. absens, §. provide, ff. de jud.* neque enim jus revocandi domum habet nedum in civilibus, *text. in l. penult. ff. de serv. export.* imò vagabundus per edictum citari & conveniri potest in prima instantia coram Camera. *Dd. in l. nulli, C. de ind. & l. 1. ff. quib. reb. ad eund. jud. eat.* Gail. 1. *observ. 1. num. 33.* Bald. Salicet. *& Dd. in l. un. C. de rapt. virg.* ubi dicunt; quod æquè ut vagabundi raptores & assasinii jus revocandi non habeant. Hoc notatum esto: quod vagabundi nummis corrupti, ut nocerent, cædes, incendia, latrocinia perpetrarent, licet conatus ad executionem haud perduxerint, examinari tamen ac pro admissa culpa & conamine scelerato coërceri debeant, pecuniæ enim datio & interventus pro re nata inducit per se delictum, ubi alias
16 de delicto non apparebat, exemplum est, quod minus se habet, in teste † pecuniam recipiente pro testimonio dicendo, is enim falsi pœnam inde incurrit. gloss. & Bartol. *in l. 1. ff. de fals.* Quapropter & hoc jure receptum videmus,
17 ut siquidem † pecuniæ datione inducatur mulier ad adulterium, invita nihilominus existimetur commisisse hoc flagitium, nec puniri potest pœna statuti, quæ imponitur adulteranti mulierem invitam. Mars. *in sing. sing. 353.* aliàs dici solet, quod meretrix non sit, quæ propter amorem non pecuniam copiam sui fecerit, Menoch. *2. cent. 4. c. 328.* Paul. Matth. Wehner. *obs. pract. lit. F. verb.* Frawen vnd Jungfrawen/ *pag. 169. vers quæritur & illud.* cum similibus, quos allegavit D. Wilhelm. Antonii *in tract. de rescript. morat. conclus.*
18 *68. sub num. 61.* Studiosi † sine mandato & ratificatione patris peregrinantes sumtus factos conferre tenentur, Donell. 12. *comment. 27.* ego *in exerc. just. disp. 14. thes. 19. ibi:* Porrò quid si creditor, qui solebat patris voluntate suppeditare sumtus filio studioso ad certam summam, sed filius eam consumsit in
19 divagationibus non necessariis, &c. Hinc est, quod studiosus † vagabundus peregrinatione potius quam studiis occupatus, non gaudeat privilegiis Scholarium, Petr. Rebuff. Horat. Luci. *de priv. Scholar.* Wilhelm. Antonii *de re-*
20 *script. morator. d. conclus. 68. n. 78.* Sic Medicus vagabundus & mercator † sede incerta circumvagans nec Medicorum privilegiis nec mercatorum prærogativis, de quibus Tiraquell. *de pœn. caus.* gaudet. De Medicis ejusmodi di-
21 ximus, *cap. 52.* de mercatoribus agit Bodin. *lib. 3. cap. fin. n. 359.* Sic clericus † divagans nullo utitur clericatus privilegio, hinc nomen clericorum vagantium, omnibus odiosum, nec cujusvis criminis notâ vacans, quorum in le-

gibus

gibus & novellis Justiniani frequens est mentio, modo ne studiorum gratia vel solidioris institutionis, aliáve de causa honesta abessent, aut ad breve vel longius tempus, qui tum nullius neque tituli, oneris, neque etiam emolumenti erant participes. Ita D. Hieronymus ipse presbyter Antiochenus, Ruffinns Aqulienensis & D. Paulinus Barcinonensis rarò præsidebant, corruptelâ hoc aliud invehente incommodum, nempe ut existimaretur, liberè per substitutos ministrari sacra, sed nec teneri quidem adesse prælatos & opitulari ei, qui vicariam operam navat, correctum Concilio Trident. *sess.* 4. Petr. de Suav. *in histor. Concil. Trident. lib.* 2. *pag.* 247. quoad Canonicos, non clericos cæteros, Petr. de Suav. *d. loc. & pag.* 249. de muliere † peregrina jure 22 constitutum quoque extat, ne pro honesta sed meretrice habeatur, ideoque mulieris peregrinatio stupri & adulterii indicium præbet, Angel. *in l. si qua illustris. C ad SCtum Orphitian.* Tiraquell. *de ll. connub. gl.* 1. *part.* 10. *pag. mihi* 284. *ibi:* Ex hoc fit, ut plerumque malè audiant velut parum pudicæ mulieres peregrinæ, quæ videlicet domum relinquentes & patriam, peregrè proficiscuntur usq; adeò, ut meretrices à Poëtis quoq; dicantur. *Hæc ille.* Terent. *in Andria ibi:* Adeon' est demens ex peregrina? ubi Donatus, id est, *ait*, ex meretrice, mulieres enim peregrinæ inhonestæ & meretrices habentur. Et in Eunucho Parmeno, cum Thais dixisset matrem suam Samiam fuisse & habitasse Rhodi, tacere se posse respondit, quoniam verisimile esset, posse meretricem nasci ex peregrina & ipsa meretrice. Quinimò apud veteres peregrinę mulieres in meretricum numero habebantur, ait Tiraquell. *d. loc.* Quocirca Horat. 3. *Carm. ode.* 3. *ibi:*

Mulier peregrina vertit in pulverem, &c.

Et Valer. *lib.* 1. citatus à Tiraquello *d. loc.*

Casta nec antiquis cedens Levina Sabinis,
Et quamvis tetrico tristior ipsa viro.
Dum modo Lucrino modo se permittit Averno,
Et dum Bajanis sæpe fovetur aquis.
Incidit in flammas juvenemq; secuta, relicto
Conjuge, Penelope venit, abit Helena.

CAPUT XLV.

DE INDICIIS, QVÆ EX RECVSATIONE *juramenti delati oriuntur.*

SUMMARIA.

1. *Ex recusatione delati juramenti oritur indicium.*
2. *An maleficus vel saltem indiciatus se possit juramento purgare.*
3. *In quibus casibus indiciis se purgare possit reus jurejurando.*
4. *Qualiter hoc juramentum præstetur?*
5. *In causis arduis actore non probante reus non*

non confestim absolvitur.

6. *Iuramentum cum* 12. *Sacramentalibus quomodo requiratur?*

7. *Qualiter in causa matrimoniali juramentum purgatorium exigatur?*

8. *In causa feudali juramentum cum* 12. *sacramentalibus, ut plurimum requiritur.*

9. *Quando hoc juramentum referri possit?*

10. *Cognati in jure feudali dicuntur parentes.*

11. *Ex recusatione duelli oblati oritur indicium.*

12. *Duella multis in locis adhuc sunt in usu & certis pactis tolerantur.*

13. *Illustratur hoc historiis & exemplis.*

14. *An Scaramizza & velitationes in bellu tolerandæ?*

15. *Fridericus secundus quoad indicia eruenda non abrogavit duella.* (*Friderici.*

16. *Refertur fragmentum Constitutionis*

17. *Constitutio Philippi pulchri regis Gallorum & Concilium Tridentinum, de duello.*

18. *Ius Saxonum describit processum modumq́; concertandi in duellis.*

19. *Ad deferendum juramentum magnæ discretione judicis est opus.*

20. *Numerus sacramentalium hodie arbitrarius est.*

21. *In interdicto uti possidetis, actore non probante non absolvitur reus.*

1 PO.. :: ò † indicium aliud est, quod ex recusatione delati jurisjurandi exori-
tur. Carer. *in pr. crim. pag.* 56. *ind.* 37. Alex. *in annot. ad Bart. l. fin. ff. de qq.* Me-
noch. *de præs. lib.* 1. *cap.* 90. *num.* 138. Quanquam verò indiciatus suspicione,
qua turget, se exonerare, & juramento purgare regulariter nequeat, juxta il-
lud: Nullum juramentum furi & impostori grave: quod ex Sophocle refert
Warem. ab Erenberg. *in medit. pro fœderib. p.* 2. *pag* 96. multò minùs periuro,
3 qui in † malitia gloriari & prætendere solet, scilicet se lingua jurasse solùmo-
dò, at mentem injuratam retinuisse, ut habetur *in discurs. refutat. contra* Un-
gerßdorff/ *pag.* 38. Nequaquam ariolo, veneficis, zumaln derselb gut schweren
hat/ der forhin deß Teuffels ist. Cavete itaque à juratione falsa, ait Augustin.
serm. 11. *tom.* 10. Cavete à temerariâ juratione, Warem. ab Erenberg. *d. loc.* nec
provocate hominem ad jurationem, quem scitis falso juraturum: vero enim
verius est diverbium: *Ecce jurat, ecce perit, tu quid invenisti, imò & tu periisti.*
Dubium tamen nō est, quin pro re natâ, objecti criminis se reus purgare jura-
mento possit. Schurff. *in quodam consil.* quod mihi est, manuscriptū, ubi ner-
vosè disputat & evincit in causa Holstid nobilis Megapolit. contra Sagern/
3 juramentum † hoc deferendum esse etiam nominato à reo socio, quoties 1.
socius antehac bonæ famæ fuerit. 2. neque concurrant indicia præter nomi-
nationem, cùm unum idemq́; indicium, excepto unico casu, quando testis
omni exceptione major de delicto immediatè deponit, *l.* 3. *C. ad l. Jul. Majest.*
Salicet. *in l. fin. C. de qq* Socin. senior *cons.* 54. *lib.* 3. Clar. *in pr. crim. §. fin. quæst.* 2.
constit. crim. Car. V. art. 66. nunquam producat quæstionem. gloss. & Bart. *in l.*
1. *§. occisorem, ff. ad SCtum Syllan. & l.* 1. *in princ. ff. de qq.* 3. Si indicia sufficien-
4 ter nō sunt † probata, cum jure tralatitium sit, ad minimum duo requiri indi-
cia ad infligendam quæstionem, quorum quodlibet testibus duobus probe-
tur, necessarium esse, Panorm. *consil.* 56. Angel. Perusin. *consil.* 3. Raph. Fulgos.
cons. 107. quo casu attestante Schurff. *d. loc.* à suspicione hactenus spirante se

purgare

purgare reus poteſt juramento, eoq; adjunctis ſacramentalibus † ſeu conju- 5
ratoribus corroborato, Schurff. *d. loc. ibi:* Daß er ſich mit ſeinem leiblichen Eyde zu Gott dieſer auffgelegten Bezüchtigung entledigen ſolle/ mit etlichen von Adel jhm ebenbürtig/in Latein Compurgatores genannt/ die da neben jhm vermittelſt Eydes erhalten können/daß ſie glaubten / daß N. N. recht geſchwo-
ren hette/rc. Quemadmodum † in omni cauſa gravi & arduâ ita jure compara- 6
tum eſt, ut actore non probante reus haud confeſtim abſolvatur, *juxta l.4. C. de edendo.* Caſus eſt impræſentiarum, antiquitati magis, quam conſuetudini hodiernæ uſitatus, & ubivis deceptus, prout teſte Gregor. Turonenſ. quem refert Hottom. *in conſuet. feud. de verb. feud. pag.*733. apud Pariſios pater quidam pro filiæ pudicitia jurabat hoc pacto: tandem *(inquiens)* ne crimen conſurgat ulterius, innocentem eam faciam ſacramento, elevatisq; manibus ſuper altari juravit, filiam non eſſe culpabilem, *in ll. Alem. c. 6.* hæc jurandi formula latius exponitur, ubi ſtatuta requirunt, ut conjuratores ſupra capſam manus ſuas ponant, ac ipſe ſolus, quem cauſa tangit, ſuper omnium manus manum imponat, dicens: Ut ſic eum Deus adjuvet, vel illæ reliquæ, puta ſanctorum, vel illæ manus, quas comprehenſas teneat, ut de illa cauſa, unde interpellatus eſt, culpabilis non ſit, ego *in tract. meo feudali, c. pen. & fin.* Confer ad hanc partem alia quædam apud Johan. Jacob. Speidel *in notabil. hiſtor. polit. lit. N. num. 4. verb.* Nachtmal/*pag.*677. Hi Sacramentales teſtes quidem non erant, de innocentia rei directò deponentes, ſed uti diximus, jurabant ſolummodò de incredulitate facti, & innocentia in verba rei, confiſi videlicet ipſius probitate & integritate, Hottom. *d. loc.*

Secundus caſus eſt in † cauſa matrimoniali, ubi licèt conjuratores non 7
admittantur, non ambigitur tamen, quin reus, actore non probante, ſe purgare teneatur jurejurando, adeò, ut ſi id præſtare nolit, adhuc nocens & promiſſæ fidei conjugalis reus judicetur, *c. ex literis, ubi Felin. & Canoniſtæ comm. de ſponſal. cap. inter dilectos, ext. de fid. inſtrum.* Schneid. *ad Inſt. juris tit. de nupt. part.*17. *ſponſal. num.*30. *pag. mihi* 59. & tale juramentum (*ait*) nominatur purgationis, *d. loc.*

Tertius caſus in cauſa feudali ſe offert, ut 1. *feud.* 4. 10. *&* 26. *&* 2. *feud.* 33.
ubi apparet, licitum † fuiſſe vaſallo, in re ambigua ſolenniter ſe purgare co- 8
ram Domino VI. agnatis partim vaſallis, partim extraneis, Hottom. *d. loc.* Joan. Borcholt. *de feud. cap. 7. num.* 49. dicens: quod teſtes ejuſmodi numero 12. requirantur, ibi: & hoc unum genus eſt defenſionis, quod fit per ſacramentum cum 12. ſacramẽtalibus, idq; authores feudorum cùm defenſionem nominant, intelligunt. *Hæc ille:* quod ipſum probatur luculentius, 1. *feudor.* 26. §. *quod ſi jurare nolit actor,* juret (reus) cum 12. ſacramentalibus, adeò, ut ſi jurare detrectet, qui convenitur, magnam in ſe derivet ſuſpicionem, & indicium imò condemnationem & ſententiam ipſam, *d. §. quod ſi, ubi Hottom.*

Schenckbaro, Petr. de Ravennate, & Dd. comm. Planè hoc juramentum, acto-
9 re † non probante, reus referre potest Domino, qui tamen vulgò jurare non
compellitur adhibitis sacramentalibus, *§. si verò, d. tit. 26.* nisi in causis gravio-
ribus, ubi 6. testibus, de parentum, & 6. de extraneorum numero jurant, quo
sensu quoq; Hottomanni sententia modo relata accipienda est: Vasallus non
10 nisi 12. sacramentalibus de parentibus, id est, agnatis, qui parentes † impro-
priè hic dicuntur Borcholt. *d. loc. num. 56.* Confer Theodor. Reinkingk *in tr.
de retract. consanguin. quæst. 3. n. 61. & seqq.*

11 Cæterum par idemq; † indicium olim manebat ex denegatione duel-
li oblati, quod adhuc tenet in illius regionibus locum, ubi duella adhuc sunt
in observantia nec consuetudinibus abrogata, Cagnol. *in l. 125. ff. de R. J.* ubi te-
statur duella in plurimis locis tolerari, certisque in casibus admitti, Cephal.
12 *consil. 57. lib. 1.* nempe quæ ad eruendam † veritatem propriè sunt adinventa
& recepta, Oldend. *class.* 7. hinc sub Ottone 1. prope Trevirim nepos cum
patruo de legitimarum hereditatum jure certamine singulari dimicavit. Wi-
13 tich. *lib. 2. histor.* Cujat. *in c. unic. de success. feudi.* Wermundi regis Daniæ †
filius Uffo pro mente capto vulgo habitus concertavit cum filio regis Saxo-
num, eumque duello superavit. Albert. Crantz. in Saxon. *lib. 1. c. 4. & 6.* Fran-
ciscus Rex Galliæ Carolo V. Imperatori Romano & regi Hispaniæ duellum
obtulit. Arnold. Ferron *de reb. gest. Gallor. lib. 8. pag. mihi* 208. Sleid. *6. comm.*
quod Cæsar recusavit. Idem *d. loc.* Vide Vasq. *c. 12. & 49. quæst. illustr. quæst. 5.*
14 *pag. 126.* ubi asserit † Scaramizas & velitationes jure in bello tolerari, Sam.
cap. 17. Alber. Gentil. *de jur. belli c. 15.* Bodin. *de repub. lib. 4. c. fin.* Sic Augu-
stus ab Antonio ad duellum provocatus. Plutarch. *in Anton.* Waremund. ab
Erenb. *in medit. pro fœder. p. 1. pag. mihi 235.* Sic duellum Davidis cum Goliath
15 commissum sacris paginis haud improbari constat 1. *Reg.* 17. Et quanquam †
Fridericus secundus duellorum usum partim sustulisse videatur, non tamen
quoad indicia eruenda adversus homicidas, fures, prædones aliósve delicti
immanioris reos eum abrogari voluit: extat hac de re constitutio ejus inter
constit. Neapol. *2. tit. 32. ibi*: ab hujus autem sanctionis humanitate præclu-
dimus homicidas, qui beneficio vel quolibet genere furtivæ mortis aliquem
16 alium extinxisse dicuntur: in quibus etiam à pugnæ † probatione non per-
mittimus inchoari, sed per probationes ordinarias, si supersint aliquæ, pro-
cedi primò debere jubemus: & deniq; officio curiæ, subtili prius inquisitione
præmissâ, si per probationes aliquas vel per inquisitionem plenè non poterit
facinus comprobari: tunc demum ad pugnæ indicium indiciis præcedenti-
bus descendatur, quæ omnia per officium judicis providè cognoscentis, vo-
lumus explicari, ut inquisitionis probata cautè & diligenter discutiat: & si
probatum non invenerit, ut est dictum, offerendi pugnam, licentiam tribuat
accusanti, nullo ex eo quod ipse ex officio suo fecit, accusatoris juris præjudi-
cio

cio generando. In quam ſententiam tranſit conſtitutio Philippi pulchri Re-
gis Galliæ relata à Guid. Pap. *deciſ.617.* Hottom. *in uſib.feud. pag. mihi* 608.
ibi: Philippus Dei † gratiâ Rex Franciæ antehac propter bellorum externo- 17
rum rationem, optimum factu judicavimus interdicere civibus noſtris con-
tentionibus omnibus, ac duellis & privatis præliis, ſed cum improbi quidam
ea lege noſtra ad maleficia cædes abutantur, propterea quod legitimo teſtiū
numero coargui & convinci nō poſſunt: ſancimus ubi cædem, aliudve male-
ficium capitale (furto excepto) factum eſſe conſtabit, cujus auctor convinci
teſtibus non poſſit, argui tamen indiciis, præſumptionibus & ſuſpicione
poſſit, tum, ut duello provocare, ejuſq; rei nomine pignus poſtulare liceat.
Verùm ejus poteſtatem hâc lege permittimus, duntaxat iis in locis civitati-
bus, in quibus duellorum uſus ante ſuperius illud edictum noſtrum frequen-
tabatur, quod ſi qua ante hanc legem promulgatam facinora in judicium &
quæſtionem vocata ſunt, eorum nomine duella proponi vetamus, eorumq;
diſceptationem judicium fidei ac religioni permittimus, neq; aliorum male-
ficiorum nomine duelli committendi poteſtatem facimus, niſi quæ commiſ-
ſa fuiſſe liquidò conſtabit. Porrò quod duella pluribus adhuc quoq; regnis
tolerentur certisq́ue caſibus jure ſuſtineantur, tradit Cephal. *conſil. 57. lib. 1.*
Vaſq. *1. illuſt. qq. cap. 49.* Cagnol. *in l. 125. ff. de R. J. nos in tract. feudali cap. ult.*
Quare cum Concilium condemnaſſet duellorum uſum, expreſſè contra-
dixit huic de duello decreto, & proteſtata eſt Gallia, nec nō exprobatum &
vicio verſum fuit Cardinali Lotharingio, legato Gallico in illo Concilio,
quod conſenſum ſuum huic decreto præbuiſſet, reſpondit ille, non potuiſſe
ſex Gallicorum prælatorum diſſenſum vota 200. Italorum deſtruere, Petr. de
Suav. *in hiſt. Concil. Trident. cap. fin. pag.* 957. de chartellis alioq; duellorum
uſu, & modo pugnandi legitimo refert *p. 3. de indic. latrocinii.* Adde, quod
duella Thracis olim fuerint ſacra & funeralia, nam ut Herodot. in Terpſico-
re ſcribit, poſtquam corpus defuncti defletum & ſepultum eſſet, ſuper tumu-
lo, cū alia generis omnis certamina, tum præcipuè, certa cum ratione, mo-
nomachiæ, duella & ſingularia certamina inſtituta & conceſſa fuêre, Joan. de
Pined. *in Job. tom. 2. cap. 21. verſ. 32. num. 5.* Ludov. Carer. *in pract. crim. in §. circa
igitur quartum, n. 26. pag. mihi* 206. ubi teſtatur duella tolerari in duobus cū-
primis caſibus 1. crimine læſæ Majeſtatis & 2. morte abſconsâ, de chartellis
& legitimo duelli proceſſu prolixè habetur *in part. 3. noſtri tractatus cap. de
indic. latrocinii in fine.*

Proceſſum deniq;, quem † indiciati ſervare præmiſſo jurejurando te- 18
nentur ante pugnam & ſub duello, deſcribit jus Saxonicum *in ſpeculo ſuo ar-
tic. 63. ibi:* qui duellum indicare voluerit ſibi in generatione coæquali, is judi-
cem petat, ut ſibi de jure liceat ſuum comprehendere ſeu invadere violato-
rem, quem ibi proſpiciat conſtitutum, cum hoc ei licere fuerit pronuncia-

tum, tunc interroget, qualiter eum comprehendere debeat, ut ei proficiat in jure suo? pronũciabitur, quod mansuetè in sui superiori foramine vestimenta postquam eum sic comprehenderit & eundem cum licentia dimiserit, quo pacto id acciderit actor debet enodare, hoc tamen cum interlocutione vel incontinenti est faciendum, tunc tenetur eum primo incusare, quod ipse pacem in eo violavit in via Regia, aut in villa, aut ubicunque hoc factum sit debet edisserere ac declarare. Secundo accusabit eum, quod ipse ei talem injuriam & plagas apposuit, quas poterit demonstrare per vulnera: & si sanata fuerint per cicatricem. Prætereâ accusabit eum, quod se in tantum suis rebus deprædavit, ut meritò pro his alicui duellum inferatur, istæ tres violentiæ & querelæ sunt simul ab eo proponẽdæ ita, ut si simul eas non proposuerit, ejus duellum evanescat. Ulterius tamen dicat: ibi ego eum personaliter vidi personalem, & eum cum judiciario clamore infestavi: quæ si fassus fuerit, placeat: si verò negaverit, ego eum vincam: sicut terræ incolæ vel banniti si Regalis bannus in eo loco extiterit, esse juris promulgabunt: post hęc reus petat actionis varendam, quæ ei est facienda. Licitè tamen potest quis actionẽ suam ante varendæ præstationem in statum perducere meliorem. Post varendam factam reus ille suam præbeat innocentiam, quæ est juramentum & duelli acceptio, si fieri potest: puta si mutilatio non intercessit, quilibet homo potest duellum sibi in generatione deteriori sed non deterior meliori denegare. Negare etiam potest quis duellum, si post meridiem ei inferatur: nisi prius fuerit initiatum, judex verò clypeum cum gladio, reo, si indiget, ordinabit duellum etiam unus litigantium cognatus, si ipsi invicem sunt cognati, potest prohibere. Porrò judex, qui duellum decrevit, cuiq; duos præbere debet, qui videant, quod secundùm consuetudinem præparentur, quantum voluerit, de corio & linteo induant, dum tamen frontes, id est, capita atq; pedes permaneant enudati, in manibus non nisi simplices habeant chirothecas: nudum in manu quilibet habeat gladium: & cum uno vel pluribus secundùm cujusq; arbitratum præcingatur: clypeum ligneum corio tectum, & non nisi umbonem ferreum in manu ferant, & unam tunicam induant, cujus manicæ usq; ad cubitum se extendant. Judex circulo pacem, ne quis eos impediat, debet sub pœna capitis demandare: cuilibet eorum judex unum, qui arborem seu phalangem ejus ferat, ordinabit, qui ferentes neminem eorum ullatenus impediat: sed si eorum quis ceciderit, vel vulneratus fuerit, vel arborem petierit, idq; judex concesserit, arborem interponant. Postquam circulo est pax nunciata, tunc petere debent circulum sibi à jure licentiari, quem ei judex licentiabit: de vaginis ferrum adferant, nisi hoc eis à judice concedatur: ante judicem accedere debent præparati, & jurare actor, videlicet quod illa accusatio vera sit: & reus, quod innocens sit, ut sic eos Deus adjuvet in suo duello. Splendor solis eis dividatur, quando procedunt, si reus vincitur, condemnatur:

tur: si verò vicerit donatâ sibi ab actore emenda, & judici mulcta, absolvetur, actor in circulum prior veniat, & si reus venire protraxerit, judex eum debet tribus vicibus per præconem de domo, in qua præparatur, adhibitis duobus bannitis, evocare, quod si in tertia vocatione non venerit, actor surgendo se debet duello præsentare: & verberando contra ventum, eum superabit in querela contra eum propositâ, ac judex eum, tanquam duello esset superatus condemnabit. *Hactenus jura Saxonica de juramento purgationis & duello.* Sed ad rem redeo: Utrum indicium pariat juramenti delati repudiatio in causa criminali, suprà ex parte est ventilatum. Nos id affirmavimus, contradicente Zangero *in orat. quadam, tract. de qq. & tortur. insertâ*, qui tandem eò transit & concludit, dari sæpenumero juramento purgationis locum, quanquam neget, sub jurandi formulâ indistinctè interrogandum esse reum, quod nec nos inficiamur, adserentes tribus demum concurrentibus, quæ ab initio hujus capitis relata sunt, juramenta admitti. Quinimò nec hoc negamus, quod idem *d. loc. in fine, d. orat.* adfert, ad deferendum hoc juramentum magna judicis discretione opus esse. Aliàs probatur hæc † quæstio & sententia 19
nostra *Novella* 124. *cap.* 2. *de jur. calumn. l.* 1. *C. de jur. propt. calum. dand. l.* 6. §. 4. *ff. de his qui not. infam l.* 9. §. 2. *ff. de injur.* Jul. Clar. *in pr. crim.* §. *fin. quæst.* 63. *nu.* 3. Alex. *conf.* 66. *vol.* 1. Gail. *de pp.* 2. *cap.* 7. *nu.* 11. intrepidè & indistinctè statuunt, quod in causa criminali, actore semiplenè probante, reo juramentũ necessarium deferatur, vide Anton. Bullæ. familiarem & affinem nostrum *in Pent. consil. conf.* 1. *n.* 45 ubi prolixè hanc quæstionem agitat & decidit. Gail. 2. *de pac. publ. cap.* 7. *num* 13. Numerus † verò sacramentalium hodie arbitrarius est vi 20
gore Ordin. Camer. *p.* 2. *tit.* 10. §. 1. Deniq; in causa fractæ pacis, quæ criminalis est, injustè ad purgandum evocatus vel citatus, actorem potest injuriarum convenire, vel coram Camera, vel ordinario & inferiore judice, *d. ordin. lib.* 2. *tit.* 10. *&c.*

Deniq; quartus † est, ubi actore non probante reus, non confestim ab 21
solvitur, est quæstio vel causa interdicti uti possidetis, Videatur Gylm. *tom.* 5. *supplic. Cameral.* 96. *& seqq.* Quintus modus purgandi in foro Ecclesiastico admittitur, cùm viri vel mulieres coram officiali, ut rei delati vel accusatæ non aliter dimittuntur, quàm sese pravo & falso rumore exonerarint per juramenta purgationis, licèt actor nihil præstiterit, & duos aureos cum aurei quarta parte judicio numeraverit: quo effectum est, ut officiales iniquas & quasvis rumoris causas venerarentur spe lucri, quâ de re Germaniæ proceres in gravaminibus Car. V. exhibitis, contra Romanenses conquesti sunt in Conventu Noribergensi. Facilis hæc famæ ventilatio non sine gravi mortalium jactura committebatur, ait Wolff. *tom.* 2. *lect. mem. pag.* 222. *ibi*: nam sæpiùs evenit, quod altercantes mulieres, ira, invidia, seu alio quopiam affectu commotæ, invicem se maledictis imperant, conviciis proscindant, in tan-

tumq́; dementientur, quod altera, quæ per iracundiam alteram probris ac contumeliis affecerat, jurisjurandi sacramento sese excusare ac purgare cogitur, scilicet quicquid injuriarum in alteram profuderit, id omne non ex certo animi proposito, sed ira, invidiaq́; profectum esse: pariq́; modo altera, quæ adulterii, necromantiæve insimulata est, suam innocentiam, quodq; prædictorum nequaquam sibi conscia sit facinorum, juramento detegere jubetur. Sic Papa Sixtus IV. cùm Ludovicus Rex Franciæ per legatum de abusibus & excessibus indulgentiarum graviter egisset, medio juramento corporaliter manibus præcordia tenentem sese purgavit, adseruitq́; se inscium illorum abusuum, Chemnit. *in Exam. Concil. Trident. de indulgent.* Wolff. *tom. 2. lect. mem. pag. 665.*

Sextus casus est in jure Saxonico: Qui enim receptor & celator furis dicitur, perinde uti fur puniri jubetur, nisi cum sex personis fide dignis jurato sese purget, se non recepisse furem, neq; celasse res furtivas, *jur. Saxon. art. 72. lib. 2.* Justin. Gobler. *ad Const. Car. V. art. 39. pag. mihi* 47.

Septimus est casus, quoad juramentum perhorrescentiæ, de quo Gylman. *in præjud. Camer. pag. mihi* 165. quo juramento quondam effectum est, ut penè omnes causæ civiles avocarentur ad rotam Romanam. Quæ enim partes jurabant Romæ, se non sperare justitiam sibi absq; affectibus administratum iri, confestim consequebantur avocationem, purgantes sese & imponentes justitiæ quasi optimam, cùm tamen pessimam foverent causam. Quâ de re alibi.

CAPUT XLVI.

DE INDICIIS, QUÆ EX VARIETATE ET INCONstantia negotiatoris, sordidisq́; opificiis hominum vilium depromuntur.

SUMMARIA.

1. *Varietas iniquitas dicitur.*
2. *Varietas in facto quæ propriè sit?*
3. *Officii sordida quando nonnihil indiciorum præ se ferant?*
4. *Officia sordida, quæ dicantur?*
5. *Opifices ad consilia & magistratus non admittendi.*
6. *Opificia homine civili indigna.*
7. *Opifices nedum bellis interesse & militare poterant.*
8. *Patricii quidam Romani mercaturæ operam dederunt.*
9. *In quibus casibus fides mercatorum excellat.*
10. *Opifices sibi invicem lites inutiles movent.*
11. *Vulgi vaniloquium describitur.*
11. *Necessaria sunt opificia in rebus publicis.*
13. *Cur potissimùm opifices non milites strenuos agere possint?*
14. *Mercator ad honores & dignitates non debet promoveri.*
15. *Mercator solet esse scelere pollutus.*

16. *Mer-*

16. *Mercator Deo placere non poteſt.*
17. *Radix indiciorum quæ?*
18. *Qui ſimulat opificium culpandus eſt.*
19. *Qui malitioſè deſeruit opificium, in culpa eſt.*
20. *An & quando, à relatione artificis vel doctoris juxta artem ſuam deponentis, appellari poſſit?*

VArietas † dicitur iniquitas, *l.*11.*C.de reb.cred.*& res erubeſcenda, *l.fin.C.de* 1
modo mulct. quæ æquè in factis ac verbis hominũ culpatur, Pruck. *de reg.*
*c.*5.*num.*51. Luc. de Penn. *in l.prædia, C.de loc.præd. civil.lib.* 2. quâ eâdemque
ratione & inconſtantia reprobatur, quæ levitatem mentis arguit, & ſiquidem
in reo delato vel accuſato deprehenditur, indicium quoq; quæſtioni ſugge-
rit, quâ de re partim ſupra *in c.*14. de variatione ſermonis tractatum eſt. Impræ-
ſentiarum de variatione, quæ in facto † conſiſtit, dicendum reſtat, ut cum 2
adſeritur, reum modò militem, mercatorem, modò coquum, aurigam, modò
molitorem, ſartorem egiſſe, vel adhuc circa artificia varia & ſuſpecta occupa-
ri, prout opificia ſordidiora quoq; nonnihil indiciorum concurrente diffa-
matione urgenti pariunt, Luc.de Penn. *d.loc.* ſed quæ ſordidæ dicantur artes
vel opificia ſolet vulgò diſceptari? Herodotus in Euterpe ſuâ ætate † ſordi- 3
dos opinione gentium omnium communi haberi conſueviſſe ait, quicunque
opificia tractarent. Ariſtoteles 3. & 8. *Polit.* opifices omnes per totam Græ-
ciam à conſiliis, † honoribus & magiſtratibus fuiſſe ſummotos, procul du- 4
bio inde, quod indecorum videretur, officia nobilia ſordidis † & vilibus per- 5
ſonis committenda eſſe, quod ſacris literis etiam conſentaneum eſt, *Eccleſ.*
*cap.*18. adeò ut antiqui ſcriptores † opificia homine civili indigna judicarent, 6
hinc Halic. *lib.* 2. hoc luſtro, *inquit*, qui puberes eſſent, ſupra centum millia
cenſa, mulierum autem ſervarum mercatorum arteſq; ſordidas exercentium,
ſiquidem Romanorum nemini cauponariam artem aut ulla opificia † tracta- 7
re licebat, triplæ plus quàm turbæ civilis, & Cicero pro Cœcinn. ait, illibera-
les eſſe ſordidoſq; quæſtus mercenariorum omnium, quorum operæ non ar-
tes emuntur: eſt enim in illis ipſa merces autoramẽtũ ſervitutis, & pro Rab.
ubi de civibus Romanis agit: nihil abjectum, nihil vile nihil deniq; niſi cum
dignitate aut ſentit aut ſcribit, in tantum, ut nec opifices digni cenſerentur,
qui bello inſervirent vel caſtra ſequerentur, Plutarch. *in vit. Gracchor.* ubi
ſcribit: quod lege militari cives Romani fuerint coacti ſumtâ virili togâ ſti-
pendia facere ad annum uſq; quinquageſimum quintum, nec civi ad honores
aditus patuerint, niſi decennium militaſſet, quapropter duo millia civium
ſub haſtam veniſſe conſtat ex Livio, quod annos quatuor ſtipendia nulla fe-
ciſſent, quæ in opifices, ait, nullo modo cadere poſſunt, quanquam honeſta
mercatura non omninò etiam patriciis Romanis interdicta nec iiſdem tur-
pis viſa fuerit, teſtatur enim Cicero *in Verrem.* quod L. Prætius ſplendidiſſi-
mus eques Pavormi & Q. Mutius eques Romanus Syracuſis negotiatus fue-
rit, quorum ſeculo nata ſunt procul dubio vulgata juris brocardica, quod ad
Ee 3 fidem

8 fidem mercatorum † communiter confugiat, ut in re dubia & obscurâ, scilicet mercatoribus tantâ gravitate & excellentiâ, quâ Romani illi inclaruere, præstantibus, hinc domus mercatorum domus veritatis & æquitatis dicta fuit. Aret.*consil.*219.Bart.*in l.si fidejussor,§.quædam,ff.mandati.*ubi dicit, mer-
9 catorum † lites & controversias forenses decidendas esse ex regulis æqui & boni, neq; tolerandam exceptionem stipulationis non factæ, modò nudo pacto fuerit conventum, & Bald.*consil.*198.*lib.*1.adserit in causis mercatorum de apicibus non esse disputandum, sed tantùm de consuetudine mercantiæ, &c.

Sed hæc utcunq; se habent, comprobare ea ἁπλῶς haut possumus [1]. opificia in genere sordida jure appellanda [2]. & quod minus, inde indicii non nihil cæteris paribus depromendum esse, nam licèt sordidæ turpesq; opificum
10 † artes sibi invicem passim videantur, ut idcircò tot lites, quæstiones forenses atq; altercationes sæpe funestæ inter semetipsos occurrant, ubi collegium unum alteri invidet, alterum ut infame & turpe accusat & damnat, juxta illud Hesiodi:

Καὶ κεραμεὺς κεραμεῖ κοτέει καὶ τέκτονι, τέκτων
Καὶ πτωχὸς πτωχῷ φθονέει καὶ ἀοιδὸς ἀοιδῷ.

Vide Johan.Spinæ.*de tranquillitate animi.lib.* 4.*pag.* 192. *ibi*: Non videas peregrinis & ignotis quenquam, nec principi agricolam invidere, sed figulus figulo invidet, mendicus mẽdico, propola propolæ, mercator mercatori, nobilis nobili, princeps principi, virgo virgini, discipulus discipulo, ancilla ancillæ, sacerdos sacerdoti, Doctor doctori. Et ut paucis agã, addit, qui inter se defendere & amare deberent, propter ordinem, aut vicinitatem aut propinquitatem, aut patriam, iidem plerunq; inter sese dissentiunt & oderunt ob execrabilem hanc perturbationem, quæ pacem omnem & amicitiam violat, & fratres in mutua odia conjicit, & quæ membra unius ad alterius collegii societatem haut admittuntur, qua de re supra *cap.* 36. diximus, quod specietenus hac vice ventilatur, in genere de opificibus omnibus minimè verificandum statuẽdumq; est, cũ à particulari ad universale malè inferatur, per vulgata Gœd. *in l.*28.*v.*5.nec quod à depravata vulgi opinione argumentum sumitur,
11 ex omni asse valeat, Eberh. *in loco.ab opin.vulgi.* hinc illud vulgus † quicquid laudat vituperio dignum, quod cogitat vanum, quod loquitur falsum, quod improbat bonũ, quod approbat malum & quicquid extollit, infame est, ita dixit *Ioh.*13.*pap.* Balæ.*in vit.pontif.*de hoc *Johan.*13. nec movent Herodoti, Aristotelis & Ciceronis opiniones pro contraria sententia adductæ, quoniam & ipsi urbium & rerum publicarum fundatores, cum ordines civitatum con-
12 stituêre, opificia † vel collegia opificum una ordinaverunt, quod Numam Pompilium fecisse legitur, testatur quoque Cicero in Catilin. extitisse in bello Catilinari quosdam, qui circum tabernas concursarent & quod Tribuni pl. opificum turba sese adversus consularem libidinem munire consuessent.

Cæterùm

Cæterùm quod opifices à militia † quondam fuerint repulsi, non propriè in- 13
famiæ & turpitudinis nota sed ratio hæc potest esse, quod homines illi in umbra oppidorum delitescant, & quod ipsæ diuturnâ sessione membrorum mollitiem ac præsertim tibiarum imbecillitatem contrahant, unde nec injurias cœli perferre nec stare diu queant. Liv. *lib.* 8. in fine vide Bodin. *lib.* 5. *de repub.* *c.* 5. *in fine.* neq; porrò & hoc quadrat, quod dictum est mercaturam † exer- 14
cere posse nobiles salvâ nobilitatis substantiâ, cum longè aliud jure expeditum ac decisum sit, *l. nequis, C. de dign. l. si cohortalis, C. de cohortalibus, l. nobiliores, C. de commerc.* adeò, ut mercatori ad honores & imperia aditus omnes passim præcludantur. Et licèt patricii quidam Romani negotiationes exercuerint, neq; inde tanquam à particulari rectè infertur: una hirundo ver non facit, Cic. 1. *offic.* distinguit inter mercaturam magnam, quæstuosam & uberem, quam nobilem exercere posse ait salvâ dignitate, vilem exiguamq; mercaturam ex albo mercatorum eximit, quam virtuti ut plurimum inimicam esse autumat, quanquam *Eccles. cap.* 24. attestetur, mercatorem manus à scelere puras † non habere, adeò ut Prophetæ passim, *Ezech. c.* 28. *Zach. cap.* 4. 15
Psalmo 70. mercatorum genus tantopere execrentur, hinc Chrysost. *hom.* 21.
in Matth. mercatorem † Deo placere negavit scilicet propter negotiatorum 16
mendacia, perjuria, fraudes, avaritiam & ad lucra turpia capta inclinationem, *l.* 41. *§.* 1. *in fine, ff. de edil. edict.* deniq; quantum fidei mercatoribus tribuendum, & an domus eorum sit domus veritatis & justitiæ, docet recess. imperii *ref. polit. Augusi. de anno* 1548. Hoc autem ex prædictis, quæ scopum propositionis videbantur excedere, liquet, notam inde, quod reus opificia viliora etiam tractaverit, haut indicium quæstione dignum generari posse. Indicio-
rum enim radix † est [1.] quoad materiam in præsumtâ malitiâ [2.] quoad for- 17
mam in verisimili crescit & sese tandem exserit, *arg. c. quia verisimile. de præsumt.* sed ad rem redeamus, Porrò quid si simulet reus opificium, quod ignorat? Sanè id tantò pejus non tam propter mendacium, quod per se indicium parit, quàm quod ea affectat seq; implicat arti, quam non callet neque ad se
pertinet, quæ culpa † dolo proxima est & indiciorum nonnihil suggerit, 18
argum. §. præterea. ubi gloss. & Dd. Just. ad L. Aquil. cui non absimile est hoc, ut siquidem reus artem vel opificium, quod didicit, aliquando tractavit, deserat verò id posthac desidiosus nullâ cogente necessitate, qua de re quoq; *supra c.* 21. Imò qui lucri caussâ opificia sua falsificant, ut cum tectores pannos debi-
les faciunt, &c. Johan. Plat. *in l. Baphi, Cod. de murib. lib.* 12. exinde † & illud 19
quoque sequitur, quod licèt artifici in sua arte sit credendum, *l.* 1. *ff. de vent. in spec.* fallat tamen idipsum, si de fide & testimonio desertoris artificii quæratur; cum testis ejusmodi omni exceptione major esse debeat, adeò, ut nedum doctori de arte sua deponenti, priusquam juraverit, credatur, nisi à partibus fuisset ad testimonia electus. Cæs. Barzia *decis.* 22. *num.* 52. quo casu nedum appel-

lari

lari posse à relatione vel testimonio Doctoris vel etiam alicujus artificii super æstimatione vel taxâ rerum quarundam requisiti, tenet idem *d. decis.22.n.19. & 20.* planè nec eidem rationem reddere tenentur relationis suæ, quod secus
20 est in † electis à judice, Farin. *part.2.tract.crim.lib.3.tit.7.quæst.70.c.1.ampl.30.lim.1.n.63.* communiter a. in rem judicatam non transit relatio peritorum, quin peritiores quoque audiri, & siquidem veriora ferant, eorum dicta prævalere debeant, Hypp. de Marsi. *in l. unic. C. de rapt. virg. n.* 145. Joan. Andr. ad Spec. *de homicid.* §.1. *versu. pone quod vulneravit, &c.* an appellatione artificum veniant discipuli & addiscentes, discutit Bart. *in l. legasti*, §. *ornatricibus, ff. de leg.3.* & qualiter artificium ab opificio distinguatur, tradit *in l. legatum*, §. *si ex officio, ff. de legat.3.*

CAPUT XLVII.

DE INDICIIS, QVÆ EX SVSPECTA PROCESSVS, qui de crimine intenditur, protelatione & distensione eruuntur.

SUMMARIA.

1. *Processus judiciales hodie degenerarunt in subsidia improborum.*
2. *Diabolus ægrotus quomodo sanatus sit?*
3. *Cur Procurator in causâ criminali non admittitur?*
4. *Dictum Ludovici 12. Regis Galliæ refertur de malis Advocatis.*
5. *Advocati mali omnia mala sciunt.*
6. *Advocatus non datur reis graviorum delictorum.*
7. *Indicium generatur, si reus per advocatos vel procuratores litem malitiosè protrahit & distendit.*
8. *Quæstio juris & facti juxtà insignis ventilatur.*
9. *Surrogatum sapit naturam surrogantis.*
10. *Quæ causæ criminales ad Cameram devolvantur?*
11. *Nullitates non attenduntur, ubi agitur summariè.*
12. *Non omne surrogatum sapit naturam surrogantis, quod eleganter declaratur.*
13. *Advocatus novus resarcire debet ea, quæ antecessor neglexit.*
14. *Reus non potest renunciare defensionalibus, licet velit.*
15. *Limitatur Regula, volenti non fit injuria.*
16. *Iudex exsequens pendente appellatione causæ criminalis, decollandus est.*
17. *Producta in specie non in genere refutanda sunt, quod egregiè demonstratur.*
18. *Confessio advocati malè instructi quando & quomodo revocanda sit.*
19. *Laus bonorum Advocatorum.*
20. *Advocati debent partes adhortari, ut sibi invicem solvant, quod debent.*

1 PROCESSUS † judiciales hodierno seculo degenerâsse in subsidia & protectoria malitiæ & iniquitatis, nemini obscurum esse potest, quâ de re totus ille tractatus Parthen. litigiosus dictus, à Vent. de Valent. conscriptus,
2 fingitur Diabolo † aliquando miserè ægrotanti suasu collegæ medici, datas fuisse vice thyriaci optimi contra venena, quibus distorquebatur, linguas rabula-

rabularum, maledicorumq; causidicorum, quarum comestione Sathanam æ-
grum mirificè refocillatum, atque sanitati restitutum fuisse, quo commento
satis superq; demonstratur, ut si quæ lites sive civiles, sive criminales sub in-
cudem hominum ejusmodi pervenire contingant, linguâ turbæ fallacis non
tam malitiosè dilatari, quàm malitiam & improbitatem inde ac rei pariter
cum iniquo litis patrono unâ solere propagari: unde S. Scriptura linguam
malorum, tela innocentium, aspide & basilisco multò pejorem ac detestabi-
liorem appellat, in tantum, ut juxta commentum relatum, lingua prava etiam
Diaboli pravitatem, & quo laborat, scelus & nequitiam curare, patrocinari,
tenebras in lucem, falsum in verum transformare & subvertere possit, quæ
ratio inter cætera suppeditari potest, cùm quæritur, cur † Procurator rarò 3
vel nunquam admittatur in causâ criminali? adeò, ut aruspex consultus, quid
oculis maximè prodesset, respondere solitus sit, si Advocatum Procurato-
rémve rarissimè videris: unde † Ludovicum XII. Regem Galliæ dixisse fer- 4
tur: quod advocati impudenter sutoris artificium sibi vendicent, nam quod
sutoris est proprium, dentibus alutam producere, hoc patroni in dilatandis
prudentum responsis, & causarum ll. Arnold. Ferronus *de reb. gest. Ludov.
XII. pag. mihi* 76. proinde & gloss. *in l. fin. C. mandat.* ait, quod † advocati o- 5
mnia mala nôrint, & quod præsumantur parùm conscientiati, Gregor. Thol.
de Republ. lib. 2. cap. 6. num. 19 imò judex ex officio potest inquirere in advo-
catos, & procuratores calumniosos & malè versantes in officio, vel si sint in-
fames, illis interdicere ne postulent, aut ullum actû forensem exerceant, Ma-
rant. *de ord. jud. p. 6. in pr. in materia inquisitionis, num.* 182. Planè † advocato 6
accusato propter graviora delicta non secus ac manifestò usurario denegatur
Andr. Tiraq. *in tr. de pœn. caus.* 49. *n.* 30.

Sanè advocato vel procuratore tali instructus reus, litis potius prote-
landæ, quam tandem evadat, quàm innocentiæ demonstrandæ gratia litiga-
re præsumitur, & dubium non est, quin æquè delinquat accusatus, operâ ma-
ligni patroni adjutus, quàm nefariè is ipse, dum causas injustas defendit, agit
seq; exinde suspectum & diffidentem causæ præbeat, quę † res indicium quo- 7
que quæstioni non leve parit, hinc est, quod advocato, adversario injuriosè
respondente, idcircò principalis teneatur, nisi confestim advocato contradi-
cat ac protestetur, Sichard. *in l. 3. nu.* 19. *C. quo m. & quando judex, &c.* sed quid
si advocatus ejusmodi, cùm operam dedit prodesse reo, impingit insulsè, nul-
litatibus coacervatis atque lites dilaturus, reum † tupiter lædit, admittens 8
hant admittenda, neque contradicens contradicendis, an qui repulso hoc
patrono, reassumptus ad causam, siquidem nullitates commissas taxaverit,
dicatur unà reassumpsisse malitiam, temereq; protelare lites. Quoniam in
facto casus hic occurrit, paucis eum attingemus, dicendum itaque videtur,
quod advocatus novus pari se inquinet turpitudine, reassumendo lites im-

9 probas & injustas: 1. surrogatum † in locum alicujus, ejusdem naturam & officium assumat, §. *fuerat, Inst. de act. l.* 1. *C. de ux. act.* Bart. *in l.* 1. §. *hæc actio, ff. si quis testam. liber esse juss. fuer.* 2. cum quod processus criminales ad Came-
10 ram † devolvantur, nisi casibus quibusdam, iisq; paucis exceptis, ut cùm quis sibi manus infert violentas, propter interesse fisci, Gilman. *in præjudic. Camer. tom.* 2. *pag.* 193. vel cùm agitur de restitutione cadaveris ex causa pignorationis, idem *pag.* 258. aut si propter merum imperium litigiosum capitur maleficus, quo in casu ex pignorationis constitutione cognoscit in causâ criminali, propter continentiam causæ, Gylman. *d. loc.* sic in causâ criminali sæpenumerò decernuntur promotoriales sub pœnâ banni, idem *d. loc. pag.* 192. *&* 288. imò in causa veneficii decreta fuisse mandata constat, ne torqueretur mulier sine justis legitimisq; indiciis, idem *pag.* 305. & ne magistratus expellat relegetq; civem, *d. loc.* Porrò si jurisdictio est litigiosa, homicida capi potest, & sequestrari decreto Cameræ, *pag.* 322. præjudicia quoque exstant hâc de re inter Hallenses, & Comitem de Hohenlohe, ubi se intromisit Camera, *pag.* 169. denique causæ nullitatum quoque ad Cameram devolvuntur, *vide citatos locos in Gylman.* 3. Considerandum est, quod actus, qui sine aliquâ solennitate poterant expediri, si solennitas juris non intervenerit, non inde vitientur processus, Marant. *de ord. jud. dist.* 9. *num.* 210. cui congruit, quod aliàs dici solet: in judicialibus actus nullos sustineri, valereque eosdem parte non opponente, cùm imputetur ei, qui nihil opponat, qui enim tacet, consentire videtur. Imò quoties aliquid fieri non debet, factum teneat, si nihil opponatur, Rebuff. *de resc. in præf. num.* 97. Dec. *cons.* 84. Porrò si reus confiteatur crimen in forma judicii, exinde purgatur nullitas retrò commis-
11 sa, & sequi potest condemnatio, Myns. *cent.* 5. *obs.* 77. deniq; nullitas † non attenditur, ubi agitur summariè & sine figura judicii, Cavalcan. *decis.* 19. *nu.* 10. 11. atqui in judicio criminali de simplici & plano procedi debet, *per suprà allegata.* Ergo, &c. Sed hæc utcunque se habent, nihil vel parum stringunt, quod enim 1. regulã surrogatorum attinet, illa κτ̀ πανὸς vera non est, quoties enim utriusq; & surrogati & surrogantis non est par eademq; ratio, à surro-
12 gatis † procul dubio malè infertur, *Dd. in l. si quis filium, C. de inoff. test. Eberh. in Top. in loc. à vi surrog.* D. Wilhelm. Antonii *de rescript. morator. conclus.* 64. *num.* 21. Neque sequitur, antecessor in officio malè in ipso versatus fuit: Ergo idem facesset successor, non secus ac si dixeris, tyranno Rex legitimus, insipido prudens, nequam vir bonus successit. Ergo Rex legitimus erit Tyrannus, prudens insipidus, &c. Bart. *in l. infamem*, 7. *ff. de publ. jud.* quinimò surroga-
13 tus debet emendare solennitates actuum, quas antecessor † neglexerat, quod in procuratore surrogato singulariter esse receptum, tradit Marsil. *in sing. sing.* 255. & quanquam 2. causæ criminales celeriter debeant expediri, 1. ne reus diuturnis carceribus emaceratus, quasi bis puniri videatur. 2. néve proces-

sus

sus diuturnitate tandem evadat impunitus, cùm Reipubl. intersit, ne delicta maneant impunita, per notissima: turbantur lætitiæ & gaudia hominum, quoties criminosi dimittuntur impuniti, ait *l.3.C.de Episc.aud.*

Ambigendum tamen nullatenus est, quin si advocatus cujuscunq; etiam sit famæ vel frontis, defensiones quasvis neglexerit reorum, eas resarcire debeat successor, *gloss.l.pactum quod inter, ff.de pact.* Jas. *in l.edita, n.6.C.de edendo l.non tantum, C.de appell.* ubi habetur, quod reus non possit renunciare † 14
defensionibus, etiamsi vellet, Anonym. *in addit.ad tract.* Cunrad. Hertz *de inquis.in caus.crim.jur.instit.cap.5.num.3.* Claud. Battand. *in prax.crim.reg.22.in pr.cum seq.* Alphons. à Costa *in tr. de port.leg.pœn.lib.2.c.3.* Johan. Gœd. *in comment.ad l.3.n.37.ff. de verb.sign.* hinc est: quod cum dicitur vulgò, volenti † 15
non fieri injuriam, locum non habeat, ubi volens vel injurians exponit corpus, sanguinem vel pudorem, vid. Cothm. *consil.1.respons.juris, 15.num.174.* adeò ut jure expeditum sit, licet in Camera regulariter non recipiantur appellationes causarum criminalium, ipsas tamen rejicere non possit nec debeat judex alius superior, in tantum, ut si is pendente appellatione † exsequatur, 16
capite puniendus sit, Hyppol. *in pract. crim. §. occurrit. per tot.* Decian. *consil.14.volum.3.* ubi dicunt: quod judex maleficiorum abstinere debeat à nimia festinatione, defensiones reorum audire benignè, etiam post conclusionem in causa [3]. Neq; movent allegata juris brocardica, quod licèt solennitas juris propriè non sit processus actusq; judiciales, ex taciturnitate, tamen robur acquirant, juxta illud: qui arguitur in pluribus & in diluitionem criminum præsertim aliqua prætermittit, quicquid tacuerit, confitetur Hier. ad Pamach. referente Petr. Lotich. *de vind. Germ. in exter. p.67.* in tantum, ut quoties scriptum aliquod debet refelli, nedum generalis contradictio, sed specialis † & 17
expressa requiratur confutatio, *c.ex literis.ext.de consf.util.vel inutil.* Alex. *consil.264.vol.2.* Cravett. *cons.lib.1.n.11.*

Resp. Quod hæc ipsa argumenta parum stringant, cum enim ea resarciri debent, quæ neglecta sunt ab antecessore, certè nihil hic obstabit non facta specialis argumentorũ aliquot contradictio vel confutatio, hinc est, quod in causa criminali quoq; beneficium restitutionis in integrum locum habeat ex generali Edicti clausulâ, Menoch. *de cons.poss.gloss.2.n.29.* ubi asserit, quod carceratis & relegatis hoc beneficium etiam competat, Bart. *in l.39.de aur.& arg.leg.c.cum causam.ext.de appell.* ubi dicitur: Quod error advocati non nocere possit parti, multò minùs † confessio ejus, quam revocare potest prin- 18
cipalis, Bart. *d.loc.* tantum abest, quin nullitates à procuratore vel advocato admissæ, ut cum libellus vel articuli defensionales perperam conscripti fuerint, revocari corrigiq; queant, Bart. *in l.3.§1.ff.de accusat.* Cothm. *in resp.jur. vol.1.resp.12.num.35.* Zanger. *de exc.c.14.* & refert glossa *in c.si sacerdos, quæst.11.* quam citat Modest. Pistor. *in process.jur.p.1.c.49.* quod Constantinus impe-

rator libellum accusatorium ineptum in conspectu accusatorum publicè incenderit.

19 Deniq; invectivæ illæ ad Advocatos † improbos & perversos, tabulasq; versipelles non viros bonos, causidicosque rectos pertinet, de quibus hoc potius enunciatur, quod legibus probè & decenter utentes meliorem ducant vitam quàm prædicatores aliiq; religiosi viri, Rebuff. *in constit. regn.*
20 *tr. de merc. gloss. fin. num.* 5. ubi & hoc dicit, quod advocati † sub pœna maledictionis æternæ teneantur dicere debitoribus, à quibus consulantur, redde quod debes tuo creditori, &c.

CAPUT XLVIII.

DE INDICIIS, QUÆ EX LATITATIONE depromuntur.

SUMMARIA.

1. *Latitatio fraudes præ se ferre solet.*
2. *Qui latitat timore concussionis non dicitur latitare malitiosè.*
3. *Qui latitare jure dicatur?*
4. *Pœna latitantis describitur.*
5. *Quæ præcedere debeant pœnam latitantis?*
6. *Latitatio & fuga differunt.*
7. *Ratio à Donello reddita, cur in latitantes inquiri debeat?*
8. *Homines in secreto viventes præsumuntur malè operari.*
9. *Hominis mutatio non est facilè quoad mores præsumenda.*
10. *Latitatio purgatur comparitione.*
11. *Animus latitandi exoneratur juramento.*
12. *An reus monasterium ingrediens latitare dicatur.*
13. *Domus orationis non debet esse spelunca latronum.*
14. *Absolutio ab Ecclesiâ reo data non tollit pœnam secularem.*
15. *An baptisma crimen aboleat etiam quoad pœnas seculares?*
16. *An sponte confitens delictum remissionem consequi debeat?*
17. *Delicta non tolluntur pœnitentia.*
18. *Pœna fisco semel acquisita non potest ei sine facto auferri.*
19. *Explicatur l. 12. ff. de jur. fisci.*
20. *An reus sponte possit subire quæstionem ad purgandam innocentiam suam?*

1 LAtitationem † plerumq; fraudes præ se ferre, adeoque indicium, cæteris paribus, ad torturam generare, extra dubium positum est, *Dd. in l. Fulcinius, 7. ff. quibus ex caus. in possess. eat.* Carer. *in pract. crim.* §. *tertium. n.* 14.
2 *& seqq. pag.* 51. videndum verò cavendumq; oportet, ne quid timore † concussionis minarumq; factarũ carceris aut quæstionis injustæ & violentæ sese absentet, malo, quod subtimescit, se ad tempus subducendo, non secus ac servus, qui plagas domini subveritus aliunde commigravit, inde pro fugitivo habendus non est, *supra c.* 18. in fine, quapropter quoq; Prætor. *in ff. tit. quib. ex caus. in poss. eat.* bona latitantis occupari jubet [1] si latitet [2] & quidem frau-
3 dationis causa. Latitare † autem is propriè dicitur, qui uspiam se occultat, ut accusa-

accusatorem vel causam, quæ intenditur, evitet, vel qui subterfugit in urbe, vel extra eã subsistens, modo copiam sui non faciat, *l.36 ff. de reb. auct. jud. poss.*

Quæ latitanti † inducit & hoc gravamen, ut sive accusetur quis, sive civiliter saltem conveniatur, dum accusatio pendet, bona ejus manu judicis vel prætoris apprehendantur addicanturq; vel fisco vel debitori, donec compareat seseq; sistat reus, non secus ac qui patitur exsilium vel relegationem, *l. ad cognitionem*, 13. *ff. quibus ex caus. in possessionem eatur.* quod in eo, qui ab hostibus captus est, non obtinet, etiamsi, dum abest, delicti arguatur, *Dd. in l. fin. ff. de reb. auct. jud. possid.* non aliter verò contra latitantem statuenda sunt hæc ipsa aliæve juris pœnæ: quam si accusator † vel delator crimen objectũ aliquo modo probaverit, *l. cum proponas, C. de bon. auct. jud. possid.* Et quanquam latitatio à fugâ nonnihil distet, adeò ut Cels. JCtus, teste Ulpiano *in d. l.* Fulcinius. latitantem † ab absente distinguat, dubium tamen non est, quin contra latitãtem æquè ac fugientem inquiri jure possit ac debeat, scilicet ne delicta maneant impunita, sed in apricum potius reducantur. Sontes loco, ubi deliquerunt, legitimè sistantur, nempe 1. ut bonis satisfiat (ait pereleganter Donell. 17. *com.* 16.) qui vel facto vel etiam exemplo improbi, læsi erant, tum, ut iis metus adimatur, quibus hunc incusserat † rei audacia & improbitas 2. ut si qui improbi exemplo maleficii audaciores facti sint, cognito maleficii exitu teneantur, & spe impunitatis ademta fiant in posterum ad injuriam tardiores, *hæc Donell.* 4 5 6 7

Atq; hæc tantò fortiùs stringunt & obtinent indicia, siquidem allegetur reum continuare actus delinquendi, subindeq; nova quæ judicem ad inquirendum permoveant, emergunt indicia, cum duo pluráve vincula fortius ligent, duo vel plura indicia fortiùs stringãt, & ut trito fertur axiomate, quod clam & in secreto vivens malè operari † præsumatur, ut dicitur *Johan.* 3. cum 8 primis si reus antehac palàm delinquere non erubuerit, neq; enim hominis mutatio, quæ plerunq; summo cum labore animæ contingit, † est facilis, 9 *Novell. de Monach. ubi Cujat. in expos. unde Fab.* 5. *orat. infr.* 10. tropus, ait, nonnunquam ad conjecturas pertinet, ut si dicam bonâ mente factum ideo palàm: mala idcircò ex insidiis noctu in solitudine, Rom. *cons.* 54. Hypp. *in rub. ad l.* Cornel. *de sic. col.* 2. ubi inquiunt, actus clandestinos simulationis, doli, fraudis & cujusvis mali suspicione haut carere.

Sed diximus latitationem metu carceris vel tormentorum non esse hìc in quæstione, idipsum perinde se habet, ac si quis fugit accusationem jam institutam, vel stetit cautus per civitatem, ut loquitur Marsil. quę statio ipsa latitatio est, & talis excusandus est, quia justè fecit, timendo pœnam sanguinis verba Marsilii *in sing. sing.* 115. & 497. Ludov. à Peguer. *in quæst. crim. c.* 17. vide Carer. *in pract. crim. pag.* 51. ubi distinguit, an latitatio fiat ante vel post citationem? Si ante cœptum judicium quis stetit cautus in domo ne capiatur, uti lo-

quuntur venerandi veteres, indicium nullum suboritur, sin post citationem cœperit latitare, indiciis gravatur. Perinde est, quoties accusatione jam instituta & decretâ citatione, latitaverit reus, Marsil. *in §. diligenter. in rubr. C. de probat. & l. 1. ff. de qq.* Carer. *d. loc.* Primus casus tamen sic exaudiendus erit, nisi alia indicia concurrant adversus reum præter nudam illam latitationem, *vide supra cap. 11.* Cæterùm latitationis indicium tollitur, quoties latitans
10 † se vicissim sistit, ut enim fuga reditu, ita latitatio comparitione purgatur,
11 Boër. *decis.* 215. imò latitationis & fugæ suspicio † sinistra, Marsil. *in sing.* 115. *& in l. qui falsum, n. 93. ff. ad L. Cornel. de fals. & in rubr. de probat. num.* 121. præsertim, si reus antehac pro viro bono agnitus habitusq; fuerit, quæ circumstantia hîc omninò attendatur, quapropter, ut id obiter saltem hîc attingamus, Anton. Muret. *var. lect. lib.* 4. refert, sancitam fuisse legem apud Persas, ne quis apud judices de crimine postulatus, quamvis illud non signis conjecturisve sed oculis manibusq; teneretur, eo judicio damnaretur, nisi prius exactissimâ in priorem vitam inquisitione habitâ, non tam multa liqueret egregiè laudabiliterq; gessisse eum, quàm constaret turpiter, perfidè & flagitiosè commisisse, sin verò virtutum multitudine vitiorum numerus vel minimâ parte superaretur, sententiis omnium judicum absolveretur, Ant. Del-
12 rio *in repet. l. transigere, C. de transact. in fine.* Sed † quid si homo diffamatus de delicto ingrediatur monasterium, utrumne latitandi vel pœnitentiam agendi gratia, videatur assumere sacros ordines? *Resp.* Latitationem, ut supra diximus, vel esse meticulosam vel fraudulentam, illa uti pœnam non meretur, cum sanguinem vitamq; redimere quovis pacto liceat, *l. transigere, C. de transact.* ita hæc ipsa omninò nocet & præjudicat latitanti, quæ nedum professione sacri ordinis diluetur, nec si quod maleficium latitanti meritò impu-
13 tari queat, inde aboleri pœna potest, neque enim domus † precationis spelunca latronum esse debet, Joan. Schneid. *in §. 4. Inst. de his, qui sunt sui vel al.*
14 *jur.* neque absolutio facta ab Ecclesia, præjudicium generare debet foro † seculari, Bald. *in l. placet, C. de sacrosanct. Eccles.* hanc quæstionem latè examinat Oldrad *consil.* 4. Bart. *in l. 1. de pœn.* Bald. *in l. 1. C. an servus ex fact. su. &c.* Cæpol. *cautel.* 9. Jason *in l. penult. ff. de jurisd.* neque obstat, quod dicitur, per baptisma omne crimen, & quicqud factum dictum cogitatumq; fuerit, aboleri, & quasi haud factum dictum cogitatumq; videatur, *cap. quod ante, 32. q. 1. & cap. fin. de pœn. diff. 7. & cap. 2. de cons. dist. 4. cap. gaudemus, de divort.* quod ipsum, quoad forum judiciale quoque procedere ait gloss. *in d. l. quod autem, dist.* 49. Felin. *in c. de his, C. de accusat.* Et refert ex Thom. Ferrat. fuisse in causa quadam Judæi flagitiosi Paduæ decretum, ut is per baptisma Christianus factus absolveretur à pœna, quam meritus erat, seculari, *de pœn. caus. 25. nu. 3.* Ergo dicendum est idem de ingresso monasterium, cùm parium idem sit judicium, per notissima.

Resp.

Resp. Quòd inde malè inferatur, ratio † quippe, cur baptisma crimen 15
aboleat, haud militat in ingrediente monasterium: sequeretur enim, quod quævis pœnitentia Ecclesiastica tolleret pœnam secularem, quod absurdum & ridiculum est, cùm hoc pacto delicta prorsus manerent impunita, & sic starent furiæ in viduitate, quod affirmandum non est: planè & hoc Crinome non est, an baptisma purget & aboleat maleficia, ut inde quoq; tollantur pœnæ legales, Bald. *in d.l.placet*, multiq; à Tiraquello *cit. loc.* allegati, per rationem, quod Ecclesia non debeat patrocinari injustitiæ, malitiis & peccatis hominum, *cap.1. ubi Schenckbar. Hottom. Petr. de Ravennat. de alien. feud.* & dicit gloss. *in c. de his, de accus.* quod punitus in foro pœnitentiæ possit accusari denuò, & puniri in foro judiciali, & eadem gloss. *in cap. admonere*, 32. *quæst.*2. statuit: Baptismum nihil remittere in foro judiciali, prolixè Tiraquell. *in tr. de pœn. caus.*25. *per tot.* Sanè ut ad quæstionem principalem revertamur, is, qui criminis perpetrati suspicione laborat, & postmodum se in claustris subdit, potiùs confiteri delictum sponte videtur, quàm se diffamatione, qua gravatur, purgare. Sed anne sponte confessus delictum tacitè vel expressè † me- 16
reatur veniam vel pœnæ remissionem? quæsitum hoc memini, disputatumque inter Doctores? Quod sponte confitenti omninò parcendum sit: nonnulli evincere satagunt ex *l. edicto*, 13. *ff. de jur. fisci. & l.* 3. § *fin. ff. de alien. jud. mut. caus. fact.* & legitur *in Proverb. Salom. cap.* 28. quod confessus scelera sua misericordiam consequatur. Hinc illud: Peccati agnitio, peccati medicina, & rem manifestam negare augentis, non diluentis crimen erit, Plin. *lib.*4. *Epist. ad Urs.* aliqui limitant hanc sententiam, referuntq; confitenti indulgendum nonnihil, siquidem nulla præcedente accusatione, citatione vel apparentibus indiciis, ultrò judicem compellet, eiq; delictum cum omnibus circumstantiis fideliter exponat & confiteatur, vide Tiraquell. latè *in tract. de pœn. caus.* 30. *num.*10. *& seq.* sed hæc utrumq; dicuntur: nihil certi solidiq; inferunt, non tam [1] quod delicta pœnitentia † non tollantur, ut in quæstione proxima 17
diximus, gloss. *in clem. ne in agro*, §. *quia verò, de stat. monach.* Tiraquell. *in tract. l.*8. *num.*307. *C. de revoc. donat.* quàm quod pœna ex maleficio, fisco vel parti quæsita, sine † facto ejusdem adimi non possit nec debeat, *l. id quod nostrum*, 18
ff. de reg. jur. gl. in d. clem. ne in agro. Neq; obstat † allegata *l.*13. *ff. de jure fisci, &* 19
*l.*3. *§ fin. ff. de alien. jud. mut.* &c. unde tanquam à diversis malè infertur: nam quod penes eum usus rerum fiscalium relinquatur, qui fisco denunciat prædia, non potest videri prædonis, vel malefici manifesti instar deliquisse, *d.l.*13. *ibidem*, ubi autem maleficium cessat ibi & pœna silescit, *l. sancimus, C. de pœn.* noxa enim caput sequitur; at quid si profitentem bona retrò pejerasse dicamus inde, quod maturius prædia non denunciaverit, vel quid si convinci posse remphyteuta, malitiosè eum suppressisse res fisci, nonne in potestate fisci erat, pœnam civilem vel remittere, vel infligere reis? quod privato vel offi-

ciali

ciali jus dicenti haud conceditur, cumprimis quod ratione fisci multa singularia jure sint constituta, *tot. tit. de jure fisci*, sic neque *l. 3. §. fin. ff. de alien. jud. mut. cauſ. &c.* hic quicquam movet. Non enim ſequitur, actor alii cedens lites ſuas jure haud permittente in ſe tandem ſuſcepit judicium, ut exinde jam ceſſet actio contra cedentem judicii mutandi cauſa facta. Ergo confitenti ſpon-
20 tè † delictum, remittatur pœna. Aliàs quæri ſolet, an reus quoque ſpontè poſſit ſubire quæſtionem, & an idcircò purgentur indicia contra ſe mota? videatur Marſil. *in pract. crim. in §. expedita, n. 55.*

CAPUT XLIX.

DE INDICIIS, QVÆ EX CARCERIS EFFRACTIONE & irruptione procedunt.

SUMMARIA.

1. *Effractura carceris indicium quæſtioni parit.*
2. *Carceris fractura per ſe crimen grande & nefandum eſt.*
3. *Limitatio priorum ſubjungitur.*
4. *Qui fidejuſſoriâ cautione relaxatus aufugit, indicium quæſtioni parit.*
5. *Palatium vel caſtrum totum aſſignatur nobili pro carcere.*
6. *An qui oſtio aperto fugiat, teneatur pœnâ fracti carceris?*
7. *Qui ex cuſtodia ſemel aufugit, denuò captus vinculis conſtringatur, licet perſona nobilis ſit.*
8. *Qui arreſtum violat, tenetur pœna fracti carcerum.*
9. *Explicatur l. 1. de effractoribus.*
10. *Refutantur argumenta Roizii, juxta quæſtionem illam, an reus injuſtè carceratus poſſit occidere cuſtodes & impune evadere.*
11. *Non omnes Tyranni ſunt, qui vulgò habentur pro tyrannis.*
12. *Reges boni citius mutari poſſunt Dei nutu, ut prolabantur ad ſævitiam.*
13. *Sceleris populi eſt Regum ſævitia.*
14. *Tyrannus à Deo ideo conſtitutus eſt, ut effrenatum populum miteſcat & domet.*
15. *Reus frangens fidem de revertendo ad carceres, indicium quæſtioni parat.*
16. *Dolus maleficiorum fons & ſcaturigo eſt.*
17. *Quis juſtè dicatur incarceratus?*

1 ALIUD ad torturam indicium eſt, ſiquidem † reus indiciis nondum convictus neq; tortus carceres effregerit, & ſive aufugerit, ſive, ne fugeret, fuerit impeditus, Marſil. *in rubric. de probat. num.* 261. ubi ait: quod nedum indicium ſed probationem faciat effractura carcerum reo dilapſo & in fugâ exiſtente, adeò ut ſi reduci capiq; queat reus, ſine aliis probationibus poſſit
2 ſubjugari ſuppliciis, cumprimis quod carceris † effractura per ſe crimen nefandum graveq; exiſtat, *l. 1. & 2. ff. de effractor. gloſſ. & Bart. in l. eos, ff. de cuſt.* & exhibit. reorum. niſi carcerem rumpens indiciis haut ſufficientibus, ſed ſola adhuc inquiſitione generali durante captus fuerit, Marſil. *d. l. num.* 162. vel
3 ubi in terminis meræ ſuſpicionis † quod in effectu noſtro judicio idem eſt, verſetur cauſa, adeò ut effractura & fuga rei & inducat ſaltem indicia & ex ſuſpi-

suspicionibus natis demonstrationes certas & indubitatas, Felin. *in c. nullus, ext. de præs.* Marsil. *d. loc.* nonnulli extendunt regulam supra dictam, asserentes, ut molitio effractionis & conatus aufugendi quoque indicium pariant ad torturam gloss. & Angell. *in l. pignoris, ff. de pig. & hyp.* Porrò si fidejussoria † 4
cautione relaxatus aufugit, indicium quæstioni quoq; paratur, Carer. *in pract. crim. pag. mihi* 51. *ibi:* Si discessit animo non redeundi & tunc auffugiens à carcere facit indicium sive ostio aperto sive non: nec tamen habetur pro confesso. Imò si tentabat aufugere & rumpere carceres, indicium fecit. Sin aufugit ruptis carceribus cum conspiratione, nedum indicium hìc sed plena probatio exoritur, & pœna capitis statuitur in reum. *Hæc ille, l. in eos ubi,* Bart. *ff. de cust. & exhib. reor.* Illa limitant nonnulli, nisi reus prorsus injustè fuisset carceratus, ordine juris non servato, Viv. *lib.* 3. *decis.* 509. vel si homo perruptis vinculis paulò post reverteretur, Tess. *decis.* 77. distinguendum verò est hoc in loco, quisnam carcer sit, qui violetur, non carcer propriè sic dictus, an custodia quævis? puta domus privati, palatium vel castrum personæ publicæ, vice carceris & custodiæ assignatum, Lanfranc. *in c. quoniam, ext. de probat.* cum enim effractura † delicti species per se, ut diximus, nedum indicium, 5
sed supplicium capitale generat, *l. 1. ff. de effract. l. in eos, ff. de custod. & exhibit. reor.* certè quæ limitativè modò adducta eò haut pertinent, sed de custodia privata, ubi vel camera, cella, domus, civitas, pagus reo attribuitur, in terminis accipienda, hinc Angel. *in l. pen. ff. quod met. caus.* ait: quod potestas id est magistratus possit totum palatium vel civitatem totam nobili pro carcere assignare, non obstante, quod statutum dicat accusatum de crimine in carceres esse mittendos, ut proinde judex ex syndicatu non teneatur, Tiraquell. *de pœn. caus.* 31. *num.* 12. Quemadmodum † ex adverso huc non pertinent vulga- 6
ta illa axiomata juris: quod qui ostium apertum repererit, subindeq; fugerit, mitius puniatur, *d. l.* 1. cessante enim legis ratione & ipsa quoque dispositio cessat. Eberhard. *in top. in loc. à cess. rat. leg.* De eo autem, qui domum, villam, civitatem, pro custodia habebat, siquidem evaserit, non tam inde præjudicium & judicium ingens nascitur, Carer. *d. loc. pag.* 52. quàm si denuò capiatur reus, ita incarcerandus sit, ne facilè dilabatur, quo casu reus perdit sua, quæ aliàs habebat nobilitatis & dignitatis privilegia † prærogativas, *gloss. in l. lege* 7
Cornelia, ff. ad SCtum Syllan. adeò, ut si jam vinculis constrictus fidejussione præstitâ desideraret relaxari, non audiatur. Bald. *in d. l. lege,* Bart. *in l.* 1. *ff. de custod. & exhib. reor.* Porrò carceris effracti pœnam non obtinere, quoties Commentariensis † negligentia reus aufugerit, tradit Natta *consil.* 499. *nu.* 15. Por- 8
rò qui sævitiam judicis timens, nempe qui solitus sit injustè procedere cum captivis, carceres frangit & evadit, nedum pœna effracti carceris tenetur, nec indiciis ex fuga & irruptione prægravatur, ita Carer. scribit & limitat hæc eadem *d. loc. num.* 38. cumprimis si minas judicis & excessus ejus probare vale-

ret eoram ſuperiori, Paris de Put. *in tract. ſynd. in verb fidejuſſor. & in verb. fuga.* Carer. *d. loc. ibi:* ſi aufugiat propter minas atroces & ſævitiam judicis non habet præſumptionem contra ſe de crimine, & ſic tunc non facit indicium. *Hæc ille.* nec qui arreſtũ, quod loco carceris erat, rumpit, tenetur pœnâ fracti carceris, Menoch. 2. *arb. q. caſ.* 30. quod ſecus erit in cauſis maleficiorum, ubi de indiciis quæritur, adeò, ut aufugiens & violans arreſtum, ſuſpicione graviori laborare demum incipiat. Comprobandum verò ἁπλῶς non eſt, quod ſcribit Petr. Roiz. *in deciſ. Lituan. deciſ.* 3. *num.* 272. Joan. Papon. *de arreſt. lib.* 5. *tit.* 3. *arreſt.* 3. injuſtè carceratum effringere carceres & cuſtodes, quos viderit ſibi reſtitutores, ne aufugiat, necare impunè poſſe. 1. propter textum generalem, *l.* 1. *ff. de effractoribus*, ubi autem lex non † diſtinguit, per-
9 durum eſt hominis diſtinctionem admittere per vulgata, &c. 2. tum quod autoritate privata nemo ſibi ſumere debeat ultionem, *l.* 176. *ff. de reg. jur.* præ-
10 ſertim ſi ad ſuperiorem † provocare ei remedium juris competat & ſuperſit, quod enim appellatio in causâ criminali quoq; admitti debeat, vẽtilavimus *ſuprà cap.* 47. 3. cum quod dici jure nequeat, ante ſententiam, quem juſtè vel injuſtè eſſe incarceratum, contingentium non eſt determinata veritas, nec probat hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe. 4. Porrò & hoc crinomenon petitioq; principii eſt, an tyrannus ipſe (quod exemplum vice rationis ſubjungit Roiz. *d. loc.*) à privato vim paſſo poſſit occidi, Bod. 2. *de Republ. c.* 2. hinc Furius Camillus, Manlium Torquatum Tyrannidis attentatę reũ in jus vocari, & cauſam dicere juſſit, non inauditum condemnare, & ſanè quanta
11 tyrannorum † multitudo erit, ſi tyrannos ſævitiæ prætextu poſtulare vel occidere licet, quàm multi innocentes optimiq; principes accuſabuntur, qui tributis neceſſariis, qui novis vectigalibus paulò preſſiùs cives urgent? qui contra nutum & applauſum populi nonnihil decernunt novarum, qui cohortes prætorias contra rebelles & refractarios ducunt, vel ſi conjuratos vitæ ſuæ inſidiatores ſuppliciis afficiunt, quales utplurimùm vulgus indomitus & delicatus tyrannos appellat, & quid ſi reverâ tyrannus populum re-
12 gat, nonne contra † ſtimulum plebs furit, graſſatur, calcitrat? quoties in tyrannum arma ſtringit. Equidem enim vero verius eſt, quod juxta merita ſubditorum eis tribuantur Reges, adeò, ut qui ante ſuſceptum regimen frugi videbantur, mox peſſimi & ſceleratiſſimi evadant, And. Gerr. *de provid. divin. lib.* 6. *c.* 7. hinc illud: Reges † quando boni ſunt, muneris eſt divini, quando verò mali, ſceleris eſt populi, Iſidor. Hiſpalens. *de ſum. bon. lib.* 3. *c* 4. 8. & Evariſt. Papa *Epiſt.* 2. *ad Ægypt. & Origen. Adamanti in lib. Judæ. hom.* 4. ibi pro ſubditorum meritis diſponitur à Deo vita rectorum, unde Luther. GOtt läſſet einen Buben vmb deß Volcks Sünde willen regieren / *tom.* 3. *pag.* 320. præ cæteris enim ineffrænatum durumq; vulgum compeſcit & emollit Tyran-
13 nus, *juxta polit.* quapropter † idem Luther. Dieſelben Tyrannen ſind die

Knüttel

Knüttel/dem Hunde an den Halß gebunden / sollen sie besser regieren / GOtt
würde auch andere Ordnung uber sie gesetzet haben / *Hæc ille, tom.3.pag.*321.
³· denique considerandum est & hoc, quod reus ejusmodi duorum se son-
tem astringat maleficiorum, ¹· effractionis carceris, cujus pœna capitalis est,
d. l. 1. ²· & cædis carcerum custodis, *ex l. Cornelio de sicar. t. t. eod.* homici-
da enim quod fecit, exspectet. ³· tantum abest, quin effractor indiciis ad tor-
turam sufficientibus super delicto eo, unde incarceratus erat, merito præ-
gravetur, *argum. d. l.* 1. *de effract.* sed de argumentis Roizyl. sic dilutis, quan-
tum satis?

Sed quid si incarceratus sub juratoriâ cautione esset dimissus ad cer-
tum tempus, hoc pacto & fide, ut tempore † præterlapso rediret, is autem 15
redire nollet, utrum inde indicium generetur? Resp. Distinguunt vulgò Dd.
inter injustè & justè incarceratum, primo casu nedum redire teneri reum, a-
junt Dec. *in pr. crim lib.* 2. *cap.* 13. *num.* 5. Surd. *cons.* 182. Ergo quod minus pacti
vel fidei datæ violatio potest, nec indicium inducere & inferre: cùm operam
dans rei licitæ in dolo non sit, quem aliàs causa quævis colorata excludit. Do-
lus verò maleficiorum fons & scaturigo est, vel ut Oldendorpius ait: Radix
delictorum, † cessante autem dolo malo, nec delicti locus superest. At ubi 16
non est delictum, nec inquisitio de delicto erit, privatio enim præsupponit
habitum, *princ. Just. de lib.* Bald. *in l.* 4. *ff. de just. & jure.* Ergo; sed hæc in capite
sequenti prosequemur aliquantò prolixius. Cæterùm de justè incarcerato
aliter statui decernique oportere alia juris ratio dictitat: is enim haud rever-
tens contumax dicitur, contumacia verò indicium per se generat, *de qua su-
prà cap.* 33. sed quis justè carceratus propriè dicetur? is justè carcerari dicitur,
qui † præcedente inquisitione generali, nonnullisq; jam apparentibus indi- 17
ciis captus, & in carcerem est missus, *qua de re quoq; suprà cap.* 2. *&* 3.

CAPUT L.

DE INDICIIS, QVÆ EX VIOLATIONE fidei datæ resultant.

SUMMARIA.

1. *Qui se ad carceres rediturum, fide datâ, adpromittit, nec revertitur, delictum confiteri censetur.*
2. *Qui judex defert appellationi injustæ pœnam incurrit.*
3. *Ridicula testis cujusdam depositio narratur.*
4. *Fractio fidei datæ est spes perjurii.*
5. *Magis peccat, qui futura non servat, quàm qui præterita neglexit.*
6. *Deus ipse vindex est fracti jurisjurandi.*
7. *Licinus Imperator fidem violans, perdidit omnem felicitatem humanam.*
8. *Cæsares instinctu Clericorum fidem datam violantes miserè occubuêre.*
9. *Subverendum ne Cæsares Regesq; alii propter violatam fidem regnis suis spolientur.*
10. *Qua causa imperium Orientale avul-*

sum sit à Coronâ Imperii Romani?

11. *Rudolphus Suecus perjurii pœnam luit manus amissione.*

12. *Cur Helvetii sese in hodiernam libertatem transtulerint.*

13. *Helvetii non agnoscunt imperium Roman. pro superiori.*

14. *Fidei datæ violatio dolum arguit.*

15. *Fidem frangens peccat mortaliter.*

16. *Indicia ex violatione fidei quomodo ponderanda à judice?*

17. *Qui promittit difficiliora, præsumitur ipsum dejeraturum.*

18. *An judex ex syndicatu teneatur, qui fidem rei secutus, eum dimisit, reus verò non revertatur.*

19. *Vbi animi virtus pro cautione est, cautio non requiretur.*

20. *Si nobilis ex palatio aufugit, quod loco carceris habebat, judex non inde tenetur.*

1 DIximus modò promissionem de revertendo ad carceres † tenendam esse, & siquidem non servetur fides data, inde indicium emergere contra reum, quasi tacitè delictum confiteri videretur, si enim injustè carceratus redire non tenetur, dimissus hoc pacto, ut certo tempore transacto se sistat custodiæ vel judicio, Mynsf. *cent.6.obs.*88.Cacher. *decis.66.nu.*12. Covarr. *res.*2. Ergo justè meritoq; incarceratus sistere sese omninò tenetur juxta fidem datam, nec reversus seipsum ultrò reum prodit, judicat, ut idcircò sat indicii ad torturam nasci, nemo non videat? contrariorum enim contraria est ratio, jus & dispositio, *l.si contra.in fine, ff.de vulg.& pupill.subst.princ.inst.de his, qui sunt sui vel alien.jur.* non secus ac si verbi gratia dixeris, judex non deferens appellationi justæ punitur, *l.quoniam, C.de appell.* Ergo recipienda non est appel-
2 latio injusta & frivola, adeò, ut qui eidem deferat † judex, pœnam incurrat. Cujusmodi argumenta in jure valida & usitata sunt, *c. cum appellationibus, de appell.in 6.* Sic testis interrogatus, an reus sit malæ famæ & quid per malam famam intelligat, responderit, se nescire, nihil probat, quia contrariorum cõtraria est ratio, Eberhard.*in top.in loc. à contr. num.* 5. vel ut ineptus ille deponebat testis, scio Filium à Sempronio occisum esse noctu, requisitus, ut rationem redderet, respondit: scamno me decumbente ac dormiente intrabat
3 Sempronius conclave, cædebatq; Titium securi † ictu valido, an offenderit hominem planè nescio, Jacob. Ayrer. *in process. jur. lib.* 2. *circ. med.* Eberh.*in top.d.loc.à contrar.* Adde, quod fidei datæ violatio sit instar perjurii (cumprimis si vice juramenti an Eides statt reus spoponderit reditum) atqui perjurium per se indicium quæstioni facit, uti infra dicetur, *c.seqq.* Ergo & fidei
4 † datæ violatio. Schurff. *consil. 97. cent.3.num.* 8. asserens, quod fidei simpliciter datæ promissionem frangens ipso jure incurrat infamiam, sicuti perjurus in casibus, ubi perjuriũ ipso jure infamiam infert, incurrit, Schurff. *d.loc.* Idem *d.cent.3.consil.62.num.*11. ubi dicit: quod *l.licet, C. de transact.* verificetur cumprimis locumq; potiorem habeat, tunc quoties futura promittens ea
5 non servat, secus qui præterita † non custodierit, adeò ut testis de præteritis falsa deponens, infamiam ipso jure non incurrat sine sententia condemnatoria,

ria, Schurff. *d.loc.* Inde pertritum illud : grave eſt fidem fallere, &c. idem Schurff. *conſil.* 59. *n.* 5. *& conſil.* 99. *num.* 7. *cent.* 1. cujus tranſgreſſionis non aliter ac fracti juramenti Deum † ipſum vindicem fore credidit veneranda 6
antiquitas, &c.

Licinius fidem, pacta & tranſactiones † cum Chriſtianis initas fran- 7
gens à Conſtantino bellis moleſtatus in acie fato infelici occubuit. Sigiſmundus ſubſcribens decretum Conſtantienſe, hęretico nõ eſſe ſervandam fidem, poſthac nullâ felicitate floruit, Turca, cui obſidis loco, hoſtia ſacra data erat, Deum fractæ fidei ultorem ſollicitabat contra Chriſtianos, unde † victoriæ 8
compos factus eſt.

Imperatores † contra fidem & majeſtatem imperii obſequentes Papis, 9
inde totâ Græciâ ſpoliati ſunt, caveant, ne reliquiis imperialibus Romani decoris, quantum de iis adhuc reſtat, eodem pacto quoq; priventur. Præſertim, da jetzo die Cron des Reichs auff die Spitzen des Schwerdes geſetzet/ vnd der Soldateſca gleichſam gegeben worden / ut loquitur, Johan. Martin. *in diſcurſ. polit. de aut. pag.* 130. unde Domin. à Diſſing. *in tr. de auton.* 12. *p.* 241. *ibi*: Haben endlich ſich durch jhre Clamanten vnnd Ketzermeiſter vmb jhr Keiſerthumb gebracht/ welchs die eintzige Vrſach geweſen/ daß die Türcken Conſtantinopel vnſere Vormawer erobert / vnnd das Königreich Vngern angefallen/ vnd biß auff dato verwüſtet / welches Vnglück vnd Straffe einig vnd allein/ den friedhäſſigen Clamanten zuzumeſſen / *& ibi*: Haben anlaß gegeben / daß Orient von den Occidentaliſchen Völckern deſerirt vnd hülffloß gelaſſen worden / *& cap. præcedenti*, 11. *pag.* 231. *ibi*: Alſo haben † die zwo Kirchen/ Rom 10
vnd Conſtantinopel gehadert/ vmb den richtigen Primat, mit eitel lamen/ faulen/ vergeblichen Zotten/ biß zu letzt ſie der Teuffel alle beyde gefreſſen hat/ die zu Conſtantinopel durch den Türcken vnnd Mahometh / die ander durch das Bapſtthumb zu Rom.

Rudolphus † Suecus incitatus contra Henricum IV. Cæſarem legiti- 11
mè electum, manum truncatam, quam acies ei ademerat, oſtendit jam moribundus ſociis, dicens: Ecce hæc eſt manus, quâ fidem datam non ſervavi. Cranius *de jur. polit. p.* 2. *probl.* 4. *pag.* 223. Helvetii † contra fidem publicam mo- 12
leſtati, dominationem Auſtriacam jam olim de ſe excuſſerunt, ut nunc liberi in montibus ſuis libera ac populari militari virtute acquiſita imperia teneant, nec ipſum Cæſarem recognoſcant pro ſuperiori, adeò ut ab hoc non jubeantur ſed rogentur, *Receſſ. imp. in anno* 76. *§.* 2. 3. à Camerâ † citari, eam adhortari 13
ſolent, ne ſe dehinc proceſſibus ſuis exagitent. Godlieb. ab Hagen. eq. Megap. amicus & contubernalis noſter Spiræ Nemetum *in diſcurſ. eleganti, de nobilit. pag.* 39.

Et quæ exempla alia hic recenſeri poſſent, ſed ad rem ipſam unde digreſſi ſumus, revertamur, deniq; fidei etiam privato datæ reſciſſio & dolum

14 arguit hominis, qui fomes eſt & materia circa quam in genere † verſantur &
ex qua tanquam perenni fonte ſcaturiunt & promanant proaireſes delin-
quendi, tandemque actus ſecundi ut loquuntur & delicta ipſa, *Dd. in l. 51. ff. de*
15 *injur.* hinc fidem frangens † etiam dicitur, peccare mortaliter, Plot. *de in lit.*
jur. §. 38. & incidit in crimen ſtellionatus, Plot. *d. loc.* efficitq; is, ne altera cō-
trahentium pars ipſi fidem ſervare teneatur, *l. quæ, 20. ff. locati.* adeò, ut toties
diximus, judex non teneatur tam ſollicitè indagare indicia, uti aliâs eum face-
16 re oportebat, ubi à reo deceptus & prætextu † fidei datæ eluſus non erat,
Hyppol. *in ſing. ſing. 42.* ubi ſtatuit, quod ſi quis fidem alicujus nudis verbis
promiſſam ſecutus, factum bona fide initum & geſtum fide juratoriâ appro-
bet & confirmet, illo fidem violante nihil confeſtim quoq; abſolvatur, Socin.
in reg. fall. reg. 193. ubi limitat & explicat paſſim commune illud Theorema.
17 Aliàs dici ſolet vulgò, quod multa & difficiliora † & rariora promittenti fides
haud habeatur, *l. non omnis in fin. ff. de re jud.* ubi gloſſa dicit, qui maria & mon-
tes pollicentur eis credendum non eſt, & ſcitè Waremb. ab Erenberg. *de fœ-
der. p. 2. pag. mihi* 115. Ipſe tum in aulis cùm extra aulas (ait) obſervavi, nihil
conſtantiæ, nihil integritatis, nihil vel parùm fidei in iis eſſe, qui promiſſio-
nibus rerum etiam minutarum non ſatisfaciunt. Hæc ille. Porrò Eberh. *in
proëm. loc. leg.* admonet ſcholares, ut ſint diligentes videndo, diligenter &
ponderando allegationes juris, nec ſibi nec aliter quicquam dicenti credant,
ſed videant, ſuper quo dictum fundatur.
18 Sed an judex † fidem rei ſecutus relaxaverit hominem cuſtodiâ, is ve-
rò redire noluit vel prorſus aufugit, inde ex ſyndicatu teneatur? diſtinguitur
communiter inter reum, qui ante diffamationem capturamq; vitæ honeſtio-
ris æſtimabatur, adeò, ut ſi judex hominem ejuſmodi vel ſub fidejuſſoria, ju-
ratoria cautione vel fide ſimpliciter datâ dimiſerit, haud ſyndicatus reus fiat,
ſecus ſi captum famæ & vitæ turpitudine inquinatum relaxaverit, Barbat. *in l.
ſi ex ſtipulata, col. 8. ff. de V. O. & conſ. 3. lib. 2.* Felin. *in c. cum contingat, col. 3. verſ.
prima concluſio, extr. de reſcript.* gloſſ. *in l. 1. § his autem, ff. de rip. mun.* Bald. *in
19 cap. 2 col. 3. verſ. quæro iterum, de jud.* dicens, quod ubi ipſa animi virtus † pro
20 ſatiſdatione ſit, cautio non requiratur à reo, ita, ut ſi vir nobilis † loco carce-
ris totum palatium pro cuſtodiâ habens aufugerit, ne idcircò teneatur judex,
non ſecus ac ſi à poſſeſſore bonæ fidei ſervus aufugerit, qui integræ opinio-
nis & fidei videbatur, *l. à bonæ fidei, ff. de R V.* vide Boër. *deciſ. 217. num. 9 verſ.
tertiò limit.* Tiraquell. *de nobilit. cap. 20. num. 28. verſ. hinc quintò*, Roland. à
Valle *conſ. 11. num. 31. vol. 3.* Vincent. Caroc. *de juram. lit. deciſ. 1. quæſt. 13.
quæſt. pr. n. 12. verſ. quartò pro hac parte, & in tr. de depoſ.
de culp. depoſ. lim. 5.*

CAPUT

CAPUT LI.

DE INDICIIS, QVÆ EX PERIVRIO nascuntur.

SUMMARIA.

1. *Infamia indicium quæstioni facit.*
2. *Omne juramentum servari debet.*
3. *Hodie Camera Imperii absolvit jurantes à vinculo jurisjurandi.*
4. *Processus in causâ citationis ad videndum relaxari à juramento mediatis, contra mediatos Imperii decernuntur.*
5. *Quænam juramenta absolutione non egeant?*
6. *Vnum juramentum non potest supplere actus binos defectuosos.*
7. *Os quod mentitur, occidit animam.*
8. *Quando pœna perjurii propriè committatur, exindeq; indicia descendant?*
9. *Dolus excludit perjurium.*
10. *Autoritas superioris in omni juramento excipitur.*
11. *Si quis juravit se non appellaturum, si notoriè gravatur, appellare potest.*
12. *Qui officii capitulationes juratas frangit, quoq; perjurus est, & exinde indicium generatur.*
13. *Referuntur prolixâ serie officiales, qui ante ingressum munus jurare tenentur, & quæ ob non servatam fidem inde emergant indicia?*
14. *Iuramentum continere debet possibilia.*
15. *A Clerico non recipiatur juramentum, quod nolit redire ad concubinam.*
16. *Quare eventus belli non respondeat voto nostro.*
17. *Miles perjurus infelix bellator est.*
18. *Ipsi exercituum duces à Deo severè puniuntur propter scelera privata militum.*

PErjurium infamiam † irrogare extra dubium positum est, *l. si quis major* 1
*ubi gloss. & Dd.comm. C de transact gloss.in l. Lucius. ff.de his, qui not.infam.
& in l.quæ sub conditione, ff. de condit. instit.* Atqui infamia † hominis per se 2
parit indicium quæstioni, juxta ea, quæ suprà diximus, *cap.31.* Ergo & perjurium. Neq; distinguitur, quomodo & quâ ratione reus pejeraverit, an juramentum judiciale sive extrajudiciale violârit, cùm juramentum † omne ser- 3
vandum sit, quod servari potest absq; æternæ salutis dispendio, *c.cum contingat de jurejur.c.licet eod.in 6.c.quamvis de pact.* adeò ut juramentum † etiam 4
vi metúve extortum obliget jurantem, *c si verò de jurejur.* Gylm.*decis.camer.* Symphor. *vol. 2. pag. mihi* 165. eo usq; absolutio non sequatur, Gylm. *d.loc.* quam solummodo expedire Papam posse statuit, Cavalcan. *decis. 9.* Hodie † 5
Camera imperialis jurantem à nota & pœna perjurii a * effectum agendi absolvit, Gail. 1. *obs. 22. 23. & seqq.* ubi processus † quoq; in causa ad videndum 6
relaxari agentem à juramento mediatis contra mediatos imperii subditos decernuntur, Gylman. *d.loc.tom.2.pag.72. & 296.* Wilhelm. Antonii *de rescript. morat.concl.30.num 37.* Quod si magistratus contra quem absolutio petitur, sese offert de juri stando & judicio sisti, neq; confestim de justitia actoris apparet, reus remitti debet ad judicem Ecclesiasticum, Gylman. *d.loc.pag.269.* Paul. de Castro *consil.259. vol.2.* Vide Anton. Quett. *consil.28.*

Cæterùm

Cæterùm qualiter juramentum vi metuq; expreſſum perjurii notam
inurat, quoties violetur, faciatq; indicium quæſtioni, notatum eſto [1]. Quod
4 jusjurandum ad diſpendium ſalutis † æternæ tendens [2]. contra bonos mo-
res [3]. quod in pravum exitum cedit [4]. exemplo pernicioſum [5]. junctumque
pactis & placitis Reipublicæ ſalutem offenſuris, jurantem haud obligat, ad-
eoque nec indicium generat, cùm privatio habitum præſupponat, *c. ſi verò, c.*
cum contingat, & c. 22 4. ubi dicitur, quod juramentum bono publico repu-
5 gnans, nedum † abſolutione egeat, *arg. l. 7. in fin. ff. d. ann. legat.* [6]. Sic nec ju-
ramenti ſtringit violatio, quoties pactum principale erat nullum, unde nec
acceſſorium ejus, utpote metus, vis, injuria &c. obtinebunt, Alph. Toſtat. *in*
Matth. tom. 1. in princ. Andr. Gail. 2. *obſerv.* 1. Hinc cum mulier vi metuq; coa-
6 cta conſenſit alienationi dotis, certè nihil agit, quia placuit, juramentum †
non valere binos legitimare & ſupplere defectus, Dec. *conſil.* 249. Panorm.
in c. cum contingat, & Felin. *in d. c. ſi verò*, Specul. *in §. nunc videndum, de leg.*
11. 25. Adeò ut jure receptum ſit judicem compellere poſſe, cui juratum eſt,
partem, ut remittat juramentum, etiam pacto per ſe licito exiſtente, ſinatque
contractum ad communes juris regulas reduci, egregiè Matth. de Afflict. *in*
deciſ. Neapol. deciſ. 180.

Et licèt præcedenti capite fidei fractorem perjuro ſimilem ſtatueri-
mus, quod etiam probatur, *c. ad aures, de his, quæ vi metusq; cauſ. c. pervenit. de*
fidejuſſ. c. pervenit, Clem. 2. *de jurejur.* Jaſon. *in §. item Servianæ, n.* 52. *inſtit. de*
action. Schurff. *d. loc.* ubi fidei præſtationem ad juramentum ſeſe habere dicti-
tat, uti genus ad ſpeciem, juxta illud: quod ullum non conſtituat, Deus veri-
tatis author & cuſtos, inter ſimplicem juratámve loquelã, diſcrimen, ut enim
perfidiam juramento abeſſe præſtat, ſic mendacium verbo hominis. Os quod
7 mentitur † animam occidit. Quiſquis ergò loquitur verum, uti decet, ju-
rat, cum ſcriptum appareat, teſtem fidelem non mentiri, *text. in c. juramenti.*
22. *quæſt.* 5. Andr. Gail. 2. *obſerv.* 59. Neque tamen ſimplex fidei datio perju-
rium parit, pœnamq; perjurio dictitatam noviſſimis Imperii *receſſ. & conſtit.*
crim. Carl. V. artic. 106. *&* 107. *& artic.* 176. Tantùm abeſt, ut abſolutio hìc
requiratur, generetve indicium vel torturam, niſi, ut ſupra: cap. præcedenti
diximus, fides judicialiter ſtipulata, fracta fuerit, proinde Gail. *d. loc.* ait: quod
8 pœna perjurii † non locum habeat, niſi quando frangatur promiſſio jurata
expreſſo verbo (juro) per rationem quam addit, nempe ut fiat in pœnalibus
reſtrictio, *c. odia, de reg. jur. in* 6. Porrò perjurii reatum non incurrit, qui pro-
mittit jurato factum alienum, & fecit quantum potuit, Gomez. 2. *reſolut.* 10.
num. 23. Surd. *deciſ.* 234. *num.* 12. prout juſta cauſa excuſat à perjurio, quæ de-
finienda eſt judicis arbitrio, probandaq; ab eo, qui eam allegat, Hering. *de fi-*
9 *dejuſ. cap.* 19. *num.* 121. dolus † quoque excludit perjurium, Proſp. Farin. *p.* 2.
lib. 2. *tit.* 6. *quæſt.* 56. *artic.* 5. *lim.* 3. *num.* 202. nec perjurii pœnam meretur lata
culpa

culpa, Hering. *de fid. c.* 19. *n.* 119. authoritas † superioris, qui in omni juramento excipitur, etiam perjurium nòn admittit Mod. Pist. *consil.* 24. *lib.* 1. Hering. *d. cap.* 19. *num.* 24. Wilhelm. Antonii *in tract. de rescript. morat. conclus.* 30. *nu.* 26. *& seq.* Sic nec juramentũ illegitimè, nec quà par solennitate receptum, ut si quis juravit per Deos alienos, obligat jurantem, non indicia, nec perjurii pœnam parit. Setur. *de jura.* 1. *cap.* 19. *num.* 11. Porrò qui contractum nullum sivo cancellatum non observat, perjurium non incurrit, Setur. *d. loc. cap.* 26. *nu.* 52. Planè qui nec adimplevit jurata, si impossibilitate juris vel facti impeditur, quò minus præstet, vel fidem contractus exsolvat, non committit perjurium, multò minus indicia generantur, Manc. *p.* 4. *de jur. eff.* 1. *q.* 6. *num.* 10. 10

E diverso si quis juravit † se non appellaturum, si gravatus notoriè, appellat, non incurrit perjurium, Joan. Gvetier. *p.* 1. *cap.* 37. Denique perjurus non est, qui negat positionem articulorum, quoties scit partem positionis aliquam esse veram, alteram falsam, neque hinc falsitatis emergunt argumenta Grave. *ad obs. Gail.* 82. *lib.* 1. *num.* 16. Pacian. *de probat. neg. p.* 1. *cap.* 18. *num.* 5. Non audiendus erit, sed indiciis potius aggravandus, qui allegat cor purum & alienum à jurejurãdo, adserens se jurâsse linguâ quidem, sed mentem injuratam retinuisse, *in discurs. contra* Ungersd. *p.* 38. quâ de causâ *capp. praced.* 11

Cæterùm ad hanc classem pertinent quicunq; ratione officii † jurant, & convincuntur dejerasse, contra Capitulationes vel præcepta officii, nam & hæc juratæ fidei violatio & perjurium inducit, Gail. *d. loc. num.* 6. & adminicalantibus indiciis indicia parit quæstionum: Causa enim effectum arguit, & qualis causa, talis solet esse effectus, Eberh. *in Top. in loc. ab effect.* Jurant autem potissimùm officii ratione, Imperator Romanus vigore Aureæ Bullæ Caroli IV. aliiq; Reges electi, de regno dextrè & sincerè administrando (quanquam Anton. Quetta *consil.* 14 *num.* 28. & moderni ex Catholicis Theologi identidem pernegent: sed quo fato & eventu, res Imperii ipsa jam loquitur) ex præscripto Capitulationis regni. Porrò jurant † Dd. Legum, *l.* 11. *C. de advoc. divers. jud.* Jurant judices antequam judicandi munus subintrant, *cap. veniens, de jur. l.* 14. *C. de judic.* Hinc Liv. *lib.* 1. *belli Macedon.* scribit: non licuisse apud Romanos Magistratus plus quinq; dies gerere, nisi qui jurassent in leges, ideoq; debet officialis qualiscunq; sit, jurare saltem generaliter, officium suum benè sese ac legaliter administraturum, aut simile quippiam, alioquin ei non creditur, sive sit ordinarius, sive extraordinarius, *l.* 2. *in princ. C. de juram. cal. & in* §. *quia verò, Novell. de judic. text. in cap.* 1. §. *hoc quod non multæ*, Bald. *colum.* IIII. *tit. de pac. const.* & Plat. *de legib. lib.* 9. *&* 12. Ægyptiorum Reges ex sua ipsorum lege judices adjurabant, ne quid injustè, etiamsi Rex imperaret, judicarent, author Plutarch. *in Apophth.* præterea jurant Cardinales Papam electuri, quod absque omni gratia & affectu dignissimum velint creare, ut refert Nicodem. Turlup. *in Antichoppino*, quos modo perjuros esse, in genere

Hh

nere adstruit, cùm hodie nullus eligatur Papa sine nutu Regis Hispaniæ, quod pluribus evincit Joan. Wolff. *tom.2.lect.mem.pag.999*. Pares curiæ, qui cognoscerent de controversia, quæ est inter dominum & vasallum, jurant se rectè judicaturos Petr. de Raven. & Feudistæ communiter *in c.1.tit.de controvers.feud.ap. pares terminand.* Jacob. à S. Georg. *in tract. feud. in verb.& dicti vasalli, col.6.vers.ulterius quæro, utrum isti pares?* quanquam Andr. de Isern. *in d. cap.* 1. teneat contrarium, inde quod pares semel præstiterint juramentum fidelitatis, nihil tamen evincitur, prout huic rationi optimè respondent citati Doctores *d.loc.* Præterea jurant Consules civitatum, *auth.præsides, C. de Episc.aud.jurat & quilibet administrator Reipubl. aut justitiæ, §. sic igitur, in auth.ut judices sine quo suffrag.fiant, l.4. C. de bon. vacan. lib.*10. ubi Bald. ait, optimè inde probari, quod syndici civitatum non antè possint uti officio syndicatus, quàm juraverint, rectè & fideliter se versaturos in officio. Jurant quoque tabelliones, ut dicit Joan. Plat. *in d.l.4.* Jurant item nummularii, ut notat gl. *in l.9.§.2.ff.de edend.* Jurant & milites, cùm militiæ dant nomen, qui aliàs tanquam privati habentur, ut voluit Bald. *in d.cap.quoniam contra, & in l.2.& ibi gloss.in verb.sacramento, ff.de his qui not.infam.& gloss.in l.penult. quibus ex caus. major. & Speculator tit. de procur. §.1.vers.item excipitur, quod est miles, & in tit.de accusatore, §.1. vers.item excipitur, quod est miles, & in tit. de jurejurand.§.1.vers. de sacrament. quod præstant milites.* Deinde calculatores, quibus calculandæ rationes committuntur, jurant. Bald. *in d. §. his illud, col.2. vers.pone consules.* Et qui comparationes literarum faciunt *d. l. comparationes, ubi Bald.in 6.notab.* si qui adhibentur, tanquam periti, tenentur jurare, & proptereà etiam Medici jurant, cùm de artis peritiâ jurare cogantur. Bart. *in proœmio, ff.& in l.9.C.de testib.* & Bald. *in l.hac edictali, §.his illud, C. de secund.nup.* jurant etiam obstetrices, Dd. *in l.9.C.de testib.* jurant item artifices & mechanici, ad aliquid agendum assumpti, *d §.quod autem, in auth. de non alien.* jurant & advocati *d.l.14.C. de judic.* ubi tantum gloss. dicit, hoc non observari consuetudine. Jurant & erogatores annonæ publicæ, & qui stipendia solvunt, *l. 16.in princ.C. de erog.mil.ann.lib.*12. & executores testamentorum, ut dicit Joan. de Plat. *in d.l.12.C.de erog. ann.* Porrò jurant vendentes bona debitoris, authoritate judicis, *l.ult.in fin. C. de bon auth. jud. poss.* & qui mittuntur ad inspiciendum fines agrorum, Bart. *in d. l. 9. C. de testib.* & agrorum ipsorum designatores sive assignatores, Barbat. *consil.* 25. Jurant quoque custodes carcerum, *in Clement. §. porrò, de hæret.* jurant omnes periti de arte sua interrogati Dd. *in l.1.ff.de ventr.inspic.* Denique jurant scholares, recepti in matriculam pernotissimam, & quæ juramenta hujus farinæ alia. Quæ si violantur non secus inde perjurium, & consequenter indicia resultant pro re natâ, ac si quovis homines pacto dejerassent, siquidem per verbum Juro, reale seu corporale, ut loquuntur juramentum, requiratur, Gail. *citat. loc.* & sic consequenter

quenter

quenter ejusdem operationes & effectus inferantur, parium enim idem est judicium Eberh. *in Top. in loc. à pari.* Deniq; perjuria non pariunt, nec in consequenti indicia quæstionum, quoties juramentorum conceptibus inferuntur iniqua, inusitata, impossibilia, † & non servanda facta, quorum, uti nulla 14
obligatio est, *l. 181. ff. de reg. jur.* ita nec juramenti, quod sine subjecto habili & legitimo non subsistit Matth. de Afflict. *in decis. Neapol. 295.*

Porrò difficultas excusat à perjurio *ibid.* Wilhelm. Antonii *de rescript. morat. conclus. 15. num. 29.* quinimò filiusfam. non potest jurato sese obligare, quod testamentum patris oppugnare nolit, *gloss. in l. si quando, C. inoff. test. consil. var. Dd. cons. 2. n. 29.* Verbi gratiâ jurabatur meo tempore in aliqua Academiâ famosa & celebri nolle scholarem, injuriam realem vindicare vel repercutere, quod caput juramenti nemo tenebat, & tamē recipiebatur juramentum. Ut verè & sapienter quoq; dixerit, Joan. Neviz. *in sylv. nupt. c. 1.* à clerico
† non recipiendum esse juramentum, ne redeat ad concubinam, rationem 15
addit. Quia id per carnis imbecillitatem non servabit, aliàs Rectores Gymnasii non juramenta paritionis & obedientiæ recipere jure possunt à Scholaribus, vide Menoch. *2. de arb. jud. qq. cas. 192.* uti Patavii & Pisis non jurant promovendi in Doctores. Idem *d. loc. num. 6.* Porrò jurare miles cogitur, quòd nolit prædari, furari, latrocinari, vim inferre colonis, quòd stipendio suo velit esse contentus, *Dd. in l. 1. C. de erog. mil. an.* victitare frugaliter, in buccellis, pane, aceto, lardo, & carne vervecinâ in expeditionibus, *text. in d. l. 1. C. eod.* Sed ecquis custodit conscientiam juratam? quinam miles unquam satiatur hoc apparatu? Summi aliquando duces, uti Hadrianus, Trajanus, Scipio, Æmilianus, Metellus, vesci cibis castrensibus, uti lardo, caseo, cepis soliti fuere, Spart. *in Hadr. Goth. in not. ad d. l. 1.* Sed quid hodiè? Hodiè in diem vivimus, & Bacchanalia quotidiana servamus, in castris & præsidiis etiam periculo extremo tonante. Evenit autem nec immeritò, quod pugna rarò † 16
vel nunquam correspondeat votis, causæ bellandi, quantumlibet justæ & necessariæ non conducant belligerantibus, qua felicitate enim perjurus, † 17
flagitiosus, exosus Deo & hominibus miles, diris exectationibus & maledictis onustus, pugnabit? Secundum vulgare illud, Gemein Gebet / vnd gemeiner Fluch vermögen viel / imò sæpenumerò † ipsi reges à Deo puniuntur pro- 18
pter scelera, quæ permittunt & relinquunt impunita militibus, Cassan. *in catalog. de glor. mund p. 5. pag mihi 123.* vide Sixtum Senens. *in bibl. S. lib. 5. annot. 92.* ubi de præda militari agit & decidit bella propter justitiam suscepta, propter prædam, injusta esse, &c.

CAPUT LII.

DE INDICIIS, QVÆ EX IVDAISMO *depromuntur.*

SUMMARIA.

1. *Iudaiſmus indicia parit delictorum.*
2. *An Iudæus ſit infamis?*
3. *An Iudæa gaudeat beneficio SCti Velleiani?*
4. *An Iudæa habeat tacitam hypothecam in bonis mariti ad excludendos Chriſtianos?*
5. *Iudæi actiones ſuas cedere non poſſunt contra Chriſtianos.*
6. *Quæ indicia contra peregrinos ſtringunt, judæos quoq; ſequuntur.*
7. *An principes Iudæos ſubditos habentes iis concedere poſſint, ut pro libitu fœnus exerceant?*
8. *Quid conſtitutiones Imperii de negotiatione Iudæorum diſponant?*
9. *De pactis legis Commiſſor. Iudæorum.*
10. *Iudæi in leges Moſaicas prævaricantes coërceri debent.*
11. *Quomodo in Iudæos tanquam hæreticos inquirendum?*
12. *An Iudæi jurare poſſint in formula Chriſtianis competenti?*
13. *An Iudæis eripi poſſint infantes & baptizari?*
24. *Vtrum Iudæus per baptiſma conſequatur remiſſionem pœnæ in foro ſeculari.*

PORrò, Judæus, quà Judæus eſt, & circumciſus, dicitur delinquere, *gloſſ. in*
l. ſi res aliena, ff. de leg. 1. *l. non erit, §. Divus, ff. de jurejur. & l.* 1. *Cod. de Sum.*
Trin. Petr. Roiz. *in deciſ. Lituan. deciſ.* 5. *n.* 33. Alexand. *in l. multum, ff. de V. O.*
ſi delinquit, reus eſt, ſed quæris cujus delicti? demonſtratione certa id tradi
quidem nequit, at ſenſus proprius eſt illius brocardici, Judæus quà Judæus
ad ſcelera perpetranda quævis proclivis & promptus præſumitur, quæ præ-
ſumptio hic idem, quod indicium eſt. Ergò Judæus quà Judæus, ſeu ut pro-
1 prius loquamur, Judaiſmus indicium † parit quæſtionem, adminiculantibus
indiciis, *gloſſ. in d. l. ſi res aliena, de leg.* 1. Roiz. *d. loc.* Maximè autem latrocinii:
cum lex Thalmudi ſic ſonet; Judæus gentilibus neque boni, neq; mali quic-
quam faciat, Chriſtianum verò omni ſtudio conetur de vita tollere, *ord.* 4. *in*
Thalm. tr. 8. *diſt.* 8. Sixt. Senenſ. *in bibl. ſanct. lib.* 2. *pag.* 144. atque hoc indicium
2 inde quoq; ſtabilitur, quod Judæus morib. hodiernis pro infami † habeatur:
At infamia per ſe quoq; indicium parit, quà de re ſupra. Hinc Judæi non poſ-
ſunt nobilitari, neq; in Doctores promoveri, ratio eſt, quia infamibus portæ
dignitatum non patent, Bart. *in l. omnes ubi & Jaſon. in princ. Cod. de decurion:*
Wilhelm. Antonii *de reſcript. morat. concluſ.* 19. *num.* 12. & 15 imò convivia Ju-
dæorum Chriſtianis turpia ſunt adeoque prohibita, *c. omnes*, 28. *q.* 1. divulga-
tum eſt, quod alias dici ſolet nec immeritò, quod Judæis non æquitas juris,
ſed ſolus rigor ſervandus ſit, *gloſſ. in c.* 2. *de indic.* Ayrer. *in proceſſ jur. c.* 2. *p.* 2. *ob-*
3 *ſerv.* 1. *n.* 2. Sic Judæa mulier † non gaudet beneficio SCti Vell. Mart. Benck.
in l. 2. *de R. S. fall.* 13. *ſect.* 2. *memb.* 5. *p.* 2. *art.* 1. neque contra creditores Chriſtia-

nos

nos habet tacitam † hypothecam in bonis mariti, quod secus est, si concurrat cum creditoribus merè Judæis, Tiraquell *de jur. primog. quæst. 66. num.* 10. Sic nec aliis utuntur privilegiis, quæ specialiter sunt concessa Christianis, *gl. in c. ex literis ext. de pignoribus.* Hinc Judæi quò à viris honestis dignoscuntur, signum aliquod portare coguntur, non secus ac carnifices, aliiq; viri turpes, & infames, Paul. de Cast. *in l. neminem, C. de Episcop. aud.* hinc Petr. Denais, *de jure Cameral. pag. mihi* 208. *ex recess. Imper. de anno* 1530. Judæi, inquit, clava sine annulo in veste flavo & conspicuo, ab aliis discriminantor, quod Francofurti ad Mœnum videre licet in Judæis. Porrò in hoc quoq; Judęi prægravantur, quod actiones suas † contra Christianos Christiano cedere nequeant, *dicto recess.* §. 81. Zu dem wollen / rc. Chirographus vel cautio Judæorum Christianis data vel recepta non Hebræa sed Germanica lingua conscribunto, & quid quandoque crediderint vel acceperint à Christiano mutuum, quod & quale pignus subinde extet, adjiciunto. Petr. Denais, *d. loc. pag.* 210. Et quia Judæi incertis sedibus circumvagantur, indicia, quæ contra peregrinos † suspectos suprà stringere diximus, huc quoq; pertinere nemo non intelligit, non judicat, quos nullus recipiat ditione sua, nisi qui regalia habeat, Policey Ordnung *de anno* 77. *art.* 20. *ibi:* So setzen / ordnen vñ wollen wir anfänglich / daß fürohin niemand Jüden anzunehmen oder halten gestattet werden solle / dann denjenigen / die von uns und dem H. Reich Regalia haben / oder insonderheit derhalben privilegiret seynd / da aber jemand darüber Juden auffnehmen würde / so sollen doch dieselben an keinem Ort Sicherheit noch Geleid haben / rc. Vulgò hic quæri solet an princeps † vel alius imperii status Judæos recipiens, usurarum illicitarum exactiones permittere eis possit? quam quæstionem prolixè tractat, Jason *in l. 1. num.* 54. *C. de Sum. Trin.* Marq. *de Judæ. part. 1. c. 11. num.* 14. qua verò suggestione vel intercessione effectum sit, quod aliquando concessa fuerint eis privilegia iniquissima, quæ recenset, Ayrer *in process. jur. p. 2. in loc. de jud.* illi, qui aliquando rationem actionum suarum & judiciorum in terris reddere cogentur altissimo, viderint quo dilabantur, vero verius est,

4 5 6 7

Ut damno absq; caper nunquam retinetur in horto,
Sic nec Judæus sine damno in plebe fovetur.

Christoph. Mandel. Ofens. quem citat, Johan. Wolff. *tom. 2. lect. memor. pag.* 416. receptatores Judæorum similes esse dixit hisce, qui lucios in piscinam variis piscium generibus refertam, immittunt. Imò qui Judæos fovent, blasphemos, latrones, fures domi alunt. Ecquis verò non præcludat fores adventanti latrunculo, incendiario, furi? Qui Judæos recipiunt, proditores suscipiunt, se suosq; extremo periculo exponentes, præclarè Huser. *in tr. de impost. Judæor.* ubi edocet, quod Judæi Hungariam Insulam Cretam, aliasque regiones proditionibus patefecerint Turcis, &c. Vide omninò *in part. 3. de ind. c. 25.*

ind.c. 25. ubi hæc quæſtio altiori indagine eſt diſcuſſa, & ſolidè deciſa, Joan.
8 Becht. *de ſecur. & ſalic. cond. th.* 94. Res Conſtitutionibus † Imperii expedita
& deciſa ſic extat, ut quæcunq; indulta privilegia contra ſaluberrimos illos
receſſus Judæis à modò tribuantur, ipſo jure nulla dicenda ſint neq; attendenda, niſi ſtatus quidam ante promulgationem, *conſtit. polit. de anno* 77. peculiaria habuiſſent privilegia, nonnihil à *d. conſtit.* exorbitantia, cùm generi per ſpeciem derogetur, *l. omnis, ff. de R. J. d. conſt. §. fin. ibi:* Damit aber die Juden jhres Leibes Nahrung haben mögen / ſoll jhnen nicht mehr dann fünff vom Hundert zu Wucher zunehmen / erlaubet ſeyn / Es ſollen auch die jenige / welche ſie obberührter maſſen auffnehmen / dermaſſen halten / daß ſie ſich des vnzimblichen Wuchers vnd verbottenen Contracten enthalten / aber mit ziemlicher Handthierung / Händel vnnd Arbeit ernehren mögen / auff maſſe ein jede Obrigkeit / daſſelbe jhren Vnderthanen / vnd dem gemeinen Nutzen zum beſten / vnnd träglichſten zu ſeyn / ermeſſen würde. Idem habetur, *§. ejuſdem tit. ibi:* Daß auch alle vnd jede Obrigkeit / darunter die Jüden jetztberürter maſſen geſeſſen / nothwendige vnd ernſtliche Verſehung thun / vnnd ſolche billiche gleiche Ordnung vornehmen ſollen / damit jhre vnnd andere frembde Vnderthanen durch die Juden / von jhrem vngöttlichen Wucher / als mit vnzimblichen Verſchreibung / Bürgen abnehmen / der Vnterpfandt / Berechnung vnd Steigerung des Monatlichen Geſuchs vnd Wuchers / der Haupt-Summen / oder was ſonſten von Vortheilungen mehr ſeyn möchten / nicht ſo jämmerlich beſchwert vnd verderbt / vnd in dem gleiche Ordnung / mit den frembden vnnd heimiſchen gehalten werden.

9 De pignoribus, quæ recipiunt Judæi, eorumque lege † commiſſoria,
hoc quoq; ſtatutum apparet *in eod. receß. ibi:* Vnd dieweil man in Erfahrung kompt / daß die Juden mit den Chriſten ſondere Geding machen / da die eingeſatzte Pfand in benanter Zeit nicht gelöſet würden / daß alsdann dieſelben jhnen verfallen ſeyn ſollen / weñ aber daſſelbe den Rechten zu wider / So ordnen wir / daß ſolch Geding verbotten vnd nichtig ſeye / ſondern ſollen die Juden die genommene Pfand / da dieſelben in gebührender Zeit von den Schüldigern nicht gelöſet würden / durch Erkandtnüß jhrer Obrigkeit / wie ſichs zu Recht gebühret / vmbgeſchlagen / verkaufft / vnd das vbrige Gelt / da dem Juden das ſeine entrichtet / dem Schüldiger gefolgt / vnd herauſſer gegeben werden / demnach ſollen auch die Obrigkeiten daran ſeyn / damit jhre Befehlichhabere mit den Juden dieſer Policey-Ordnung zugegen / nichts practiciren oder handlen.

Porrò res furtivæ qualiter à Judæis revocentur, decidit *ead. conſtit. in §.* daß ſie auch / rc. quò lectorem remitto. De Judæo & hoc conſtitutum appa-
10 ret, ut ſiquidem in leges † & traditiones Moſaicas peccet, veniam non meteatur, haud ſecus ac ſi Chriſtianus in legem Chriſti peccaret, Innoc. & Abb. *in cap. quod ſuper extr. de vot.* adeò, ut contra Judæum tanquam hæreticum, & impie-

impietatis assertorem hoc casu possit procedi, Innoc. *d. loc.* ubi Joan. Andr. & Card. Henz. Host. scribunt, librum Judæorum, qui dicitur vulgò Thalmud, inde publicè fuisse suo seculo combustum, quòd nonnullas contra divinam legem Veteris Testamenti hæreses † contineret, illis qui ita crederent, aut 11
docerent, quoque severius punitis, & citat Marquard. Suſ. JCtum Utinensem, Petr. Royz. *in decis. Lit. decis. 5. num.* 333. apud Venetos Judæorum libros multos, qui certos divinæ legis veteris foverent errores, fuisse publica authoritate igni damnatos, graviori etiam de Judęis, qui eos depravâssent, sumpto supplicio, Bernh. Lützenb. *in catal. hæret lib.* 2. adserit Papam Gregor. IX. omnia Thalmudica volumina indistinctè flammis adjudicâsse: idem factitârunt Jul. III. & Paulus IV. postquam Judæi ante exustum Thalmud vicissim typis divulgassent. Miratur verò opinionem Petri Galatini ordinis minorum, Thalmud revocandum, & in scholis Christianorum publicè legendum adserentis, Sixt. Senensis *in Bibl. S. lib.* 2. *pag.* 139. Martin. Huser. *in lib. de Judæis,* evincit: ut quousque liber Thalmud eis relinquatur, nihil frugi, sed ulteriores blasphemias in Jesum nostrum, latrocinia, sacrilegia de iis esse exspectanda, vide Joan. Wolff. 2. *lect. mem. pag.* 414. Dn. Luth. in libro contra Thalmudistas suadet seriò, Synagogas ipsorum destruendas, & rei familiaris cura, administrationeq; & extructione ædium ipsis interdicendum esse, ut nimirum more erronum in stabulis habitent. Libros eorum cremãdos, à rostris & cathedris deturbandos esse Rabinos, ne impiâ doctrinâ miseram gentem seducant. Privandos insuper omnibus pecuniis, à contractibus prohibendos: detrahendas illis omnes vestes magnificas & splendidas: deniq; ad arandam, fodiendam & excolendam terram ipsos esse impellendos. Et ibidem ad Principes Germaniæ: vos etiam atq; etiam monitos volo, ut prudentius aliquod excogitetis, quo nimirum illud jugum à Satana cervicibus nostris impositum, excutiamus: neque rei & participes fiamus mendaciorum, blasphemiarum, exsecrationumq;, quas in Christum Jesum Servatorem nostrum, & Mariam Virginem, matrem ejus, in omnes denique sanctos ex fœdissimo suo palato eructant. Denique de juramentis Judæorum tractat Jacob. Ayrer. *d. l.* 2. & *Ord. Camer. part.* 1. *tit.* 86. hinc Adrian. Gylm. *tom.* 2. *Symph. in decis. Camer. p.* 286. Judæus, *ait*, non potest juramentum Christianum præstare, si tamen id præstiterit, cogitur ei acquiescere, hæc Gylm. *d. loc.* Cæterùm Judæi testimonium † contra Christianum, si contestes Christiani idem, quod Judæus adse- 12
rit, deponant, valet, Matth. Coler. *in decis. Germ. decis.* 117. An Judæis infantes † possint à Magistratu auferri, tradiq; sacro baptismati? quærit Ferd. Vasq. 13
1. *illust. quæst. cap.* 8. & decidit quod non: Quia, *ait*, si possent eripi parentibus, atque baptisari, nullus esset Judæus in mundo, & sic non impleretur vaticinium, *Esaiæ* 10. *Rom.* 9. quod reliquiæ Israël salvæ fient, &c. Thom. de Aquin. 2. *quæst.* 10. hinc dicitur *in l. Christianis, C. de pag. & cap. fin. c. Judæos de Judæis,* quod

quòd nulla injuria fieri debeat Judæis, & quoad sacramenta, servus liber esse debeat, Ferd. Vasq. *d. cap. 8 num. 12.* ubi multos pro hac sententia citat Dd. vid. Christ. de Pega. *in tract. de Anti-Christo nuperrimè edito*, ubi de conversione Judæorum latè disquirit, de Collegiis & Synagogis Judæorum quatenus toleranda sint? vid. Bodin. *de Republ. l. 3. pag. mihi 547.* & an Judæus baptizatus
14 veniam † per baptisma consequatur, ne in foro seculari teneatur, ubi reus criminis arguitur? vid. Jason *in l. 1. §. si vir, in 2. lect. 2. ff. de acquir. poss.* Tiraquel. *de pœn. causa 25. vid. suprà cap. 48. & part. 2. latius hoc per tractatum de indic. fals. prope finem,* Autor anonymus, quem suspicamur esse amicum nostrum Dn. Wilhelm. Antonii *in not. ad Conradi* Hartz *tract. de inquisit. in caus. crim. jurid. instit. conclus. 1. n. 18.* Referunt annales Trevirenses (unde & Judæorum innata malitia & indicia adversus Judæos magis magisq; corroborantur) in hæc verba: Eberhardus Episcopus Trevirensis, aliquando promulgavit legem contra Judæos, habitantes in urbe illa, cujus summa erat, ut vel fierent Christiani, & acciperent Sacramentum Baptismi, die Sabbathi in vigilia Paschatis propediem subsequenti: aut vitarent, & aliò concederent, eò nunquam reversuri in perpetuum, Judæi de hoc mandato non parùm stomachabantur, idq; subsannabant & eludebant.

Eorum verò quidam ex arte diabolica fecit imaginem de cera, eam auri pretio sibi conduxit baptizari ab aliquo nequam presbytero Ecclesiæ ad sanctum Paulum. Illam diabolicam imaginem sic ex maligno artificio fabricatam Judæus accendi jussit dicto Sabbathi die, qui assignatus fuerat eis, ut in eo vel baptizarentur, vel si illud nollent, ex urbe protinus excederent, secundùm edictum & mandatum dicti Archiepiscopi Trevirensis Eberhardi. Subsecuto autem dicto die, cùm ipse bonus Archiepiscopus occuparetur actione ad fontem lustralem, indutus consuetis vestibus ceremonialibus, & ornamentis Episcopalibus, imagine illa cerea, igne consumpta ferè dimidia: tam gravis ægritudo dictum Archiepiscopum corripuit, ut in utraque provolutus genua se supplicem miserit ad quandam imaginem crucifixi: verùm mortuus est illicò, & tradidit spiritum, factum hoc est anno millesimo, sexagesimo septimo.

Cæterùm, ut ad similia transeam exempla, cùm Otto IV. Dux Brunsuicensis contra latrones & Judæos rigidissimam ferret sanctionem, quo purgarentur Provinciæ malis hominibus, exauctoratus est, & periit in patria, Achilles Gassar. *in Chron.* idem Wolff. *tom. 2. pag. 423.*

CAPUT

CAPUT LIII.
DE INDICIIS, QVÆ EX HÆRESI resultant.

SUMMARIA.

1. *Hæresis indicium præbet quæstioni, quoad delicta diversa.*
2. *Descriptio hæresis traditur.*
3. *An hæreticus pejor sit Iudæo?*
4. *Argumētum à minori ad majus in causis indiciorum stringit.*
5. *Argumentum idem in distributione pœnarum attendendum est.*
6. *Res vilis quæ dicatur?*
7. *Quid de axiomate, hæretico non est servanda fides, judicandum?*
8. *Papa P.ius secundus imperii R. coronam offert Imperatori Turcico.*
9. *Bodini rectum judicium de illo axiomate, hæretico non est servanda fides.*
10. *An hæretici sint infames?*
11. *Concilium Tridentinum à Germanis non subscriptum, à Gallis & Hispanis non nisi expressâ cum protestatione.*
12. *Hæretici an igni sint comburendi?*
13. *An mulier hæretica gaudeat SCto Vell?*
14. *Bona hæreticorum quo pacto ad fiscum perveniant?*
15. *Definitio hæreticorum ex jure civili traditur.*
16. *De præstantia antiquitatis, quoad Canones articulorum fidei.*
17. *Evangelium vincit & evacuat leges Papæ.*
18. *Papa si mala jubet parendum non est, eiq; resistendum si contra Evangelium procedit, quæstio à Catholicis sic decisa.*
19. *Papa errare potest & adulterari.*
20. *Vti in Camera denegantur processus supplicantibus pro mandato, cum vel sine clausula super const. de pac. pub. exturbato religionis exercitio, si actor partem adversam appellitat* Bäpstlere/ *sic quoq; denegandi processus adversariis, qui protestantes vocant per injuriam* Retzere.
21. *Longa series inducitur antiquorum Episcoporum & Prælatorum doctiorum, qui Papam pro Anti-Christo agnoverint, & Romam pro Babylonica Apocalyptica.*
22. *Catholici, quatenus Catholici, in foro adversariorum, & viceversâ, non generant indicia.*
23. *Notabiliora de Francisco Petrarcha videbis.*

A Judæis ad hæreticos † bonum argumentum esse, & viceversâ, tradit Ar- 1
nold. de Reig. *in thes. jur. p.* 3087. ubi pro hac sententia aliquot Dd. addu-
cit. Quamvis (*ait*) Judæi tolerabiliores esse videantur hæreticis, cùm eorum
fides principium veritatis habeat, illi tamen revera pejores sunt, qui verita-
tem ipsam corrumpunt & impugnant, Joan. Lup. *in rubr. §.* 35. *num.* 4. *text. de*
donat. int. vir. & uxor. Etenim hæreticus † describitur vulgò, quod sit talis, 2
qui, quod pravè sapit, contumaciter defendat, & suâ audaciâ quoque alios in
errorem, quem ipse fovet, perducat, *c. quid autem, c. dixit Apost. de hæret.* 24.
q. 3. Si itaq; Judæus, quà Judæus est, indicium quæstioni suggerit, quidni hære-
ticus, qui, uti diximus, pejor † & deterior est Judæo: per ætiologiam, quod 3
minus, inest rei, hoc vel illud operatur, cur ni idem præstabit, quod inesse rei
dicitur in quanto majus, *l. fin. junct. gloss. C. qui ætate lib.* 10. *c. cum in cunctis*
de elect. l. 3. *C. de condict. in deb l. si quando, Cod. de testib. l. si non singuli, C. de reb.*

4 *cred.* Salyc. *in l.1. C. de jure Emphyt.* ubi dicit, quòd argumentum à minori † sit necessarium, neq; unquam fallat, & Paul. de Cast. *in l. maximum, Cod. de lib.*
5 *praet.* scribit, quòd hoc argumentum, † etiam in prohibitivis & exorbitantibus locum habeat, imò in delictis & pœnis, ut quando sic argumentatur JCtus *in l. si adulter, §. libertos, ff. de adult.* si pro re vili parcitur famae hominis, quid ni vitae hominis? Arnold. de Reig. *in d. thes. part. 2. p. 676.* Eberh. *in top. in*
6 *loc. à minori num. 3.* Res vilis verò † dicitur, quae valet duos aureos, *l. si oleum, §. 1. ff. de dol.* Arbitrandum itaque, quâ iniquitate laborent statuta quarundam civitatum, pro duobus vel tribus solidis furtim subtractis pœnam strangulationis furibus dictantium, qua de re alibi, &c.

Atq; hoc indicium potissimum stabiliri posset, trito at iniquo effato
7 Concilii Constantiensis, haereticis non † esse servandam fidem, quod saniores politici tamen impugnant. Nescio ait Bodin. quomodo hoc dictum venerit in mentem Patribus Concilii Constantiensis, cùm Pontifex ipse maximus, quoties initiatur sacris, ab ipsis Judaeis (nisi id inde fieri dixeris, quòd haeretici deteriores Judaeis aestimentur juxta modò tradita) accipiat fidem, eosque religionis suae institutis summâ cum libertate frui patiatur, &c. & quis nescit? Reges Poloniae, civitates Venetorum, Genuensium amicitiam & fidem Turcarum, pluresque alias nationes exoticas & quondam hostiles jam
8 pridem sibi conciliasse. Historiae quoque prodidêre, Papam Pium II. † in auxilium & societatem vocasse Tyrannum Turcicum contra Archiepisc. Moguntinum Isenbergicum, Fredericum Palatinum, & Ludovicum Bavarum. Cùm enim Pontifex Isenbergicum loco movisset, substituto Adolpho Nassovico, Isenbergicus verò ope & subsidiis Palatini & Bavari tueretur sedem suam, videns Papa non quenquam superesse in Germania, qui Isenburgicum compesceret, pro privato nutu Imperatorem Turcicum literis hoc tenore compellavit: Nostri antecessores Stephanus, Adrianus, & Leo, adversus Longobardorum reges, Pipinum & Carolum Magnum accersiverunt, & liberati de manu tyranni, Imperium à Graecis ad liberatores transtulerũt, quid si nos, si in Ecclesiae necessitate tuo patrocinio liberemur, vicem redderemus accepti beneficii? Wolff. *lect. memor. p. 1. in praefat.* Proinde ut repetam verba Bodini. Carolus Imperator Martino Luthero, quem Pontifex maximus diris execrationibus, quasi Ecclesiae Romanae hostem devoverat, fidem dedit, ut ad Wormatiae conventus accedere non dubitaret, quò cum venisset Eckius, in eum eodem jure iisdemq; pœnis, quibus in Hussium & Hieronymum aliquando animadversum esset, cupiebat animadverti, quem eâdem impietate, qua illos obligari dicebat, ac fiducia Constantiensis decreti, fidem ho-
9 stibus non esse servandam contendebat, sed nemo fuit, ait Bodin. † *d. loc.* qui Eckium non apertè execraretur, ac decretum illud non improbaret. Idem eodem capite *p. mihi 936.* contestatur: decretum illud, non esse servandam fidem haeretico,

hæretico, Deo immortali displicere, nam si fidem infideli frangere fas est, dare certè nefas erat, sin fidem dare jus est, datam servare oportet, hæc enim ipsa sibi sunt consequentia. Sed quia hæc quæstio à politicis modernis satis superq; ventilata & ad fastidium usq; discussa sit, missam eam hìc facio & transeo ad alia.

Porrò ut Judæi infames sunt, ita & hæretici † infames, & quod magis 10 excommunicati sunt ipso jure, Marsil. *in l. qui falsam, num.* 13. *ff. ad L. Cornel. de fals. pag.* 30. atqui sola infamia, sola excommunicatio indicium parit quæstioni quoad delicta diversa, *suprà cap.* 36. Ergò. Imò quod diximus sodalitates & convivia Judæorum esse vitanda *in c. præced.* idem de hæreticis statutum legimus, *c. Clericus* 24. *quæst.* 3. Porrò quidam Judæus non est testis contra Christianum, nisi adjunctos contestes habeat Christianos, per suprà tradita, & præcedentis. Ita hæreticus non perhibet testimonium contra non hæreticum, *l. quoniam, Cod. de hæret.* Denique uti libri depravati, quoad vetus testamentum, à Judæis comburendi sunt, ipsiq; Judæi puniendi, qui corruperunt Biblia sacra, ita quoque hæretici depravatores testamenti & verborum Christi, unà cum libris suis respectivè concremandi & puniendi sunt, dummodo verè & sano affectu definiatur priùs, quid sit hæreticus, nec ex Concilio Tridentino, † quod nemo Germanorum, non Galli & Hispani, nisi cum 11 protestatione expressa subscripserunt, Petr. de Su. *in hist. Concil. Trid. c. final.* definiamus hæreticos.

Cæterùm jure civili hæretici relegatione mulctantur, *l.* 30. ubi Gothof. *de pœn. l. nullus, C. de sum. trin.* ubi dicitur expellendos esse hæreticos de civitate, ne inficiant homines; juxta illud

Morbida facta pecus totum corrumpit ovile, &c.

Cur Vulcano hæretici † litandi, quia id patres Concilii dixêre. Quia scri- 12 ptum est hæreticum post unam atque alteram admonitionem devita, sordidum certè est & stolidum argumentum, teste, Eras. Roterod. *de laud. stult. circ. fin.* Cur Judæi ut Judæi non puniuntur, qui cotidianis blasphemiis Deum Ter Opt. Max. offendunt, Christianos lædunt: refert Jacob. Majer. *in Chron. Flandri*, Judæos procurasse pestem veneficiis, & ubivis quæstiones de eis habitas fuisse, præterquam Avinione, ubi Papa eos protexit, &c. hæretici, quales hodie sunt Romanensibus nequaquam perpetrant eadem, quin potiùs pro honore & verbo Dei caduca relinquunt, sanguinem vitamque profundunt neminiq; nocent, Pogg. Florent. *in ep. inserta lib. epist.* Æneæ Sylv. *ep.* 226. ubi, quanquam adversarius, tantis illustrat encomiis pietatem & Constantiani Hieronymi Pragensis verè Martyris, vide Sixt. Senensem *in bibl. sanct. lib.* 6. *annot.* 60. tot patres adducentem, qui uno ore & corde attestati fuêre, hæreticos non esse ultimo supplicio afficiendos. Augustinus de Donatistis agens, non eos cogi sed doceri vult, à quorum cervicibus, magistratuum gla-

dios depellit, quorum ſicis ipſe cotidiè impetebatur, Johan. Wolff. *tom.2.*
*lect.memor.pag.*148. Neq; hîc obſtat, quod prætendunt illi, Judæos ſcilicet
extra baptiſmum & Eccleſiam degentes, nihil ad curam & ſollicitudinem Pa-
pæ. At hæreticos per baptiſma Papæ adſcriptitios factos, demũ eos ad pedum
paſtorale ſpectare, futilis admodum & puerilis aſſertio, Matth. Suitliv. quem
refert Wolff. *tom.2.lect.mem.pag.*1006. ad hoc reſpondent argumentum &
concludunt. Judæos Chriſti hoſtes profeſſos Romæ alunt, eosq; privilegiis
augent. Deſinite igitur mirari, cur Chriſtianos ferre non poſſint, Pontifices,
cùm fœdera cum Chriſti hoſtibus ferire ſoleant. Planè hæreticus, quà hære-
ticus, inde quoque indicium quæſtioni ſuggerit, quoad crimina alia, quia læſæ
Majeſtatis divinæ crimen incurrit per hæreſes, ſuas intellige craſſiores, &
13 partim blaſphemas, Grilland. *de hæret.in pr.num.*1. Porrò mulier Judæa † non
gaudet privilegio SCti Vell. *nec l.aſſiduis, C. qui pot. in pig. hab.* ita quoq; hæ-
retica fœmina non habet privilegia, quæ aliàs ſexui muliebri in genere à Ju-
ſtiniano, aliisq; Imperatoribus ſunt attributa, Anton. Pereg. *de jur.fiſci, lib.* 1.
*tit.2.hæret num.*2. Joan. Dauth. *de teſtibus in rubr. qui teſtam fac. poſſ. num.* 248.
14 *illat.pr.* Quod bona † hæreticorum attinet, ea non niſi præcedente ſententiâ
privativa fiſco explicantur, Pereg. *de jur.fiſc lib.*4.*tit.*5. *num.*29. in tantum, ut
licèt hæreticus poſt ſententiam reſipiſcat, ea tamen non recuperet, niſi prin-
ceps ex ſingulari gratia eadem ipſi reſtituat, Farinac. *in pract.crim.lib.*1.*tit.*13.*q.*
15.*num.*16. Roland. à Vall. *lib.*3.*conſ.*63. *num.*24. Dixi, hæreticos non eſſe ex
Concilio Trident. definiendos, quò ſciatur, quæ ſectæ ſeu peſtes fugiendæ,
contra quos propriè ſtringant indicia impræſentiarum. Tantum conſtat, Ec-
cleſiam Romanam eos omnes vocaſſe hæreticos jamdudum, qui non fidem
habent eis, quæ Eccleſia & Concilia, qui non credunt in Papam, ejusq; pri-
matum & ſpiritum omnis erroris expertem, quo pacto olim tota Eccleſia O-
rientalis, & hęc viceversâ ab Occidentali, Romana, adeoq; à ſe invicem, quod
deplorandum eſt, receſſit, vid. hâc de re plura & notabiliora *part.*2.*cap.*3. *de*
indic. hæreſeos, ſaltèm addo hîc. Quòd patres antiqui cœtus eos, quià verbo
Dei defeciſſent hæreticos appellârint, Ægid. Hun. *in Colloq. Ratisbon pag. mi-*
hi 354. ibi hæreticus ille eſt, qui negat vel hiſtoriam à Spiritu ſancto dictatam,
vel articulum aliquem fidei in ſcripto Dei verbo expreſsè contentum, vel ſe-
cundùm alios, qui aut falſa dogmata gignit, aut ab aliis excogitata pertinaci-
ter defendit, uti partim ſuprà diximus, neque enim error ſolus, ſed juncta per-
tinacia hæreticum facit, vid. Papp. *in tract. ſingulari & eleganti, de hæret.* Jus
15 Civile † Juſtinianeum hæreticum eſſe eum dictitat, qui aliter ſentit vel cre-
dit, quod ſtatuêre Concilia illa quatuor Eumenica, ut Epheſinum, Nicenum,
Chalcedonenſe & Conſtantinopolitanum, *Novell.*115. War. ab Erenberg. *de*
*fœder. p.*1.*pag.*287. Quibus utrum contradicat potius Eccleſia Romana, ſive
Confeſſio Auguſtana, *vid. ſcripta inter Cutſem. Colonienſ. & Dn. de Hoë ema-*
nata.

nata. Jubilæum Dn. Davidis Mejer. concionatoris Hannoverani. Optima Christianiſmi pars eſt, ait Eraſm. Roterod. *in Epiſt. ad Frider. Saxon.* vita Christo digna, quę, ſi bona ſuppetit, non debet eſſe facilis hæreſeos ſuſpicio. Nunc quidam nova comminiſcuntur fundamenta, ſic enim vocant, hoc eſt, novas leges condunt, per quas docent, hæreticum eſſe quicquid non placet, Johan. Wolff. *tom.2. lect. memor. pag.* 148. & idem *d. tom.2. pag.* 388. ex Aventino *de abuſ. rer. Eccleſ. ibi*: Lutheranum illis eſt, quod etiam in minimo diſſidet à receptis, & hæreticum: quod pugnat cum Aquinate & Scoto, &c. Sic cùm præclara civitas ſacerdotum pellices ferre nollet ob ſcandalum immenſum, inde Lutheraniſmi inſimulata & accuſata eſt, Joan. Gaſt. *in mem. or. l.* 1. Wolff. *in memor. tom.2. pag.* 429. ſed libet adſcribere hiſtoriam integram. Novi *(inquit)* civitatem, pulchris legibus hactenus adminiſtratam, in qua honeſtas & pudor ſedem collocaverat. Accidit, ut multi ſacrificuli contra illorum vivorum voluntatem ad cohabitandum, donec illorum res meliùs fieret, confluerent, quos ſuſcipere, eis locum dare ob mandatum Regis, cujus civitas erat, cogebantur, etſi diu repugnaverunt. Sacerdotes iſti ſecum plauſtra ſcortorum advexerant, quæ ſericis & purpureis veſtibus zoniſq; aureis incedebant, ut nullum amplius diſcrimen eſſet inter matronam & ſcortum. Senatus illius civitatis hac de re conſultat, & itum eſt in hanc ſententiam, ut ſcortis interdicatur civitati: nam nolle ſe ſcandalum hoc cùm Eccleſiæ, tum juventuti atque honeſtis matronis, diutius ferre. Hoc cùm innotuiſſet ſacrificis, mox adornaverunt legatum ad Regem, quò illas defenderet à Lutheranis iſtis. Et mox id impetraverunt, quod volebant, ac Rex conſtitutionem contra ſcortatores latam abrogat, annihilatq;, ſic ſcribens civitati:

Statuiſtis decretum contra Sacerdotum concubinas, & eas expuliſtis etiam, me inconſulto: Nobis autem placet, & mandamus, cùm ſacerdotibus uxores ducere à ſummo Pontifice prohibitum denegatumq; ſit, ut concubinas habeant, ne quid deterius ac abominabilius agant. Expulſis enim ſcortis, filiæ veſtræ illis præda eſſent, cùm otioſi homines in varia ſcelera prolabantur. Tolerate igitur importunitatem ſcortorum, donec concilium aliud generale decreverit. Hæc noſtra eſt indubitata ſententia, quam infringere piaculum ſummum ſit.

Sic Lutheraniſmi delatus Epiſcopus quidam Germaniæ, referente eodem, quibus præerat, vitæ turpitudine offenſus, convocatis ad ſe denunciat, concubinas intra menſem ut repudient. Nam ſe quidem, cui reddenda eſſet Deo olim ſui officii ratio, facere nullo modo poſſe, quin collegii & ſacerdotii proventibus eos mulctet, qui non dicto audientes forent. Quid fit? antequam præſtituta ei rei dies veniſſet, ecce è Româ literæ venerunt à Pontifice, quæ vetarent cœptum exſequi, & negotium Canonicis faceſſere: ac Epiſcopum ſineret Canonicos poſthac jure ſuo uti, nec data illis privilegia tollere

propoſitis etiam, ni pareat, minis. Hoc interjecto terrore, vir optimus ince-
pto deſtitit, vide Joan. Wolff. *tom.2.lect.mem.pag.*432. Nos ne falcem in alie-
nam meſſem immittere videamur, pedem hic ſiſtimus. De dubiis non defi-
nias, ait Damhoud. *in pr. civil. cap.* 27. *num.* 20. ſed ſuſpenſam tene mentem.
Jus Canonicum ſi reſpicimus, res ſimiliter plana eſt, nec habet aliquem ſcru-
pulum, *cap.ſana 9.diſt.cap.domino ſancto, diſt.*50. Ubi diſertè ſancitum eſt, ut
16 quoties Canones inter ſe diſcrepent, antiquiores † utpote plus authoritatis
& pietatis præ ſe ferentes, præferantur conciliis & decretis junioribus, Baſil.
Monner. *in tract.matrim.* cui annexa eſt quæſtio finalis, an legitimi Sacerdo-
tum Lutheranorum ſint legitimi? Porrò dicitur *in d.cap.de libell, diſt.* 20. *ubi
gloſſ.& Canoniſtæ communiter.* Quòd ſententia Patrum Conciliorumq; anti-
quiorum præferri debeat, in cauſarum deciſionibus cujuſcunque authoritati
& deciſioni, regulis & canonibus obvianti vel reluctanti, Jaſon *in l.1.col.6.nu.
38.ff.de reb.cred.* Abbas *in cap.tua, col.3. ext.de decim.* & Canoniſtæ paſſim *in
cap.innitaris, de conſtit.* Bald. *in l. non licet, diſt.* 10. ubi eleganter & verè dicit:
17 quod Evangelium † vincat & evacuet leges Papæ, ſi Papa aliud, quàm quod
Evangelium docet, tradat. *cap.ſunt quidam, 6. cauſ.*25. *quæſt.*1. quò procul du-
18 bio reſpexit Jeſuita Contz. *6.polit.cap.*28.*ibi:* Papæ, † ſi mala jubet, non paren-
dum, & ſi injuriam infert, licita eſt contra eum inculpatæ tutelæ defenſio,
non ſecus, ac adverſus Tyrannum, Johan. Baptiſta Zilett, 1. *vol.conſ.matrimon.
conſ.* 48. *num.* 6. ubi atteſtatur, Papam errare poſſe, ut idcircò res periculoſa
ſit ab ore ſolius Papæ dependere, prout ipſam Eccleſiam militantem fallere
& falli poſſe contendit, *cap.à nobis, de ſent.excom.* Hinc Adrian. VI. *in inſtruct.
Gregor. Rorar.* data ad proceſſores Germaniæ, anno 1522. Legati Apoſtolici
ingenuè hunc errorem fatetur ibi: Wir Prælaten vnnd Geiſtliche alle/ ſind
ein jeder ſein eigen Weg gegangen/ es iſt auch lange Zeit keiner geweſen/ der et-
was Guts hette gethan/ nicht ein einiger/ ꝛc.

Suſpecta itaque eſt adulatio illa, Papa etſi bonus non eſt, præſumitur
tamen frugi & optimus, *c. gaudemus, de div.* adeò, ut adulterii accuſari Papa
non poſſit, quanquam mulier, quam compreſſit, adulterii ſe aſtringat, Boër.
*deciſ.*72. De Gregor. VII. ſcribit Buſdrag. quem refert Wolff. *lect.mem.cent.
5.p.*1. quod Magiæ & adulterii convictus, excuſatus ſit à pluribus Epiſcopis,
qui perſuaderi noluêre, Magum vel adulterum eſſe vel errare unquam poſſe
19 pontificem. Nam licèt cum Mathilda concubuiſſe vel errare † unquam
poſſe Pontificem, ut utar verbis Authoris, prætendatur, & eſto, Papam cum
Mathilda adultera nonnihil jocatum fuiſſe, exiſtimandum tamen, ſe id feciſſe
pro curialitate, quia ſe modicum recreaſſet in tentationibus ſuis, ut faciunt
alii quoque clerici & proinde, idem Luther. *tom.5.pag.*292. *ibi*: Die jhnen
plaudern, die Kirche könne nicht jrren/ wiſſen nicht was die Kirche noch Heilig-
keit deroſelben iſt/ fahren darüber zu/ vnnd machen die Kirchen ſo heilig/ daß
Chriſtus

Christus muß darüber jhr Lügner seyn/vnd sein Wort gar nichts gelten/ ꝛc. & *eod. loc. ibi*: Die in jhrem Hertzen dichten/ daß die heilige Kirche sey gantz heilig/ vnd habe keine Sünde noch Irrthumb/ solches ist jhres Kopffes gedichte/ die Schrifft saget anders davon/ quam allegat *d. loc.* Item, da die Kirche Gewalt hette Gottes Wort zu enderen/ vnd auffzuheben/ so behielten wir gar kein gewisses Wort Gottes mehr/ ꝛc. Item *pag. 292. & tom. 5. p. 293.* Die Kirche so bißher solchen Raub (mutilationem subintelligit cœnæ Dominicæ,) hat müssen leiden/ vnd betrogen ist durch die falschen Pfaffen/ ist darumb vnverdampt geblieben/ dann sie hat es nicht gethan/ sondern allein gelitten/ ꝛc. Accinunt huic sententiæ tot patrum consensus & doctrinæ, vide Wolff. *tom. 2. lect. memor. pag.* 38. Joan. Spinæ. *in tr. de tranquill. anim. lib. 7. ibi*: Ecclesia sancta est, id est tectis, & oblivioni traditis ejus peccatis, non enim reipsa in sese apud Dei tribunal inculpatam ipsa tum quotidiana & publica peccatorum suorum confessione, tum ordinariis precibus testatur, quibus remissionem peccatorum precatur, &c. Idem *lib. 7. p. 477. ibi*: Unde efficitur Ecclesiam, ut propriè & verè loquamur, nihil aliud esse, quam cœtum Idololatrarum, blasphemorum, infidelium, rebellium, perfidorum, homicidarum, furum, ambitiosorum, scortatorum, maledicorum aliorumq; hujusmodi hominum, quibus suam gratiam Deus liberaliter offert, pœnas propter peccata ipsis condonans.

Sed ad rem redeo. Cæterùm si imperii recessus & constitutiones respicimus, nulla superest in Catholicæ & Augustanæ Confessionis susceptores quæstio nec disceptatio, neq; per recessus imperii reperitur jota, quo altera religio alteram condemnet, & ad orcum, quod calumniantium proprium est, releget, adeò ut siquidem in Camera † pro mandatis super *constit. relig.* 20 supplicans, appellat antiquam religionem Bäpstliche Lehr/ vel confessores antiquæ religionis Bäpstler/ oder Papisten/ processus, quantumvis de causæ justitia satis superque constet, denegantur. Quod observavit, Mindan. *de extrah. process. lib. 1. cap. 33. in fine.* Ita ex adverso dicendum: ut siquidem illi confessores religionis reformatæ ei Augustanæ Confessionis vocârint, Lutheraner/ Ketzer oder Schwermer/ denegandos quoq; esse processus, cùm parium idem sit judicium, & æquitas paribus in causis, paria jura desideret, Bald. *in l. conventicula, C. de Episc. & Cler. l. si socer.* ubi Bart. *ff. solut. matr. l. de quibus, ff. de ll. l. si de eo, §. fin. ff. de acq. poss.* Quocirca *recess. imp. de anno* 1555. *ibi*: Daß hinfüro ein jeder Stand den andern mit rechter Freundschafft vnd Christlicher Liebe meinen/ vnd der Lehr/ Religion/ vnd Glaubens halber/ wider sein conscientz Gewissen vnd Willen nicht zwingen/ besondern jhme dabey rühiglich vnd friedlich bleiben lassen solle/ inmassen daneben decretirt/ verabscheidet vnd beschlossen/ die streitige Religion nicht anders/ dann durch Geistliche/ freundliche/ friedliche Mittel vnd Wege/ zu einhelligem Christlichem Verstand vnd

Ver-

Vergleichung zu bringen / alles bey Keyserlicher vnd Königlichen Würden / Fürstlichen Ehren / wahren Worten / vnd Pän des Landfriedens / vnd daß dieser Friede ein ewiger vnwiderrufflicher vnd beschworner Friede sey / denn der Passawische Vertrag / in allen seinen Clausulen vnnd begrieffen nicht allein confirmiret, besondern auch in vielen ampliiret vnd verweitert worden / rc.

Quod verò nonnulli pacis osores hic obstrepant, recessum hunc sine authoritate Papæ non debuisse promulgari, libertatem, religionis divinæ doctrinæ scilicet repugnantem, in pactum transire non posse, Becan. *de fid. hæret. serv. c.* 10. *num.* 38. *&* 88. Lutherum vel quosvis doctores falsos Anti-Christi fecem redolere, &c. Hìc parùm vel nihil stringit. Quod illi enim detorquent in orthodoxos, caveant, ne de seipsis, non alienis, sed propriis audiant satellitibus testimonium & cantilenam.

21 Areta Episcopus † Cæsariensis super apocalypsin reliquit libellum singularem, in quo testatur Anti-Christum fuisse ortum tempore Græcorum Cæsarum, post Constantinum regnantium, paulò antè, quàm in regna decem divideretur Romanum Imperium, quo in loco Babyloniam pro Roma interpretatur, quam Anti-Christi aulam esse affirmat, Johan. Wolff. *cent.* 11. *pag.* 277. *part.* 1.

In quam sententiam Episcopi Heldeberti extant rhythmica Cœnomaniensia, ubi anxiè conqueritur hoc idem: dicens: Principem Babylonis venisse in templum Salomonis, ibique altam sibi fixisse sedem, Deum exorans, ut ipsum inde expellat, Id. Wolff. *d. p.* 1. *cent.* 11. *p.* 310.

Sic Episcopus Fluentius Florentinus, anno 1119. publicè docuit Anti-Christum degere Romæ, ad quem Paschalis secundus profectus est silentium ei imponens, Wolff. *cent.* 12. *p.* 1 *p. mihi* 338.

Arnoldus de Villa nova Hispanus anno Christi 1296. scripsit testatusq; est palàm, fecisse Satanam aberrare cleros à veritate & verâ fide Catholicâ, demonstrans ex Daniele & Sibyllis intra annos 1300. & 1400. Anti-Christum adventurum, quod idem prædixit Johannes Parisiensis Monachus Anno 1287.

Petrus Joannes Pyronensis Minorita idem attestatus anno 1360. scribens, quod Papa sit Anti-Christus, & Synagoga Romana magna Babylon, Wolff. *d. p.* 1. *cent.* 14 *pag.* 644.

Joannes Rabicani Archiepiscopus Pragensis, anno Christi 1535. Ego apertè dico *(ait)* Ecclesiam Romanam, Babylonem esse occidentem, in qua regnat peccatum in Spir. S. Pontificem ipsissimum Anti-Christum appellitans, simplicem Dei cultum tot superstitionibus evertentem, & syncerae religionis plurima de suo adsuentem, Wolff. *d. p.* 1. *cent.* 15. *pag.* 822.

Philipp. de Norriis, natione Hybernus, Anno 1449. regnum Papæ Anti Christi dominatum appellavit. Sic Euboanita de mendicantibus monachis

chis idem testatus ait, hi sunt, qui judicem Pium Josuam callidis hucusque circumvenêre mendaciis, ab Antiocho suo missi loquuntur in dolo verba pacifica, pestilentiores Arrianis, Donatistis, Pelagianis, Wolff. *cent.* 15. *p.* 832. prout Papam Nestorianum confirmasse idem demonstrat, *d.p.*1.*p.*640. Liberium Arrianum fuisse, Zepherinum Montanistam, Honorium Monotheletam, Id. *d.loc. & pag.*556.

Augustinus *in lib. contr. Manich.*2.*c.*1. Roma (*inquit*) secunda Babylon est, & *in Psalm.* 44. *ibi:* Cives Babylonis nos fecerunt, dimisimus creatorem & adoramus creaturas, dimisimus eum, à quo creati sumus, & colimus illud quod fecimus, &c.

Tertull. *in libell. contra Judæos*, Babylon (*ait*) apud Joannem in apocalypsi Romanæ urbis figuram portat, proinde & magna est, regnisque superba debellatrix sanctorum.

Johannes Wessel. Groningensis Anno Christi 1455. idem attestatus, nempe Papam esse Anti Christum, neminemque Ecclesiam magis destruere quàm corruptum Clerum, cui meritò resistant omnes Christiani, etiam usq; ad ultimos laicos.

Hayabalus Minorita Anno Christi 1345. palàm confessus est, jussum sibi divinitus, ut concionaretur, Ecclesiam Romanam esse meretricem Babylonicam, Papamque cum cardinalibus esse verum Anti Christum, quod ipsum Monachus, cùm inde accusaretur, intrepidè & constanter coràm Papa affirmavit, necunquam bona conscientia hoc revocare sese posse, dixit: quapropter in carcerem conjectus est, in quo tandem computruit: Wolff. *cent.*14.*lect.mem.pag.*626. Johannes Purvæus Anglus *in comment. super Apocalyp. c.* 17. quam passim de Pontifice Romano interpretatur, docetque Papam Anti-Christum esse, Romamq; meretricem Babylonicam, Wolff. *cent.* 15 *pag.*82. Ubertus de Casa *in Apocal. cap.*13. Romana Ecclesia, *inquit*, dicitur nova Babylon, quæ est meretrix magna, quia verus cultus & amor Sponsi Jesu Christi turpiter est adulteratus, & spiritus justorum hujus temporis, supra modum opprimitur in prædominio Babylonis, & velit nolit in multis actibus meretriciis servire compellitur. Et S. Brigitta, quam citat Wolff. *in Epist. ded. rer. mem.* S. Ecclesia, *ait*, multos fovet animarum interfectores, ovium Christi dispersores, abominabiliores Juda, immitiores Judæis, injustiores Pilato, & crudeliores Lucifero, & Henr. Cornel. Agrip. omnium admirabilium admirationem vincit, quòd nostri sacerdotes iisdem mediis se cœlum posse ascendere putant, quibus Lucifer olim cœlo decidit.

Et Wolffgangus Aitinger, sacerdos Augustanus, Romam sic depingit, Roma, *ait*, prout nunc est, vorago inferni est, & Mammon Diabolus capitaneus omnis militiæ residet ibi, vendens pro denariis patrimonium Christi, quod ipse amarissimâ suâ passione & morte promeruit Wolff. *d. Epist. dedic.*

ubi citat, una Synodum Remensem, *ibi*, O lugenda Roma, quam sedem Anti-Christi esse docet, adeò ut prædictus Abbas Joachim, quem toties allegat Wolff. *d. loc.* aliiq; clerici quam plures attestati fuerint foro, ut Anti-Christus manifestetur, Ecclesia reformetur, quod post Sigismundum in Concilio Constantiensi tot Imperii Præsules tentârût, sed frustrà Id. Joachim. Abb. mulier auro inaurata inquit, quæ cum terræ Principibus fornicatur, est Ecclesia Romana, quæ in Babylone vitæ confusione, transfuga mœchatur, occidentalis igitur Ecclesia spiritualiter & temporaliter malitiosa videtur, meritò abolenda. Item Prælatis perfricta est frons meretricis inauratæ malitiâ, erubescere nolunt, ideò oppressi ab eis clamant ad Deum, dicentes: O Deus quousq; non vindicabis sanguinem innocentem clamantium sub altari, &c. Guil. Ocea. citatus ab eodem Wolff. ibi & ut intentum suum horrendum ad finem perducere possit, defendentes veritatem prosequuntur, interimunt, innoxium sanguinem fundunt, regem & legem fronte ausuq; meretricio & exsecrabili subvertunt, quiq; hoc faciunt, sunt ipsi qui videbâtur regere & docere populum, ipsi Pontifices. Egressa est enim iniquitas de Babylone Wolff. *in Epist. part. 1. lect. memor.* refert quoque *ibid. in contextu*, Ephraim Syrum attestatum fuisse, Anti-Christum, ut omnes fallere posset, humilem servum servorum se simulaturum.

Ludov. IV. Bavar. *in recess. Episcop. & princ. Ital. & German. anno* 1328. facto, Papam Anti-Christum mysticum esse statuit, idq; palàm edixit.

Fridericus II. rescripsit Duci Bavaro, quod Romanus Clericatus secta Anti-Christi esset, nec tantum nocuissent veris Christianis Turci vel pagani, quàm ipsi Pontificii, Aventin. *lib. 1. annal.* adferantur huc Marcelli Palingenii Poëmata *pag. mihi 307. in lib. qui dicitur Capricorn. ibi:*

Atq; rogant quidnam Romanâ ageretur in urbe,
Cuncti luxuriæ atq; gulæ furtisq; dolisq;,
Certatim incumbunt, nosterq; est sexus uterq;,
Respondit: sed nunc summus parat arma sacerdos
Clemens, Martinum cupiens abolere Lutherum,
Atq; ideò Hispanos retinet nutritq; cohortes,
Non disceptando aut subtilibus argumentis
Vincere, sed ferro mavult sua jura tueri,
Concilium valeat, valeant commenta Lutheri,
Pontifices nunc bella juvant, sunt cætera nugæ.
Nec præcepta patrum nec Christi dogmata curant,
Jactant se dominos rerum & sibi cuncta licere, &c.

Marcellinus ad sacra gentium sub Diocletiano ductus, cùm nimis instarent carnifices, ut thura Diis offerret, non solùm idola Ethnicorum adoravit, teste Platina in vita ejus, sed & Veneri 72. Christianos homines in honorem

norem ejus crudeliter mactatos sacrificavit: unde Augustin. *cap. 16. de unit. Baptism.* hunc Papam sceleratissimum appellat, nō meliorem Anti-Christo, Domarin. à Dilling *de auth. cap.* 10. addatur Petrarcha *consil. & legatus Pontificius in Ep.* 18 *ibi*: bonorum hostis, & malorum hospes (Roma) atq; asylum, pessima Babylon, famosa dicam an infamis meretrix? fornicata cum regibus terræ, illa quidem ipsa es, quam in spiritu sacer vidit Evangelista, illa eadem, *inquam*, es, non alia, sedens super aquas multas, sive ad litora tribus cincta fluminibus, sive rerum atque divitiarum turba mortalium, quibus lasciviens secura insides, opum immemor æternarum, sive, ut idem, qui vidit, exposuit, populi & gentes & linguæ aqua sunt, super quas meretrix sedes, recognosce habitum mulier circumdata purpurâ & coccino, & inaurata auro, & lapide pretioso, & margaritis habens poculum in manu sua plenum abominatione, & immunditia fornicationis ejus. Nescis ne teipsam Babylon: nisi illud forsan errorem facit, quod in illius fronte scriptum erat, magna tu vera Babylon: Parva es, parva utiq; murorum ambitu, animorum & infinita cupidine, cumuloq; malorum omnium, non magna modò, sed maxima, & immensa es, & certè quod sequitur, tibi uni convenit, non alii. Idem *Ep.* 14. Quis, oro, non fugiat Babylonem, & vitiorum simul omnium, & laboris ac totius miseriæ mœstam domum, de qua quidem aliquid nosse debes, visa loquor non audita, fato meo pessimo in eas terras puer evectus, cui usque ad hanc ætatem indignatus equidem, sed fortunæ compedibus nescio, quibus vinctus, magnæ illic partes ætatis in gemitibus abiêrunt, novi expertus, ut nulla ibi pietas, nulla fides, nulla Dei reverentia, nullus timor, nihi sancti, nihil justi, nihil æqui, nihil pensi, nihil denique vel humani, amor, pudor, decor, candor inde exulant, de veritate quidem sileo, nam quis usquam verò locus, mendaciis plena sunt, aër, terra, domus, turres, vici, atria, plateæ, porticus, vestibula, aulæ, thalami, tectorium, laquearia, murorum rimulæ, diversoria ædium, penetralia templorum, judicum subsellia, Pontificum sedes, ad postremum ora hominum, nutus, gestus, voces, frontes animi, quid ais? An mentior? an verò de mendaciis verum loquor? si illic fuisti, & nullo tuo majore negotio distractus in nefariam illam scelerum scenam, lumen ingenii atque oculos intendisti, alium judicem non optabo, quàm scilicet omnia ibi virtute veroq; sint vacua, plena criminibus, plena blanditiis, plena pessimis artibus, ambitione, avaritiæ, superbiæ, livoris, vidisti fictè & inaniter fieri omnia, non tantùm hominibus, sed Deo, &c.

Rursus Petrarcha *epist.* 19. nunc me Gallicus habet & Occidentalis Babylon, qua nihil informius sol videt, & ferox Rhodanus æstuanti Cocyto, vel tartareo similimus Acheronti, ubi piscatorum inops quondam regnat hæreditas, mirum in modum oblita principii, stupor est memorare illos, hos cernere auro onustos, & purpurâ superbos, principum ac gentium spoliis vide-

re pro inversis artibus, luxuriosa palatia, & mœnibus clausos montes pro retibus parvis, quibus olim in æstu Galilæo, victus vix exigunt quærebatur, qui in stagno Genesareth, tota nocte laborantes nihil cœperant, manè autẽ facto capta est in nomine Jesu ingens multitudo piscium, audite nunc mendaces linguas, spectare membranas vero vacuas, & pendenti plumbulo versas in retia, quibus in nomine eodem, sed in operibus Balial credula Christianorum turba concluditur, ut squamis exuta, curarum flammis & desolatoriis carnibus exuratur, avari ventris expletura voraginem cernere pro sancta solitudine frequentiam sceleratam & circumfusas acies satellitum pessimorum, &c.

Id. Petrarch. *epist.19. ibi:* improvidus, ut in Babylone vivere eligam, ac mori, cur autem, sive ad quid? ut videam bonos mergi, malos erigi, reptare aquilas, asinos volare, vulpes in curribus, corvos in turribus? columbas in sterquilinio? liberos lupos, agnos in vinculis, Christum deniq; exulem, AntiChristum dominum, Beelzebub judicem.

Id. *Epist.* 17. ibi nónne Christum ipsum, cujus nomen die & nocte altissimis vocibus attollunt, quem purpurâ atq; auro vestiunt, quem gemmis ornant, quem salutant, nundibantur, eum quasi velatis oculis non visurum, & impiarum opum vepribus coronant, & impurissimi oris spumis inquinant, & vipereis sibilis insectantur, & venenatorum actuum cuspide feriunt, & quantum in iis est, illusum, nudum, inopem, flagellatum iterum atq; iterum in calvariam trahunt, ac nefandis assensibus cruci rursus affigunt, ô pudor, ô dolor, ô indignitas, talium hodie Roma est, ubi futuræ vitæ spes inanis quędam fabula, & quæ de inferis narrantur, fabulosa omnia, resurrectio carnis & fines mundi inter Nænias habent, veritas ibi dementia est, abstinentia, rusticitas, pudicitia probrum ingens, denique peccandi licentia, magnanimitas & libertas eximia, & quò pollutior, eò clarior vita, quò plus scelerum, eò plus gloriæ, bonum nomen cœno vilius, atque ultima mercium fama est, *Epist.* 18. *& alibi in Ep. quæ incipit quo secunq; verteris, &c.* Quæ, utcunque olim steterat, prolapsa est, ex quo sancta & potens tunc Romana nunc Avinionensis Ecclesia tangit vertice sydera, & digito cœlum volvit, ubi & Judas si 30. illas suas argenteas pretium sanguinis attulerit, admittetur & pauper à limine Christus arcebitur, unde Wessel. *in l. 2. de thren. Hyrem.* quem refert Wolff. *rer. memor. p. 22. p. 1.* O Petre Apostole (*inquit*) si jam viveres, vix campanator fieres, sin autem Papa jam esses, quàm opulentus esses! oporteret te rursus negare Christum pauperem, aut deponi.

Sed hæc & alia, quocunque despectu vel respectu adferuntur, quacunque authoritate & oratione adseruntur, quo zelo & oratione abusus Romanæ Ecclesiæ vel curiæ taxantur, certè uti nostrum non est, in re tanti præjudicii nonnihil definire, tum, quòd extra professionem & propositum nostrum hoc prorsus sit constitutum, cùm quod jura moderna adeoq; Imperii recessus

suprà

supra memorati de anno 1555. *ibi*: Daß hinfüro ein jeder Standt/rc. invectivas ejusmodi damnent, meritò & nos quoq; altercationes tales detestamur, & fugimus.

Tantum abest Catholicum † quà Catholicum, Lutheranum quà Lutheranum, uti hæreticum ac à fide vera defectorem, in foro adversariorum, & viceversâ, indiciis, quibus Judæos & hæreticos turgere diximus, prægravari, qua de re *p. 2. c. 3.*

Petrarcham † in Pontifices tantopere invehentem permovit me judice dolor justus. Etenim Benedictus XII. Papa pulchritudine & forma Lauretæ sororis Petrarchæ captus, quò potiretur rei desideratæ pridem ad tantos honores promovit Petrarcham, promittens eidem Cardinalatum, modò, ut sororis fieret compos. Ille autem vir integer & pius fugit magis honores quosvis, quàm ut in ejusmodi prostitutionem consentiret, aulæ Pontificis valedicens cœpit taxare Romana vitia. Papa nihilominus tandem voti compos factus est, inducens Girardum fratrem Petrarchæ, sibi sororem concedentem, Hieron. Squarzaph. Alexandrin. in vita Petrarchæ. Plura hac de re habet Joan. Wolff. *tom. 2. lect. memor. pag. mihi* 433.

Qui plura de incidenti hac quæstione scire satagit & quid de adventu & persona Anti-Christi, vetusta, magnaque Antistitum & præsulum Ecclesiæ cohors statuerit, affirmaverit, relegat Johan. Wolff. toties à nobis hìc citatum, in sequentibus locis, uti *tom. 2. lect. memor. pag.* 184. *& seqq. aliquot. p.* 189. *& p.* 233. *p.* 263. *&* 264. *pag.* 266. *p.* 267. *pag.* 268. 269. 270. 271. 273. *& pag.* 283. *pag.* 292. *p.* 30. *p.* 456. 460. *pag.* 506. *p.* 633. *p* 36. 283. *p.* 666. *p.* 701. *&* 708. *&* 709. Præterea *pag.* 748. *& seqq. aliquot pag.* 774. *p.* 810. *p.* 838. *pag.* 839. *cum aliquot seqq. pag.* 848. *cum seqq. p.* 900. *p.* 917. *p.* 941. *p.* 944. *pag.* 972. *& pag.* 1005. *&c.* Specialius. Quòd Roma sit sedes Anti-Christi. Idem *tom. 1 p.* 218. *p.* 224. *p.* 277. *p.* 334. *& p.* 565. *p.* 602. 610. 694. *p.* 822. *&* 823. *& p.* 832.

CAPUT LIV.

DE INDICIIS, QUÆ EX FICTA ET SIMULata sinceritate & pietate depromuntur.

SUMMARIA.

1. *Sub specie agni sæpe lupus delitescit.*
2. *Describuntur hypocritæ.*
3. *Allegantur loci authorum varii, & exempla de hypocritis.*
4. *Hypocrisis indicium quæstioni parit.*
5. *Duo extrema in materiâ indiciorum solent plerumq; occurrere.*
6. *Simulatio allegata probari debet.*
7. *Argumentum à personâ ad res in jure validum est.*
8. *Iuramentum contractui annexum, tollit suspicionem simulationis.*
9. *Indicium hoc latum est, & omnibus penè criminibus potest convenire.*
10. *Refertur sententia Firmiani Matern. de hypocritis.*

11. *Declaratur hoc caput jucundis aliquot exemplis & historiis.*
12. *Barcozba & Bon. Mainon Iudæi voluerunt esse Messiæ, sed miserè perierunt.*
13. *Theudas Pseudopropheta à Fado Iudææ præfecto occisus est.*
14. *Iudæi infantem recipiunt pro Messiâ, miraculis plurimis cũ nasceretur, existentibus.*
15. *Camera aliquando decrevit mandata sine clausulâ contra Iudæum, qui se appellitaret regem vel ducem Iudæorum.*
16. *Horrenda de quodam falso Messiâ.*
17. *De tyrannide Pharisæorum, & quorundam Pontificum Romanorum.*
18. *Hypocrisis crimen est fœdius Sodomiâ.*

NOlite credere omni spiritui, ait Scriptura sacra, quod dictum citat Felin.
1 *in c. cum in jure de offic. de leg.* cùm sub specie † agni lupus sæpenumero delitescat, *c. ut officium de hæret. in 6. gloss. in l. illicitas. §. illi, ff. de off. præsid.* Equidem enim sunt & fuêre omni seculo, ut utar verbis Juvenalis *Satyr. 2.*

Qui Curios simulant, & Bacchanalia vivunt.

2 qui palliati, † barbati incedunt, ut ait Tiraquell. *de pœn. caus. 51.* nomen sanctitatis, tali habitu usurpantes, ut non solùm Philosophi habeantur, sed & Deorum Consiliarii & ceremoniarum antistites sincerissimi existimentur, cum reverà sint animalia spurca, & probra, & impostores pessimi, malitiosi, re nullâ prorsus bonâ digni, foris tristes, domi dissoluti, vestitu Philosophi, & factis, moribusq; spurcissimi, flagitiosissimi, nequissimi. *Hæc ille:* vide Pogg.
3 Florentin. *de miseria human. condit. lib. 1. pag. 39.* Joan. Spinæ. † *lib. 2. de tranquill. anim. pag. 95. ibi:* Sunt humiles superficie, ac specie tenus, ut sanctiores credantur, similes stultis mulieribus, quæ pulcritudinem fuco mentiuntur, diceres eorum gestu observato, eos fabulam aliquam agere. Contorquent collum, demittunt caput, submissè loquuntur, terram intuentur, rasis sunt capillis, lentè incedunt, &c. Socrates cùm Antisthenem Cynicum vidisset de pallio veteri gloriantem, ac foramina illius ostentantem, quasi sibi dimissionem animi tribueret, quòd illud gestaret, eosq; qui melius induti essent, ambitionis argueret, video, ille respondit, Antisthenis arrogantiam per ipsius pallii foramina, Spinæo. *d. lib. 2. p. 97.* Sic Plato convivium solenne instituens invitavit Diogenem, qui videns apparatum nobilem Platonis, mappam pede sordido commaculavit, dixitq;, en fastum Platonis calco. At fastu longè superiori, ô Diogenes, Plato respondit, Hier. Drexel. *in amussi lib. 2. cap. 4.* De Juliano Apostata scribit Spinæus *lib. 3. pag. 137.* hic verò etiamsi illos malo animo & tyrannico æquaret, morbum tamen fucatâ mansuetudine ita dissimulare ac tegere scivit, ut ab historicis & politicis in numero bonorum & moderatorum principum sit positus.

De Nerone & Cæsare scribit idem Spin. *d. loc. ibi:* Sub hoc clementiæ pallio illius perfidia, hujus vero pestilens ambitio ita tectæ fuerunt, ut nihilominus maximi & fortissimi principes post homines natos existimarentur. De Carlstadio scribit Phil. Melanch. *in fascil. sent. patr. ibi:* miras artes tenet, & mirè fucata officia, quibus se insinuat in hominum animos, &c. Demosthenes

nes pro Ctesiphonte introducit Æſcinem, eumque Simiam vocat Tragicam, quòd perſonatus quodammodo verborum gravitate bonus videretur, cùm alioquin peſſimus atque iniquiſſimus civis eſſet, vide Johan. Wolff. *tom.* 2. *lect. memor pag.* 959. Porrò quam nociva ſit Tyranni hypocritæ dominatio, deſcribit valdè & admodum venuſtè Johan. de Pineda *in Job. cap.* 34. *verſ.* 30. *vide infrà cap.* 85 *in fine*. Ex Luciano addam & hunc locum *in Menipp. pag. mihi* 76. *ibi*: deinde ubi venerandum illud virtutis nomen induerunt, tum adductis in altum ſuperciliis, promiſſaq; barba, fucato habitu obambulant, quibus ſi perſonas ſtolamq; detraxeris auream, quod ſupereſt, id ridiculum eſt, nempe homunculus ſeptem denariis ad Agonem conductus. Atque hujuſmodi cùm ſint, mortales univerſos aſpernantur. De Diis verò abſurda prædicant, contractisque cœtibus adoleſcentulorum, quos nihil negotii eſt fallere, nobilem illam virtutem oſtentant, & verborum ambiguitates docent, atque apud diſcipulos temperantiam, ſemper ac modeſtiam laudant, opes ac voluptatem execrantur. Cæterùm ubi ſoli & apud ſeſe eſſe cœperint, quid attinet dicere, quantoperè ſeſe ingurgitent, quàm immodici ſint ad Venerem, quemadmodum etiam aſſium ſordes obtingant. Jam iſtud eſt omnium graviſſimum, quod cùm ipſi nihil agant, neque publicum, neque privatum, ſed inutiles & ſupervacanei deſideant:

Nuſquam in conſiliis, nuſquam numerentur in armis.

Tamen reliquos accuſant, ac virulentis dictis congerentes, neque non maledicta meditati objurgent, adeò, ut inter eos primas tenere videatur, qui clamoſiſſimus ſit & impudentiſſimus, & ad maledicendum audaciſſimus. Hæc ille de hypocriſi delicta plurima & atrociora utplurimùm involvente, & inquiſitioni & indiciis mille vias ſternente.

Quapropter dubium non eſt, quin famâ concurrente delicti, hypocritica & ſimulata probitas & ſanctimonia inter indicia jure recenſeatur Tiraquell. *de pœn. d. loc.* allegans locum *Matth.* 23. ubi homines ejuſmodi ſimiles eſſe dicuntur ſepulchris dealbatis, &c. extat hâc de re perelegans Ciceronis locus, *pro P. Sexto contra Piſonem*, *ibi*: animus ejus vultu flagitia parietibus tegebantur, ex quibus verbis ait idem Tiraquell. *num.* 4. *d cap.* 41. colligere licet, Piſonem tantùm præ ſe probitatem ferre ſolitum, ut omnes hoc ipſo deciperet, eum talem eſſe, qualem ſe gerebat, exiſtimantes, cùm tamen revera eſſet omnium flagitioſiſſimus, proinde text. *in cap. citius, de pœna. diſt.* 2. ait, quòd homo peccatis multis & occultis ſcateat, qui virtute magnus ſæpè judicatur. Porrò mulieres naturâ hypocritas fucatas, ſuorumq; vitiorum ac malorum diſſimulatrices, contraq; virtutum ſimulatrices fraudulentiſſimas vocat Tiraquell. *de leg. conn. l.* 9. *num.* 29. Euripides vocat mulierem κίβδηλον κακὸν, id eſt, fucatum malum. Hinc Mimus *in Seneca*: Apertè cùm eſt mala mulier, tum bona demum eſt. Deinde aulicos ignavos & otioſos, quos latrones appellat

appellat Warem.ab Erenb. *de fœd. cap. 2. pag.*244. dexteritatem præ se ferre scribit Plato *in Gorgia de aulica adulat.* & simulare sese tales, qui non sint, optimi nullam curam habentes, incautas mentes illaqueantes, & usque adeò decipientes, ut plurimi, soli nulla virtute vel arte instructi æstimentur, Rutg. Ruland. *in Planet. Christ. p.* 394. Porrò adversus monachos hoc indicium fortiter stringere, ait Sixt. Senens. *in Biblioth. S. lib. 6. annot.* 33. citans August. & Thomam pro sua sententia, ibi non in solo rerum corporearum nitore atque pompâ, sed etiam in ipsis sordibus luctuosis potest esse jactantia, & eò periculosior, quò sub nomine servitutis Dei monachus decipit, allegat Augustin. *lib 2. de sermone Domini in monte Hieronymi ad Strabum*, literas. Vestes pullas, scribit, æquè vita, ut candidas, ornatus & sordes pari modo fugias, quia alterum delicias, alterum gloriam redolet. Strabus verò ad hæc *in cap. 6. Apocal. ibi:* Ecce equus pallidus, &c. Videns, *ait*, Diabolus, nec per apertas tribulationes, nec per apertas sese posse proficere, præmittit falsos fratres, qui sub habitu religionis obtinent naturam nigri & rufi equi, pervertendo fidem, &c. Thom. de Aquin. *in 2. quæst. quæst.* 187. Sixtus Senens. *d. loc.* Quocirca Imp. Valens aliquot millia monachorum unâ vice perdidit. Alciat. *in Cod. de jure fisci, pag.* 196. *vide cap.* 42. nihil hìc de cæde & attentatis homicidiis Monachorum in Reges Franciæ, nihil de Sociis Jesu, ex quibus Brazutus quoque Papas 9. veneno exstinxit Justin. Justinop. *in consider. pag.* Ut ve-
4 rò indicium † hoc quicquam execretur de ficta simulataq; illâ probitate vel improbitate potissimum, ante omnia debet cõstare, cùm non entis nullæ sint qualitates pernotissima, imò indicia hęc ad demonstrationẽ delicti se habere debent, ut index, vel ut loquimur in scholis, medius terminus, aut ar-
5 gumentum tertium se habet ad quæstionem propositam. Cùm enim † duo extrema in materiâ indiciorum occurrunt 1. ipsum indicium, 2. & quæstio seu tortura formanda vel fundanda, necesse est, ut illud certum sit atque indubitatum, *argum. l. in testamento, ff. de condit. & demonstr. l. comparationes, C. de fid. instr.* Eberhard. *in Top. in loc. à simili, num.* 11. atque in hoc tertio conveniunt indicia hujusmodi cum contractibus in genere, qui utcunque dican-
6 tur simulati, non præsumantur confestim tales, quia simulatio † in specie est probanda, *l. sed si maritus, in fin. ff. quietâ quibus, &c.* maximè, quoties contractus scriptura vel instrumento continetur, §. *si moriantur, auth de fide instrum.*
7 *l. cum precibus, C. de probat.* Cùm argumentũ † à persona ad res in jure validum & frequens sit, *l.* 20. *ubi Bald. ff. de stat. hominum*, *l. si quis, §. si ita, ff. de leg.* 1. Eberh. *in Top. in loc. à pers. ad res, &c. pag.* (*mihi*) 480. Wilh. Antonii *de rescr. morat. concl.* 15, *num.* 122. Porrò quibus indiciis & conjecturis simulatio contractus prohibetur? tradit Menoch. *lib. 2. cent. 3. c.* 247. Cavalc. *decis.* 69. Menoch. *de præsumpt. quæst.* 58. *nu.* 9 *&* 3 *præsumpt.* 65. & ego latè *suprà part. 2. cap.* quod si tamen instrumentum dicat vera esse omnia, quæ in eo habentur, &
talis

talis clauſula jurejurando † à contrahentibus hinc inde ſit vallata, præſum 8
ptio ſimulationis omninò ceſſat, Salycet *in l. fin. C. de non num. pecun.* ſecus eſt,
ubi probationes ſimulationum jure admittuntur, qua in re integrum eſt par-
ti, quæ ſimulationem allegat, juratam quoque turpitudinem propriam alle-
gare, Vultej. *conſ* 18. *vol.* 3. *conſil. Marp.* Cothm. *conſ.* 18. *nu.* 94. ſed hæc obiter.

Ad rem planè indicium † hoc latum eſt, quibuslibet paſſim delictis 9
conveniens, quandoquidem rei ita regulariter ſint comparati, ut rarò vel nũ-
quam non poſſint ſimulare dexteritatem, moresq́; vitæ inculpatos præ ſe fer-
re, prodidit autem Firm. Matern. † *in lib. Matth.* quem citat Tiraq. *de pœn.* 10
cauſa 51. *n.* 7. *pag.* 354. quod plerique aſtrorum lege, his aſtricti moribus, præ ſe
ferant, quòd non ſint ſub nativitate in horoſcopo habentes hœdum fucato
aſpectu quos mentiri & ſimulare ſeveritatem, atque hoc ipſo decipere ait in-
cautiores, ſic tempore Theodoſii, ut exemplis, † quæ rem illuſtrant, hoc in- 11
dicium declaremus, teſte Socrate, Judæus quidam in Inſulâ Creta ſimulavit
inſignem ſeveritatem, vitæq́ue ſanctitatem, de cœlo ſe miſſum autumans, atq;
per mare in Palæſtinam traducere populum Judaicum ſatagens, effecit, ut ſe
prodeuntem plures ſequerentur, qui ſimiliter ſe in mare præcipitarunt, ex-
iſtimantes, ſe anſerino more illud pernaturos, ſed quid accidit? omnes aqua
ſuffocati periêre, & impoſtor evanuit, Philip. Nicol. *de regno Chriſti lib.* 1. Sic
paulò poſt aſcenſionem Chriſti impoſtor vixit diu inter Judæos nomine Bar-
cozba, † quem ſecutus eſt Rabinus Bon Mainon, quem pro Meſſia quoque 12
coluêre Hebræi, donec manifeſtato ſcelere tandem occideretur ab ipſis Ju-
dæis, tempore obſidionis poſtremæ, qua Titus Veſpaſianus cingebat & deva-
ſtabat Hieruſalem, quanquã Euſeb hunc falſarium ſub Hadriano vixiſſe, eum-
q́ue ingenti clade unà cum Hebræis, quorum Dux erat, à Romanis legioni-
bus ſuperatum & occiſum fuiſſe ſcribat. Sic Aventin. *lib.* 1. *annal. Boj.* atteſta-
tur fuiſſe in Suevia agro Conſtantienſi, inſanam quandam, vates Theoda no-
mine, quæ conſilio cujuſdam ſacerdotuli, quæſtus gratia, freta viſis plebecu-
lę credulitate futura canere cœperit, ambiguis dictis mortales ſtultos ſtultio-
res reddens, quæ de myſteriis divinis prophaniſſimè philoſophabatur, & de
his, qui ſoli Deo nata ſunt, temerè pronunciabat. Viſus cœleſtes ſimulabat,
congreſſus, collocutiones cum ſuperis, à quibus cuncta diſceret, ementieba-
tur. Extremum fatum orbi terrarum, & illum diem, Poëtis quoq; alienis à re-
ligione noſtra decantatum, impendere iſthoc anno, prædicabat.

Viri, mulierculæ, pueri, puellæ, metu perculſi, ſturnatim graculatimq́ue
provolant, munera deferunt, deprecatricem apud Deum immortalem pa-
rant. Quidam Stoicida, obſtipo calvoq́ue capite, vultu triſti, & ſordibus no-
tabilibus duntaxat religionẽ præ ſe ferentes, eandem velut Sibyllam, cœlitus
demiſſam, Deoq́; plenam non ſolùm venerabantur, verũ etiam ſectabantur.
Nam Phariſæorum hoc genus irritabile adhuc noſtra quoq; ætate, poſthabi-

tis sacrarum literarum fontibus clarissimis, cœnosas lacunas potare solet.

Sed ad fatidicam illum revertor. Ea jussu Ludovici regis nostri Moguntiacum à Salomone Episcopo Constantiensi deducitur, in templo D. Albani à Rhabano, & cæteris Episcopis diligentius audita, accuratius quæsita, scenam omnem vaticinii sui detegit. Se edoctam à quodam sacerdotulo, lucri gratia hæc commentam esse fatetur. Palo igitur & verberibus admota silere posthac jussa, ludibrio de cætero fuit, vide Johan. Wolff. *tom. 2. lect. memor. pag.* 244. Post mortem Hildebrandi Papæ multi falsi Prophetæ Apostoli & falsi sacerdotes emerserunt, qui simulata pietate populum deceperunt, magna signa & prodigia ediderunt & in templo Dei sedere atque extolli supra omne id, quod colitur, cœperunt. Idem Aventin. *d. loc.* Wolff. *d loc. pag.* 246. Porrò Gregor. Turonens. *lib.* 10. *histor. Franc. cap.* 24. suo tempore quendam ex Biturico Pseudo-Christum extitisse, refert, examine muscarum circumdatum, & biennio amentiam simulantem, deinde in Ærclatensem provinciam indutum pellibus, quasi religiosum migrantem atq; orantem sedulò multaq; futura prædicentẽ, Gabalitanæ regionis terminos ingressum, mulierẽ pro sorore, dictam Mariam ad amores turpes usurpantem, tandem fuisse dilapsum, aliqui tradunt, nebulonẽ hunc sanasse infirmos, unde multitudo hominũ ad ipsum confluxit eiq; magnos auri & argenti acervos contulit, seducti à plebe cum sacerdotibus, qui illum sequerentur, numero 3000. hominum, qui prædabantur inventos in itinere, & spoliatos vestiebant, mortem intentabant Episcopis, & quibuscunq; aliis, qui Pseudo-Christum non adorarent, tandem ingressum hypocritam hoc apparatu Avellanæ urbis fines & in loco, quem Anicium appellant, instruxisse aciem ut Aurelio Episcopo bellum inferret, præmittentem nuncios, nudatis corporibus saltantes & ludentes, qui ejus adventum nunciarent, victum autem in prælio nequam unà cum Maria pellice pœnas luisse meritas, & turbam ejus dispersam demùm agnovisse hy-

13 pocrisin. Theudas † etiam quidam ut scribit Nicephorus *l. 2. c.* 11. cujus meminêre acta Apostolorum *c.* 5. se Messiam esse affirmavit, quapropter multos secum congregavit, dicens se sua authoritate Jordanum divisurum, facilem ejus transitum præbiturum, quem Fadus Judęæ præfectus apprehensum vivum capite truncavit, misitq; caput Hierosolymam: Infantis † meminit Fincelius *in lib. de mirac.* qui cùm nasceretur, improvisam tempestatem, terræque motus visos, fulgura tremenda & insolita audita, scribens, hypocrisin auxit facies infantis, quæ ut sol emicuit, qui partus ab Hebræis pro Messia agnitus fuit Philip. Camer. *in hor. succis. part.* 3. *cap.* 8. describit in Italia degentem aliquando Judæum gloriantem se ex tribu Judæ natum, qui à Judæis magnificè habitus, fraus verò mox dejecta fuerit, Germaniam quoque Judæus paucos ante annos peragravit, qui se modo Messiam, modo **gemeiner Judischheit Regierern** appellitavit, contra quem, ne turbas moveret in imperio,

perio, decreta fuiſſe, in Camerâ, † mandata ſine clauſula atteſtatur, An-
dreas Gylman. *tom.2.in deciſ.camer. in verbo Judæus, pag.*163. Major hypo- 15
criſis & aſtutia Diaboli apparet in partu admodum prodigioſo & inaudito
illo anno 1549. in Oriente nato, cujus relationem, quia rara eſt hic tranſcri-
bere volui.

Zuwiſſen wie vns den Kauffleuten zu Rodies/durch vnſere Kundſchaff-
ter/zu kundt gethan iſt / daß in dieſem Theil oder gegend nahe vmb Babyloniam
† in einen Flecken Carthora genandt/liegendt vnter dem Gebirchte der Statt 16
Schiettin/daſelbſt iſt von einem vngeſtalten Weibsbildt mit Nahmen Arlo-
ſa/ein Knäblein geboren / diß Kind hat zu handt nach der Geburt geredet/wie
dannoch ſeine Stimme iſt gantz heyſerich / von Angeſicht erſchrecklicher Ge-
ſtalt/hat ſchlöfferige Adern / klare Augen / wie ein Lucern / Es haben vns auch
hie vnſere Kundſchaffter berichtet / wie etliche auß jhnen das Kindt ſelbſt geſe-
hen/iſt etwan ein Monat alt / vnd redete Prophetiſche Dinge / ſchreibet vnnd
ſpricht/ Ich bin ein Sohn Gottes / in welchem beſchloſſen iſt alle Weißheit der
gantzen Welt/ſey auch ſehr eines vngeſtalten Leibes / doch am Tage ſeiner Ge-
burt ſcheinbarlicher Geſtalt geſehen worden / thut viel Zeichen in ſeiner Kind-
heit / Es iſt auch die Nacht darein er geboren klar vnnd hell wie der Tag gewe-
ſen / bald aber widerumb verwandelt worden / die Sonne hat in Babilonia
länger dann in einem Monat nicht jhren Schein gehabt / wie ſolches in allen
vmbliegenden Stätten iſt geſehen worden / Ob dem Hauß aber / darin das
Kindt geboren/ iſt ein Haffen mit Fewer geſehen worden/ welcher gebrandt hat
gantz Blutfarb / biß in die zehende Stunde/da hat ſich das Fewer verkehrt vnd
zertheilet / vnnd iſt wider hell am Himmel worden / auch hat es vom Himmel
Stein geregnet / welche groſſen Schein vnd Glantz die Nacht biß an den Tag
geben haben/ Es ſein auch Fewrige Schlangen in der Lufft geflogen / vnd mit
groſſem Vngeſtümb gefahren/vmb welches alles der Knab beſprochen iſt wor-
den/was ſolches bedeute / hat er geantwortet/vnd geſaget / Ich bin Gott / vnnd
will alle die ſo es nicht gläuben / verdammen / Es iſt auch der groſſe Berg zu
Babilonia in zwey Theil geriſſen/vnd mitten in der Spaltung des Bergs / iſt
ein Seul/ halb Weiß/ vnd halb Roſinfarb gefunden worden / darinnen Latei-
niſche Buchſtaben geweſt alſo lautende. Tempus nativitatis meæ apparuit, &
à ſeculo dividor. Solches alles haben vns vnſere Kundtſchafftere berichtet/
auch ſelbſt die Schrifft geſehen vnd geleſen / der Knabe thut viel vnd groſſe Zei-
chen/heilet allerley Kranckheit/machet die Todten wider lebendig/wird von vie-
len vor Gott geehret / vnnd angebetet welche an jhn nicht gläuben/die tödtet er/
vnd macht ſie hernach widerumb lebendig/alsdann glauben ſie an jhn / Er ver-
ſtehet allerley Schrifft in der Welt/ vnnd legt ſie auch auß / Auch iſt zu der Zeit
ſeiner Geburth / ein ſehr erſchröckliche Stimme gehöret worden/ nemlich / Ich
ſchicke euch meinen Sohn anzunehmen / welche Stim̃ viel Menſchen erſchre-

ckef haben: Hanc relationem transcripserunt mercatores ex Insula Rhodis Romam, & Venetias typis expressam in Germanico idiomate Augustæ Vindelicorum, Anno 1550. vide Johannem Wolff. *tom. 2. lect. memor. pag. 393.* perinde Latino sermone hanc historiam, quam verissimam esse putat, recensentem, matrem pueri, Rachienam, appellitantem, &c. Precor autem, ne Lector propter digressiones fiat molestus; sed ad rem. Cæterùm dubium non est, quin in imposturas ejusmodi, utpote causam confusionis, motusq; in Republica, omninò inquirendum, impostores quæstionibus subjugandi sint, cum asseclis & consortibus, execror, ait Oedip. Tiran. *in Sophocle, p. 133.* mali authorem, sive is unus sit, sive à pluribus adjutus, nec remedium consequeris, & levationem mali, nisi maturè investigâris, habens aliqua indicia. Idem Sophoc. *in Oed. Tirann. pag. (mihi) 132. & pag. 127. ibi*: ex uno multa possunt investigari, juxta illud Gallorum: *Tout vient à poinct, qui pout attendre*, nam mala multa sunt ex eodem principio. Idem in Antigon. *pag. 179.* homine pravo, quo nihil est atrocius, non curans honestum propter audaciam, *pag. 198.* & turpem quæstum 196. prout Egesipp. 1. *cap. 12. de Pharisæis*, scribens, ait, eos per hypocriticam pietatem, defuncto Alexandro, Judææ præfecto sibi sumpsisse administrationem atque jura regni, interea execrandas cruentasq; clades & cædes patrantes, & occidentes Diogenem, & quoscunq; viros bonos,
17 & præstantes, tyrannicæ † Pharisæorum potestati nonnihil contradicentes, Josephus 1. *de bell. Jud. cap. 4.* longè deteriorum sacerdotibus Ethnicis, quibus indignum erat, tangere mortuum, Gell. 10. *c.* 15. non dicam manus sanguine inquinare humano, homines occidere, Liv. 3. *decad.* 10. Richardus Angliæ Rex, quando Episcopum Bellovacensem, qui contra exercitum suum, milites duxerat, acie captum teneret, eumq; uti filium suum Papa dimitti juberet, Romam misit arma, quæ Episcopus in acie gestarat, petiitq; considerari, an hæc esset tunica filii, anne filii Papæ talem gestarent amictum? Itelinsh. *in Chron. Richardi*, & scriptum reliquit Diodor. *Sic. 6. c. 10.* Eusebium sacra administrasse & duxisse exercitus. Sic Leo IX. miles fuit & captus ab Umfredo Comite Apuliæ, Innocentius II. à Duce Guilihelmo Calabriæ Principe cum Cardinalibus aliquot, nec non Agriensis Veradiensisq; Episcopi, in prælio capti periêre, uti Julius II. Papa parùm feliciter militavit, Arnold. II. Ferron. *lib. 4. de reb. gest.* Ludov. XII. juxta politicorum effata communia: Daß Pfaffen Kriege gar selten gerathen / vnd ein guten Außschlag niemaln gewinnen / vix nunquam Ecclesiasticis bene cessére bella vel arma propria, à quibus omnimodo Laicos avertere debebãt, Henning. Arnis. *de subj. & exempt. cler. cap. 1. pag. (mihi)* 17. hic Papa Gallis maximè molestus, nominavit eos, passim micturi vinos, quasi immodicos potatores vini, quod mox emittendum esset, quo vitio ipse laboravit servorum servus, referente Ferrono *d. loc.*
18 Pogg. Florent. † *in lib. de miser. hum. condit. lib. 1.* Johan. Wolff. *in præfat. lect. memor.*

memor. Epist. dedicat. ait: Ephraim Syrum prædixisse, Anti-Christum, ut omnes fallere posset, servum servorum se appellaturum, simulaturum sanctitatem, quam non habeat, nec habere cupiat, vide Sixt. Senens. *in Bibl. S. lib. 5. annot.* 127. ubi ait: in comparatione duorum malorum, levius esse, peccare apertè, quàm simulare & fingere sanctitatem, Thom. *in 2. quæst. quæst.* 111. Simulationem vocat peccatum mortale, Hieron. *in Esa. cap.* 16. accipit, Thomę Aquinatis sententiam de ea sanctitate ficta, ubi simulator nec sanctitatem habet, nec habere eam desiderat, quod flagitium Sodomia detestabilius esse evincit, Sixt. Senens. *d. loc. & in Thren. Jerem. annot.* 139. *ibi*: hypocrisis crimen longè majus est peccato Sodomorum, & Petr. Berexas *in cap.* 30. *q.* 1. quem citat Wolff. *tom. 2. lect. mem. pag.* 970. Magna est, *inquit*, Paparum seu temeritas, seu fatuitas, quod se vocant servos servorum, & opinantur, neminem esse, qui intelligat hunc fucum, verè enim futilis est protestatio & contraria facto. Quis enim non videt, quàm sit inconveniens absurdum, appellare se servum servorum, & interim dominari, imperare Imperatoribus, nullius judicio subesse, calcare pedibus reges, distribuere regna, & humeris portari servorum, &c.

CAPUT LV.

DE INDICIIS, QVÆ EX PRODIGALITATE ET decoctione bonorum descendunt.

SUMMARIA.

1. *Prodigus in jure furioso comparatur.*
2. *A prodigo quà prodigo indicia nulla descendunt.*
3. *Prodigus delinquens nō consequitur veniam, uti furiosus.*
4. *Prodigus is est revera, cui sententia & decreto judicis bonorum administratio est adempta.*
5. *Fractor pacis publicæ ante sententiam banni pro hoste Imperii haberi non poteit.*
6. *Quæ delicta pœnam ipso jure imponunt & irrogant, ubivis requirunt sententiam declaratoriam judicis.*
7. *In criminibus notoriis tamen id solet limitari.*
8. *Qui notoriè turbat pacem imperii, vi armatâ poteſt repelli, non secus ac si in bannum jam declaratus esset.*
9. *Prodigus ad mores saniores rediens sine sententiâ judicis recuperat administrationem bonorum.*
10. *Decoctores bonorum exosi sunt, & similes publicis prædonibus & furibus.*
11. *Locus Ciceronis de decoctoribus citatur.*
12. *Decoctio indicium quæstioni facit concurrentibus indiciis.*
13. *Quicquid est causa causæ est quoque causa causati.*
14. *Refertur famosa solemnitas cessionis bonorum.*
15. *Invectiva Baldi in decoctores.*
16. *Historia de decoctore ex Benev. de Strach. recitatur.*
17. *Diluuntur aliquot argumenta in quæstione, an decoctores in genere sint infames?*
16. *Infelix paupertas homines ridiculos facit.*
19. *Differunt vilem & infamem esse.*
20. *Quales proprio vitio decoxisse dicantur.*

 Prodi-

1 PRodigus † quia in jure furioso comparatur, Bart. *in l.1. ff. de hom. poss. inf. vel furt. del. & l.* Marcell. *ff. de fidejuss.* Certè quæ suprà de indiciis contra furiosos statuimus, huc pari ratione referenda & collocanda esse nemo non videt? Etenim par causa, paria desiderat jura, Eberh. *in top. in loc. à pari.* tantum
2 verò abest, ut à prodigo, † quà prodigo, indicia petantur, qui fati infelicitate satis superq; laborat, clementiâ & commiseratione humanâ potius dignus, adeò ut prodigus delinquens omittendo, ut loquuntur, vel quia non vindicavit necem defuncti, vel mulier prodiga non petiit tutores, filiis impuberibus, pœnam vel mulctam non sentire vel luere debeat, *l. Fulcinus*, §. *adeò, ff. ex quibus caus. in poss. ead.* Cui simile est, quod scribit Bald. *in l.* 1. *Cod. de bon. matern.* patrem scilicet utpote tutorē vel potius administratorem legitimum bonorum liberorum, in quibus usumfructum habet, siquidem malè administret ea, nempe dilapidando res liberorum, removendum esse, eiq; adimendam administrationem, quod secus apparet, quoties in omittendo saltē eum prævaricari & peccare proponitur, *br. in l.* 1. *C. de bon. maternis & in l. Impera-*
3 *tor, ff. ad SCtum Trebell.* neq; verò in hoc conveniunt prodigus † & furiosus, si de delicto commisso quæratur, quanquam enim furiosus veniam consequatur, suprà *cap.* 28. id tamen de prodigo aliter constitutum apparet, qui delicti res æquè ac sanæ mentis compos, puniri debet Bald. *in l. furiosum, C. qui test. fac. poss.*

4 Hactenus autem vera sunt ejusmodi, modo prodigo † bonis interdictum fuerit, Cujat. *in l.* 181. *ff. qui test. facer. poss.* neq; enim actus prodigalitatis, licèt manifesti & notorii sint, quem revera prodigum esse faciunt, sed sententia & decretum judicis, constituto subinde bonis prodigi procuratore, *l.* 6. *ff.*
5 *de verb. obl.* Verbi gratia: bannum † imperii incurrit ipso jure, is, qui pacem publicam notoriè fregit, *ordin.* Camer. *tit.* 9. §. 2. Non inde sequitur, ergo non opus sententiâ judicis, adeò ut sententiâ nondum publicatâ reus offendi atq; pro hoste imperii jure haberi queat, *l. ejus qui ff. de jur. fisci*, Hyppol. *ad l. Cornel. de fals. num.* 24. Gail. 2. *de pp. cap.* 3. Sic quanquam vectigal haud solvens perdat dominium rerum ipso jure, *l. commissa, ff. de pub. & vectig.* non tamen confestim possessione privandus est, rerum dominus, quæ in commessum ceciderunt, scilicet qui nonnihil movere poterat, cui res ei relinquantur potius, quàm ut eas perdat, Bart. *in d. l commissa unde Grammat. decis.* 15 *num.* 8.
6 dicit omnia mundi jura disponentia propter aliquod delictum † pœnam ipso jure imponi, explicanda sic esse, modò sententia subsequatur declaratoria, alias enim deesset juris executio, quam præcedere sententia debet, sic nec vasallus, vel Empsiteuta privantur possessione, vel usu fructu, sine sententiâ judicis, Specul. *de emphit.* §. *aliqua n.* 6. Borcholt. *de feud. c.* 1, *per tot.* quod ali-
7 qui limitant, † ut cùm vasallus in notorio rebellionis actu persistat, Gail. 2. *d. pp. cap.* 3. quia propter delicti enormitatem juris solemnitates remittuntur,

cap. 1.

cap. 1. *de homicid. in* 6. Hippol. *ad l.* 1. *ff. ad l. Cornel. de ficariis, num.* 51. *&c.*

Quod ipsum in causa fractæ pacis † publicæ dummodo, coadjunatis 8
hominibus, aliquis per imperium discurrat, subditisq; vim & injuriam inferat, meritò etiam obtinet, propter rationem multo fortius, magisq; stringentem, adeò ut dubium non sit, quin sententiâ Cameræ haud præexistente, grassatores publici, igni, ferro atq; sic vi armata repelli, & si fieri potest, de medio tolli possint, ut mortem, quam minabantur, malumque, quod aliis intendebant, ipsimet excipiant, *l.* 2. *C. quæst. sine jud. se vind. lic.* Sic prodigus † ad mo- 9
res sanos revertens quoque recipit administrationem bonorum sine sententiâ judicis declaratoriâ, Bald. *decis.* 62.

Verùm quæ de prodigo hactenus, non tam conveniunt quæstioni propositæ, quàm dilapidatio & decoctio turpis, & viro bono indigna, vitaq; dissoluta, & effenis, quæ juxta Philosophos in morabilibus, prodigalitas dicitur & excessus est temperantiæ, in usu juris verò, id quod illis prodigalitas, dilapidatio & decoctio est, quæ non nisi impropriè dici potest prodigalitas, neq; enim à decoctore ad prodigum jure infertur, licèt à decoctore † ad fraudato- 10
rem rectè argumentari liceat, Benev. Strach. *de merc. pag.* 289. ubi prolixè disputat, statuitque non secus contra decoctores † quàm grassatores & prædo- 11
nes publicos inquirendum esse, unde Cicero † Philipp. II. tenes ne memo- 12
riâ? prætextatum te decoxisse patris, inquies, ista culpa est, concedo, etenim pietatis est plena defensio, illud tamen audaciæ tuæ, quòd sedisti in duodecim ordinibus, cum esset lege Roscia decoctoribus certus locus constitutus, quãvis quis fortunæ vitio non suo decoxisset, unde liquet quàm grande nefas dixerit antiquitas decoctiones citra culpam quoque hominis contractas, ut idcirco dubium non sit, quin decoctio † vel dilapidatio bonorum, indicium 13
delictorum producat, Benev. de Strach. *d. loc.* cùm decoctio quoq; infamiam præ se ferat, Bald. *consil.* 400. Menoch. 1. *arb. qq. quæst.* 90. *num.* 18. infamia verò quæstioni indicium parit per suprà deducta. Ergò & decoctio, quicquid enim est causa causæ, est quoque causa causati, *l. manumissiones ubi*: Bald. *ff. de just. & jur.* Eberh. *in top. in loc. à minori, num.* 6. *ibi*: illud, quod reperitur in secundâ causâ, multo fortiùs, etiam reperitur in primâ, nimirum, quia omne jus potêtius est in causâ quàm in causato, & quicquid est causa causæ, est causa causati, hæc Eberh. *d. loc.* hinc famosus † ille solennisq; ritus, quo mediante 14
decoctores bonis cedere tenebantur, M. Brun. *in tr. de ceß. bon. in princip.* qui refert, quod in Italia decoctor stare cogatur in loco publico nudus, atq; posteriora ter ad lapidem vel columnam affricare, vel ut ibidem loquitur, percutere semetipsum, clamando, cedo bonis, Cynus *in l.* 1. *C. de ceß. bon. ait*: Romæ decoctorem oportuisse leonem marmoreum in scalis capitolii ascendere, & ibidem nates repercutere dicens: cedo bonis, &c. Salic. *d. l.* 1. refert, campana pulsata, & cum tubis eductos fuisse decoctores, ad sedendum super lapi-
dem,

dem, depositis sarrabulis dicens: cedo bonis. Hostiens. *in summa ejusd. tit.* scribit, quibusdam in locis usitatum fuisse, ut cedens bonis, bassatis brachiis in curia ter podicem quadam tegula percutiat, dicendo qualibet vice, cedo bonis, &c. Verba sunt authoris, quæ etiam citat, Matth. Brun. *d. loc.* quapro-
15 pter, Bald. *d. con.* 400. *vol.* 5. in decoctores † invehitur hisce verbis: falliti sunt infames, & infamissimi & more antiquissimæ legis debebant tradi creditoribus dilaniandi, *gloss. in l.* 1. *in fine, C. qui bon. ced. poss.* Gell. *lib.* 20. *noct. att c.* 1. carcere, ait, mancipabantur decoctores & compedibus quindecim ponderis vinciebantur, &c. adeò, ut qui propter dolum suum non videantur beneficium cessionis habere, quod est subsidium miserorum, sed non præsidium dolosorum, *arg. l.* 2. §. 3. *ff. ad SCtum Vellej.* Quinimò faciles ad mentiendum & colludendum, & à communiter accidentibus falliti sunt deceptores & fraudatores, præsumiturque omnibus inesse, quod omnibus est commune, nec excusantur ob adversam fortunam: ubi sic argumentatur, decoctor, ergo fraudator, sic enim lex vocat eos, unde edictum fraudatorium, Bald. *d. loc.* Sed
16 audi Benev. de Strach. † *in tr. de decoct. pag.* 291. quid ex facto, elapsis annis, cuidam Genuensi, qui se falsò non solvendo esse asseveraverat, & foro cesserat, evenerit, is enim eum in bona atque magna pecuniarum summa debitor Grysogoni esset, & satisfacere semel atq; iterum requisitus recusasset, in secessu blandis verbis eum deduxit Grysogonus dispositis prius ibidem clanculùm armatis hominibus, tum in collum invasit Grysogonus, collareque ex nucleo ferri, seu chalybe, quibusdam aculeis, mirâ germanorum arte, elaboratum atq; confectum, immisit, commonefactumq; nullâ vi seu arte aperiri per alium, infringiq; posse, & ei exilium imminere, si dicto in loco pecuniam debitam non transmitteret, eum dereliquit, ostensâ prius clave, miro artificio confecta, at miser Ligur sentiens, se aculeis pungi, & stare cùm semper cogeretur, nec remedium vitæ ullum haberet debitam pecuniam Grysogono creditori transmisit, petens clavem, & orans aperiendi collare arcanum, quod creditor acceptâ pecuniâ, efficit, in quâ facti specie Ligur sua fallacia dignus, ut in eum animadverteretur in exemplum, ne quis alius postea talia facere moliatur, &c. *Hactenus ille.* Sed diximus suprà infames esse decoctores, cui sententiæ refragari videtur, *l. debitores, C. ex quib. caus. infam. irrog.*
17 ubi Imperator ait, eos, qui bonis † cesserunt, licèt eâ causâ bona eorum venerint, infames non esse. Resp. Quod lex citata de decoctoribus, qui fati calamitate lapsi sunt, facultatibus, propriè loquatur, quam responsionem suggerit, *l.* 1. *ff de his, qui not. infam. ibi:* qui dolo malo & fraude, suo nomine damnatus, pactúsve est: Ergò qui ita non pepigit, sed fortunæ inclementiâ bona perdidit, in numero infamium non est, Menoch. *d. loc. num.* 19. cùm contrariorum contraria sit ratio, jurisq; dispositio, *princ. Inst. de his, qui sunt sui vel alien. jur.* Benev. de Strach. *in tract. de mercat.* prolixè hæc examinat, *pag.*
(mihi)

(*mihi*) 297. neque etiam locus Ciceronis suprà citatus *ex Philip.* 2. hîc obstat, quòd enim fortunæ vitio decoctor factus non admittatur inter viros graviores purpuratos & prætextatos, ratio est, quòd decoctor hujusmodi vilis censeatur, facit enim infelix † paupertas homines ridiculos, quod durissimum 18
est, differunt verò vilem & infamem esse, procuratoris officium dicitur vile, at † non infame. Porrò non fortunæ, sed proprio vitio † decoxisse dicuntur, 19
qui sumptuosis epulis bona sua consumunt, & fortunas abliguriunt, qui luxu 20
vel ludo merces perdiderunt, *auth. alearum lusus, C. de relig.* vel meretricum delinimentis corrupti ad inopiam vergerunt, *l,* 1. *C. donat. lib.* Bald. *in l.* 1. *qui bon. ced. poss.* Benev. de Strach. *de decoct. p.* 2. *num.* 2. unde illud Plaut. meretrix meum herum intulit in pauperiem, privavit bonis, luce, honore, amicis, &c. *vide de hoc indic. suprà cap.* 26. ubi demonstratur vix esse, quin decoctor bonorum in quævis confestim prolabatur flagitia, vide Epistolas Guevaræ *german. pag. mihi* 163. *ibi:* Ein verschwender deß Guts ist eben so sträfflich/als ein Dieb/ & Ferron. *lib.* 6 *pag. mihi* 142. *ibi:* Antonius Mogalus Rhodius, familia non ignobili, vario homo ingenio. Is cùm delectaretur magnificis apparatibus, vitæq; cultu cum elegantia & copia, patrimonium paucis annis devoravit. Redactum se ad penuriam videns, homo omnium nequissimus, nihil humile agitabat, is cui nihil unquam nefas fuit, nec in facinore, nec in audacia. Meditabatur verò ut prius patrimonii, ita patriæ ruinam: neque ita se paravit, ut spes nulla reliqua in se ipso sibi esset, & consilium cum re amisisse diceretur: Quidvis perpeti & patrare, quàm squalidus Rhodi, cùm bona abliguriisset, maluit. Is cùm indignus esset Rhodo, fallax & levis, & ad assentationem eruditus, in regiam Mahometis Constantinopolim pervenit: ac licet anteà ignotus, suis tamen artibus id assecutus est brevi, ut in Mahometis familiaritatem penitus intraret, cùm eum acueret ad Rhodum debellandam. Attuleratis secum Rhodiæ urbis descriptionem, portis, propugnaculis, munitionibus, arcibus, portubus, vicinis locis ita aptè descriptis repræsentare, ut urbis faciem facilè videretur. Idem quà mari pervadendum, quò exponendæ copiæ, qua parte propugnacula mœniaq; sternenda essent, ita acutè differebat oblatus, ut divina virgula ad antea meditatam oppugnationem videretur. Pellexerat is in eandem patriæ perniciem unum, cui vana spe animos inflarat, quasi orto familia Palæologorum, & Euboicum Demetrium & Saphonium, qui quasi magorum vanitati deditus malè passim audiebat. Expectabat verò Antonius, Rhodo victa, urbis præfecturam. *Hæc ille.* Adde quod decoctor tantis prægravatus indiciis, non immeritò pro bannito habeatur, æquiusq; occidatur impunè, quàm bannitus vide Menoch. 1. *de arb. jud. quæst.* 90. *num.* 13.

CAPUT LVI.

DE INDICIIS, QUÆ EX IMPERITIA ARTIS, quam quis temerè profitetur, emergunt.

SUMMARIA.

1. *Imperitia culpa est.*
2. *Medici imperitia puniatur.*
3. *Medici dolo hominem occidentes ordinariis pœnis tenentur.*
4. *Medicus asserens se mederi posse, cùm tamen perfectè non calleat, medicinam ex dolo conveniri potest.*
5. *Ars & peritia quomodo distinguatur?*
6. *Usus facit artifices.*
7. *Perelegans locus Hottomanni.*
8. *Scientia juris non est propter scire tantùm, sed propter operari.*
9. *Removendi sunt advocati indocti, qui causas agere gestiunt, cùm antea non perfectè jura didicêre.*
10. *Asini auriti, superbi & indocti leguleî, verba fundunt, ut capra stercora.*
11. *De speculativis & subtilibus nihil capit indoctus asinus.*
12. *Advocati juniores solent superbire, ut tyranni per tyrannidem, vulpes malitiam, asini per ignaviam.*
13. *Notarius imperitus & indoctus non exauctorandus est.*
14. *Locus Baldi de imperitiâ notariorum.*
15. *Quæ requirantur in eo, qui juxta artificium suum deponere & testari tenentur.*
16. *Depositio artificum enervatur depositione artificum excellentiorum.*
17. *Sententia ex præsumptionibus lata, retractari potest, etiam exclusâ appellatione.*
18. *Excellentiores non vulgares artifices consequuntur veniam delictorum.*
19. *Tiberius insignem artificem occidi jussit.*
20. *Rustici habent beneficia minorum.*
21. *Recensentur exempla clericorum magnatum insigniter indoctorum.*
22. *Locus de statu Ecclesiæ.*
23. *Lepidæ historiæ de inscientiâ monachorum referuntur.*
24. *Hieronymus appellavit suo seculo monachos asinos bipedes.*

1 IMperitiam culpæ † speciem esse tradit, *l. 7. §. 8. & l. 8. ff. ad l. Aquil.* nemo
enim affectare debet id, quod præstare vel efficere non potest, *l. culpa, ff. de*
2 *R. J.* Proinde *const. crim. Car. V. art.* 134. cavetur, ut, qui medicus † per im-
3 peritiam ægrotum occiderit, extra ordinē puniatur, *d. l.* 7. §. 8. sin dolo † & im-
peritiâ curam sibi sumpserit, ordinariis ll. pœnis coërceatur, ubi cautè sub
textu habentur & hæc verba. Es soll bey diesem Fall allermeist Achtung gege-
ben werden/ auff leichtfertige Leut/ die sich Artzney unterstehen/ und die mit kei-
nem Grundt gelernet haben/ etc. Unde non obscurè infertur, sic ut quando-
cunque formârint indicia generalia, ut fama, levitas, vita & quæ alia, imperi-
tiam allegatam, & evidentem inde ad dolum & affectum nocendi, grassandi-
que in humana corpora non secus, uti Ajax per arrogantiam demens factus,
in gregem hircorum debacchabatur, qua de re Sophocles in Ajace in princ.
probabiliter inferatur, *argum. d. const. art.* 34. *l. 11. §. 2. ff. de pœn.* hinc Peck. *in*
4 *reg. jur. can. pag.* 72. medicum adserentem, † se experientiam medendi ha-
bere, quam non habet, adserit, ex dolo conveniendum esse, apud Memphites
mortuo

mortuo ægroto, & medicum occisum fuisse refert Diod.Sic. *l. 2. c.* 3.Schopp.
*ad mores Paris.tit.*8.*num.*10. Si medicus servum imperitè secuerit vel ex loca-
to vel l. Aquilia eum teneri,ait JCtus *in l. 7. C. ad. l. Aquil.* Porrò si medica-
mento perperam usus fuerit, sed & qui bene secuerit & dereliquit curatio-
nem,securus non erit, sed culpæ reus intelligitur, *l.8.ff.eod.*adeò ut hæc con-
clusio nedum in medico, sed quovis alio artifice indocto & imperito locum
habeat, nempe qui ab impostura, præsumptave nocendi libidine parùm vel
nihil abesse, etiam videatur. Pulcrè Peccius *d.loc.* Cùm parium idem sit indi-
cium, jus, & dispositio, pernotissima. Et quia inertia, ruditas, & inscitia, ab
imperitia, sic ars † quoq; à peritia suo modo distat, unde inferri non debet 5
ad indicia formanda, de quibus hìc quæstio est, quapropter si arte præditus
non nihil inchoavit, quæ ad effectum perducere non valuit, propter expe-
rientiam quam habeat,excusabitur,quod si aliud diceremus,nemo facilè sub-
ibit experimentum,juxta illud Ovidii:

Artifices solus, qui facit,usus erit.

Quapropter Pinell. *in l. 2. de rescind. emt. vend.* ego (*inquit*) post lon-
gam † legendi professionem,postque diligentissimam in foro versatam ope- 6
ram,in hac sum sententia, theoriam sine praxi nihil efficere, praxinque sine
theoriâ maximè periculosam & mancam esse, quod Lutherus, quasi legisset
Pinellum,refert in colloquio mensæ, *pag.*(*mihi*)500. & notabile est dictum
Hottomanni † *c.* 34. *§.*3. *lib.* 2. *Feudor.* Miserior *ait*, eorum conditio est,qui 7
suam ætatem in barbaris contentionibus,ac potius quisquiliis cognoscendis
consumunt, & gravissimè Natta *consil.* 1. *tom.* 1. Nostra scientia juris † non 8
est propter scire tantùm, sed propter operari, Wilhelm. Antonii *in epilog.
tract.de rescript morator.num.*30. *ad fin.* Vent. de Valent. *in part.litig.*2.*cap.*7.
ubi taxat indoctos advocatos, † qui practicari gestiunt, cùm antea non didi- 9
cerint vim juris, ut Dond.loquitur 1.*com.* 1. *ibi:* qui vim juris non intelligunt,
eam perniciosam reipub. esse arbitrantur, &c. neque intellectum legum, pri-
mis,quod dicitur labris, degustaverint, quos asinos auritos † appellat Bart. 10
& verba fundere eos, dicit, in magna copia, ut capra stercora, qui allegant ll.
quas non intelligunt ex reportoriis, locisque communibus doctorum, fieri
enim per rerum naturam haud potest,ut ait Angel.*consil.*259.*col pen.*quòd in-
capaces aures capiant ea,quæ sunt de juris apicibus, quoniam de subtilibus † 11
& speculatis non gustet asinus, quanquam haud novum sit, sed inveteratum
prorsus advocatos, sive etiam doctores novos † haud peritos nec exercita- 12
tos superbire, ut tyrannos per tyrannidem, asinos per ignaviam, & vulpes
per malitiam,Bald.*in c. licet de elect.* Joan. Neviz. *in sylv. nupt lib.* 5. *num.*44.
de notario † hoc statutum extat, quòd propter inscitiam grammatices non 13
privetur officio,imò ne instrumentum contra grammaticam scriptum,quem
errorem quoq; corrigere potest notarius, etiam publicatis attestationibus,

Bart. *in l.18. ff. de stat. hom. & consil.* 208. prout abrasio instrumento non nocet, siquidem notarius in subscriptione attestetur, se fecisse talem abrasionem vel additionem, vide infrà prolixè *part. 2. de indic.* falsi, de quorum imperitia Bald.
14 † *consil. 5. vol. 2.* conqueritur, dicens quòd notariorum imperitiâ mundus destruatur, & bonorum virorum causæ in pericula conjiciantur, Wilhelm. Antonii *de rescript. morat. conclus. 71. num. 17.* & refert Ang. *consil.* 250. quod cùm notarii nesciant, quod scribunt, testatorum voluntates, inde perverti, juxta tritum illud. Quod non est, fingunt, & quod est depravant, quorum felix scelus, virtus, adde quæ scribit Ripa *in l. 15. n. 83. ff. de sub. vulga.* Menoch. *consil. 62. vol. 1. & in cons. 37. vol. 1. n. 136.*

Tantum abest imperitis & inexperitis, in hisce, quæ magis experientia quàm præceptis artium fundantur, credendum argumento, *l. 1. ff. de ventr. inspic.* hinc est, quod quoties hoc passu recurri debeat ad testimonia, non sufficiant artifices vulgari, sed perfectiori esse scientia instructos, *l. 1. ubi dd. ff. de*
15 *decr. ab ord.* ubi evincitur, & peritiam artis, † & vitæ integritatem requiri in
16 eo, qui juxta peritiam † deponere tenentur, quia verò excellentiores perrarò sunt, qui deponunt, jure placuit, ut dictum à perito receptum, nunquam transeat in rē judicatam, quin si peritiores posteà contrarium asserant, depositio prima evacuetur, Joan. Andr. *in addit. ad Spec. in tit. de homicid. §. 1.* hinc Dom. And. *in c. proposuisti de probat.* ait, quòd sententia lata ex consilio dd. possit sine appellatione retractari, si consilium peritioris in contrarium reperiatur, Hyppol. de Marsil. *in repet. l. un. C. de rapt. virg. n. 145. & arguit l. 38. de*
17 *adult.* quòd sententia † ex præsumptionibus lata, debeat retractari exclusa appellatione, supervenienti probatione evidentiori, & probabiliori, unde Pet. Foller. *in pr. crim. p. 1. p. 2. in verb. dantur, nu. 49.* manifestum est (*ait*) juris sinistras suspiciones & conjecturas per alias benigniores elidi & declarari debere, Jason. *in l. 1. num. 10. C. com. de leg.* Bart. *in l. fin. Cod. de qq.* Wes. *in part. d. qq. num. 7.* Unde evincitur, quòd licèt judex quoque tulerit sententiam super depositione ejus, qui pro perito se ventilabat, eam possit ac debeat revocare propter adsertionem peritioris, non secus ac si sententiam super instrumentis falsis latam, tenetur rescindere & retractare, *l. falsam, C. si ex instr. l. fin. de re jud.* Gail. 2. *obs. 121. n. 17.*

18 Tantum abest, ut imperiti gaudeant prærogativis excellentium, † de quibus jure statutum constat quòd delictorum, si absq; scandalo fieri potest, veniam consequantur, consultato tamen & authore principe, *l. ad bestias, ubi dd. ff. de pœn.* Alex. *consil. 19. lib. 7.* mirari verò se, ait Tiraquell. *de pœn. cau-*
19 *sa 50. num. 2.* Tiberium, † artificem, sibi pateram vitream offerentem eo artificio elaboratam, ut vitrum flexile esset, à quo, cum sciscitaretur, unde didicisset artem, & an alium quempiam docuisset eam, respondentem illum, quod sine authore & magistro didicisset, neminemque docuisset artem, confestim

festim interimi jussisse, ne æris, argenti, auri, metalli, quibus Cæsar abunda-
bat, precia detraherentur, refert Plin. *lib. 36. c. 26.* quem etiam refert Tiraq.
d.loc. Porrò absit imperitos artis, quam profitentur privilegiis gaudere, qui-
bus munitæ sunt personæ imperitæ, simplices & rudes cùm à diversis non
inferatur, vide Joan. Baptist. Bov. *in tr. de stat. urb. præscript. p. 3.* ubi adserit, ru-
sticis † competere privilegia minorum, quoad beneficium restitutionis in 20
integrum. *d. pag. 37.* nec non privilegia mulierum, *pag. 52.* dicens, quòd rusti-
cus habeat fundatam ignorantiæ intentionem, citiusq; læso illi, quàm mulie-
ri, vel minori succurratur, *gloss. 19. num. 44. & seqq.* Deniq; absit, fratres igno-
rantiæ stolidos, ignarosq; monachos, inde quod merâ simplicitate laborare
dicuntur, prærogativas ejusmodi jure allegare posse, Bov. *d. loc.* & sanè, ecquis
inscitiam hanc fictam vel veram desidiam & torporem privilegiis dotandum
existimabit? *vide cap. 41. suprà.* Deridet stoliditatem Cæsarum, pictoribus ju-
ra immunitatum concedentium, Gœdd *in l. 69 in fin. ff. de V. S.* quisnam mor-
talium magis magisq; prærogativas illuserit inscitiæ tributas? Rebuff. *in tr.
concord. in proœm.* ubi privilegia clericorum immensa Cæsarum deliramenta
appellat, quorum inscitia crassa admodum visi obnubilasset Concilium Tri-
dentinum: nunquam tot tantæq; errorum tenebræ invaluissent, quas subin-
telligentes Reges Europæi, Concilium pauci & rari sine protestatione sub-
scribere voluêre, ubi omnia ad merum Paparum arbitrium, ex præscripto
Concilii juxtà celebrati, Romæ, actitata & conclusa post annos exactos 18.
quousque Concilium illud Papale & coactum non universale, & liberum du-
ravit, vicissim in dubium vocata; à Papa quoque procul dubio magna ex par-
te revocata, nisi si moneta id masculè impediisset, vide Petr. de Suav. *in histor.
Concil. Trident. cap. penult. & ult.* Sed ut seria jocis misceamus. Recensetur
Episcopum † Ottonem cognomine cuidam Prælato Clericum ad functio- 21
nem Ecclesiasticam commendâsse, hisce literis: Otto, Dei gratiâ, rogat ve-
stram Clementiam, ut velitis istum Clericum conducere àd vestrum Diaco-
num, quæ verba abbreviata Clericus quidam Episcopo prælegere jussus:
legit Otto, Dei Grãm, rogat vestram Clãm, ut velit istum clincum clan-
cum, convertere in vivum Diabolum. Sic Sueno Rex Norwegiæ, cùm
imperitum quendam sacerdotem promovisset, æmuli sacerdotis in formulâ
precationis, pro rege, ut Deus regem famulum suum protegeret, delerunt
primam syllabam in famulo, & recitavit presbyter, ut mulum suum protegat
Deus, unde Rex & presbyter ludibrio facti, Joan. Wolff. 14. *lect. memor. pag.*
634. meminit Lutherus in Colloquiis mensæ, Monachi alicujus junioris, qui
cùm intellexisset confratres multum aberrare in pronunciatione Latinæ O-
rationis, quando enim vox sumpsi, vel sumpsimus, decantanda occurreret,
solitos eos cantare mumpsi vel mumpsimus, novicius ille, licèt inde redar-
gueret confratres, nihil tamen obtinere potuit, quin quod ipse junior, quo

gratiam confratrum retineret, contra conscientiam unà mumpsimus cane-
22 re coactus fuerit. Quò pertinet tritum † illud, in primitivâ Ecclesiâ floruit conscientia, in media scientia, nunc entia facti sunt clerici, stipites & statuæ. Proinde Menot concionator Gallicus, *pag.* 100. *col.* 2. sed numquid in Cameris sacerdotum reperietis? an expositionem Epistolarum aut Postillam super Evangelia? Non: Faceret eis malum in capite. Quid ergo? Unum arcum vel balistam, spatham, aut aliud genus armorum vel scortorum, Wolff. 2. *lect. me-*
23 *mor. pag.* 820. Recensetur in fano quodam Italiæ † stetisse statuam salvatoris antiquam, & ruinosam, cui vulgus pro more primitias frugum obtulit, cui tandem è regione opposita est S. Maria, statua nova & recens, quam conspiciens gens superstitiosa & novitatis avida, desiit dehinc offerre statuæ Salvatoris, sed quæ offerenda, S. Mariæ statuæ dedicare cœperunt, quapropter monachi illius templi miserentes statuæ neglectæ Salvatoris, hos versus insculpsêre juxta statuam obsoletam:

O Jesu vete, doleo nunc plurima de te
Nam Maria nova, tibi tollit flaxis & ova.

Refert refutator discursus Ungersdorff: Sacerdotem, qui recens promotus erat, cùm baptisma administraret, reperiretq; continuari contextum in libro, unde preces recitandæ erant, quia post folia tria, compilatoris negligentia transpositus erat contextus, atq; ubi mendæ erant, sacerdos antiquus notaverat hisce verbis: Salta per tria: novitius ignarus transpositionis, vel quid propriè inferrent verba illa; Descendit, & ter in area templi in gyrum salta-
24 vit, & dehinc, quo, potuit, modo, absolvit baptisma, hinc: D. Hieronym. † monachos, sacerdotesq; suo seculo, appellavit asinos bipedes, Dav. Maj. *in Jub. om. sanct. pag* 16. Porrò ex ipsis Pontificibus nonnullos indoctos extitisse testatur Alphon. à Cast. *lib.* 1. *cap.* 4. *de hæresibus Parisiis, anno* 1534. *excuso*, & Platina *in vita Pauli II.* Aurum hic Papa (*inquit*) diligebat, quia Venetus erat, tota die pensitare nummos, gemmas pretiosas, & uniones contrectare solebat, omnia officia tempore ejus venalia, & osor literarum erat, de quo scribit Wolff. 2. *lect. mem. pag* 915. quòd tantus fuerit hostis bonarum literarum, ut omnes earum cultores, vel studiosos vocaret hæreticos. Venetus, subdit, erat, at Venetos non dilexit. Lego apud quendam Venetias voluisse vendere Turcis, &c. Julius II. supplicationi sibi porrectæ deserens, subscripsit, fiatur, pro fiat, qui uti bellicosus, cùm à familiaribus inde reprehenderetur, respondit: An necessitas Petrum Clavigerum, & Paulum Ensiferum socios esse, & Romanæ Ecclesiæ protectores, Petri ignaviam antecessores nostri sæpè sunt experti, Paulus, quid possit, ego experiar: cumq; illi dicecerent, & Petrum Christus jussit, recondere gladium in vaginam, promptê respondit idem Julius Papa: Sic est sanè, *inquiens*, verum non prius, quàm Malchi auriculam Petrus amputasset, sic & nos feriemus prius, & post re-
conda-

condamus bellum, indubitata pax sequetur. Sed hæc obiter, & præter intentionem nobis exciderunt, tragicos prudentiores imitantibus, qui sæpenumerò, ne ob seria merè tractata auditor fiat molestus, interludio joci pleno solent condire scenas, & exhilarare spectatores.

CAPUT LVII.

DE INDICIIS, QVÆ EX TEMERITATE ET INGRESSIONE REI AD SE NON PERTINENTIS PROFICISCUNTUR.

SUMMARIA.

1. *Qui anxiè sollicitat pro reo dimittendo suspectus videtur.*
2. *In dolo est, qui gerit negotia deserta.*
3. *Culpa est immiscere se rei ad se non pertinenti.*
4. *Omni delicto, & culpa & dolus inest.*
5. *Homicidium sine culpa quid?*
6. *Notarius haud requisitus partibus serviens culpa non caret.*
7. *Notarius instrumentum immunitatis falsum scribens, igni cremandus est.*
8. *Operarii invito domino laborantes, nullâ mercede digni sunt.*
9. *Qui negotiorum gestor, prohibente domino, rem administratam, pensas perdit.*
10. *Testis se offerens testimonio, suspectus est.*
11. *Taxatur imperitia thrasonica.*
12. *Imperitia assessoris præjudicat judici.*
13. *Rustico falconi alterius carnem falsam comedendam dans, an teneatur lege Aquilia?*
14. *Plurima notatu digna de pueris ad gubernacula Ecclesiæ vel reipublicæ constitutis.*
15. *De artifice Car. V. lectũ flammis ustulante.*
16. *Incauta Conomonis imprudentia describitur.*
17. *Quâ occasione Alexander Magnus cœperit bella græcis inferre?*
18. *Conradus Regis Hispaniæ contra S. R. imperium describuntur.*
19. *Sententia Cardinalis Poli de extirpandis magnatibus.*
20. *Regibus innatum malum est, dominari velle super gentes alienas.*
21. *Mens potentiæ avida haud novit abstinere à vetitis.*
22. *Iustitia Arragonica quid.*
23. *Quâ occasione Hispanus regnum Neopolitanum & totam Hetruriam sibi subjugaverit?*
24. *Carolus V. conatus est Germaniam Regno Hispaniæ facere tributariam.*

SImile hoc indicium est proximè præcedenti, si quis enim affectat seq; ingerit rebus eis, quę ad se pertinere haud videntur, vel ubi quis, cui nihil interesse vulgò existimatur, se offert defensioni † reorum, sollicitéque urget 1
rei dimissionem, ne si quæstioni subjugatus, nominet socios forsan delicti, cujus ille nõ obscurè appareat conscius particepsq; delicti, indicium inde quoque quæstioni paratur, *l. 3. §. interdum, ff. de neg. gestis.* Ubi JCtus ait: nedum in culpa sed & in dolo † versari eum, qui gerit negotia deserta, *text. in const. crim.* 2
art. 39. ibi: So ein Verdächtiger/ dem se non mari in der Sache nicht viel guts vertrawet/ aber Parteilich vñ auff der thäter Seiten/ eher vorwissen des gefangenen Obrigkeit Vertrag vnd Schützung machet/ dieselbe einnimpt/ oder Bürge dar-

ge darüber wird/2c. Stabitur verò potiſſimum hoc indicium non tam per ſu-
ſpectam familiaritatem, anxiamq́; ſollicitudinem & curam, quam extraneus
vel peregrinus (quæ quidem circumſtantiæ conjunctim requiruntur) faceſ-
3 ſit, quàm per culpam, quâ ſeſe immiſcere † rei, ad ſe non pertinenti, inten-
dit, Bald. *in l. data opera, qui accuſ. non poſſ.* ubi in homines ejuſmodi inqui-
rendum eſſe dictitat, nec non declarat, utrum ex quavis culpâ judex poſſit in
delicta inquirere, adde Angel. *in tr. mal. in verſ. dolosè & in verſ. appenſ.* Ma-
rant. *p. 4. de ord. jud. in inf. diſt. num.* 58. *& ſeqq.* Marſ. *in l. 1. C. ad l. Cornel. de Si-*
4 *car.* Adde quod omni † delicto, non tam dolus, quàm culpa ineſſe jure dica-
tur, Viv. *deciſ.* 279. *lib.* 1. Arnold. de Reig. *in theſ. jur. pag* (*mihi*) 579 *num.* 9.
Unde homicidium aliud dolo, culpâ aliud, & ſine culpa quoddam vulgò com-
5 miſſum dicitur, qua de re infrà *de indic. in causâ homicidii.* Homicidium † ſi-
ne culpa dici ſolet caſu fortuito factum, quo in caſu reus caſum, qui raró aut
nunquam ſine culpa præcedente ſolet evenire, allegans, probare tenetur, ab-
fuiſſe caſu culpam, Hartm. Piſt. *lib* 1. *quæſt.* 18. *n.* 8. Maſcard. *d. probat. conc.* 172.
vol. 1. Seb. Med. *de caſ. fort. q.* 7. *p.* 2. *num.* 4. Kopp *quæſt.* 38. Gometz. 2. *var. re-*
ſol. 3. *num.* 27. Neque hic obſtat *d. conſtit.* parentheſi noſtræ, *ibi:* quæ quidem
circumſtantiæ, &c. ſcilicet quæ disjunctim quamlibet circumſtantiam indi-
cium facere adſerit, *ibi:* in beyder obbemelten Articulen/ſämptlich vnd ſonder-
lich/2c. Reſpondeo, quod à diverſis inferatur, hoc in loco de generalibus in-
diciis quæritur, & quouſq; eadem, quibuſq; adminiculis fulciantur, in con-
ſtitutione, *d. art.* 39. de longè ſeparatis iisq́; ſpecialibus ad quæſtionem pro-
poſitá de rapina & latrocinio indiciis, agitur, quod cuivis in propatulo eſt, nec
aliquem poteſt parere ſcrupulum. Sed inſtas: At cur ſpecialia hæc indicia al-
legantur hoc in capite, vice generalium indiciorum, cùm genus à ſpeciebus
ſuis formaliter diſcrepet, Eberh. *in top à gen. ad Sp.* Reſp. omnia illa indicia,
cap. 38. *&* 39. relata mera eſſe generalia, at cumprimis familiariora illi crimi-
num materiæ, tum quod indicia generalia cum ſpecialibus in tota illa compa-
ge conſtit. criminalium Caroli V. toties quoties & paſſim coacerventur con-
fundantur, uti multifariam eſt à nobis hincinde demonſtratum, &c.

6 Sic Notarius † qui ſe ingeſſit, & haud rogatus operam ſuam navavit
partibus, culpa non caret, uti is culpandus, mulctandusq́; eſt in caſu conver-
ſo, qui rogatus non inſervit parti, Joan. Plat. *in rubric. C. de tabell. lib.* 10. Ro-
man. *in ſing ſing.* 354. Cujac. *in l.* 15. *C. de decurion.* qui verò vel immunitatis in-
7 ſtrumentum, † ſive rogatus, ſive non rogatus conſcripſit, igni cremetur, *l.* 1.
C. de immunem ced. qui inſtrumentum ſcribit ſimulatum, manu amputetur, *c.*
imperialem, ubi Schenck Baro, Hottom. & Petr. de Rav. *§. ſcriba. de prohib.*
feudi alien. per Frid. qui uſurarium ſcribit contractum, infamiam incurrat,
Roman. *ſing.* 383.

8 Sic operarii † rei alienæ ſe immiſcentes, quia culpa non carent nullam
merce-

mercedem consequantur, ut puta, si vineam, vel fundum alterius, haud conducti ingrediuntur, & invito domino operari gestiunt, Bart. *in l. non solum, §. si mandato, ff. de injur.* §. 32. *in fine in. de R. D.* non secus ac scienter ædificanti in solo alieno, objici potest, culpa, quod temerè ædificaverit, *d.* §. 32. Sic qui negotiorum † gestor post prohibitionem domini amplius res administrare non 9
cessaverit, actionem, quam culpa excludit, impensarum non habet, *l. fin. C. de negot gest.* Sic testis, se offerens testimonio dicendo, non modò suspectus, sed si inde repulsus, actione injuriarum contra repellentem uti non potest, Petr. Pecc. *in reg. jur canonics, pag.* (*mihi*) 71. ratio decidendi est, ait idem, quia omnia suo loco atque ordine fieri convenit, ut concors illa rerum harmonia, quam toties in civitate exoptat Aristoteles, conservetur, quisquis igitur in statione vel loco suo non permanet, sed pro libidine, quod ad se non pertinet, attentare audet, & sic rei alienæ, citra legis adminiculum, sese immiscet, culpa carere non potest, turbato namque ordine facit, quod sua non interest. quanquam testis † sese offerentis depositio indicium quæstioni faciat, Farinac *lib.* 10
3 *tit.* 8 *quæst.* 79. vide infrà *cap.* 98. Sic qui attentat ea præstare arte sua, quam nescit, culpa non vacat juxta c. præcedens, ita enim vulgò accidit, ut pleriq;, cùm nihil didicerint, † credant se esse sapientes, quorum hominum natura 11
diversa est, ait Petr. Peck *d loc.* Alii talentum à Domino acceptum defodiunt, graviterq; peccant, quia ut luna, quod luminis accepit à sole, mundo refundit, ita donum à Deo acceptum, commodo aliorum est conferendum, alii ambitione pleni sunt, & quod non in omnibus excellunt, dolent, qui perinde faciunt, ac si quis molestè ferat, quod vinea non ferat ficos, quodq; arbores olivarum non ferant botros, alii deniq; omnium perniciosissimi, qui nihil sciunt, & multa profitentur. Hinc est quòd si medicam artem aut quam scientiam artem exercens per imperitiam peccavit, & quod suæ professionis non est, fecit, unde vel morti vel damno fenestra aperiatur, impunè culpam non ferat, & nō aliter quàm mulio, obstetrix, judex, assessor seu tutor ex imperitia tenebitur, *l.* 7. *& l* 8. *ff. ad L. Aquil.* Sic culpa non caret, qui cum honorem aliquem susciperet, opportunum dignumq; sese jactaverit, imò, qui commendavit hominem imperitum Si dehinc impar, & indignus numero reperiatur, Tiraquell *de nobilit. c.* 27. *in fine per l.* 27. § 9. *&* § *fin. ff. ad L. Aquil.* adeò ut imperitia † adsessoris quoq; non excuset judicem malè judicantem, Alber. de 12
Rosat. *in l si per imprudentiam ff. de evict.*

Porrò rusticus, qui falconi † alterius ex imperitiâ carnes falsas comedendas dederat, meritò fuit condemnatus, qua de re consilium singulare 13
Bartoli, quod exemplum quoq; Felin allegat. *in cap. tua, de homicid.* quia, *inquit*, falcones alere non debebat, qui ignorabat, quomodo illi erant tractandi. porrò falcones pueris † non committendos, uti nec pira aut poma iis in 14
custodiam tradenda, ait Rebuff. *in tr. concord.* 31. *pag.* 188. multò minùs Ecclesiarum gubernacula, juxta illud: Nn *Est*

Est puer & nondum discernere possumus utrum
Fœmina vel sit mas, & modo præsul erit:
Talibus est hodie cleri populiq́; potestas,
Atq; domus Domini cura regenda data.
Talibus Ecclesia est Christi suffulta columnis
Decidet ante suam, præjugulata diem.

Cujusmodi querelam movet, taxatq; puerilitatem assessorum, Concilii Trident. Dudit. ad Ferdin. Cæs. *in Ep. hist. Concil. Trid.* inserta à Petr. de Suavis: & quid dicam de pueris, quibus Cardinalatus officia, Papatus facere, passim committuntur. Mantuanus præses Concilii, posteà Julius Itius Papa pileum donabat, atq; eo ipso Cardinalatus honores puero suo (quem amasium fuisse suspicatur Sleidan.) Petr. de Suav. *d. loc. pag.* 347. ubi de hoc puero multa habet, refertq́; juxta quorundam adserta, ab Astrologo prædictum fuisse puero huic, ita adamatum iri eum à tanto capite, &c. vide Rebuff. *in d. concord. rubr. de elect. derogat. pag.* 93. *ibi*: per sanguinis affectionem conferuntur sæpè beneficia pueris, & mille animæ hominum, cui consanguinei nollent committere duo pira, &c. Menot Concionator Gall. *pag.* 70. *ibi*: hodie puero 10. annorum datur Parochia, in qua sunt 500. ignes, & pro custodia assignatur quandoque unus nobilis Curiæ, qui post Deum nihil odit, quàm Ecclesiam. Si quæritis: Quomodo puer iste habeat beneficium, sciunt responsionem, Mater ejus erat familiaris Episcopo, qui dedit ei, vide Wolff. 2. *lect. memor. pag.* 819. Quanquam Alexand. Episc. rata habuerit baptismata à pueris peracta, inter quos Athanasius puer fuit. Idem *pag.* 276. Franciscus I. Rex Gal-
15 liæ artificem † interfici jussit, per imperitiam Cæsaris lectum, per loca aliquot, immisso igne, quo cubiculum variis odoribus implere studebat, sternentem, Francisc. Ferron. *de reb. gest. Franc. I. pag.* 253. Porrò, ut ad exempla alia
16 thematis propositi redeam: Conomonem † Atheniensium Ducem reprehensum fuisse scribitur, quòd in causâ propriâ, navali prælio superatus, redintegratis copiis non suam propriam, sed aliorum libertatem relucraretur, Petr. Peck. *in princ. d. l.* 59. *pag.* 71.

17 Philippus Macedoniæ † Rex immeritò suspectus videbatur Græcis, sese ingerens ditioni eorum, adeoq; rei ad se non pertinenti, censuerunt itaque Athenienses recuperanda esse oppida ab illa capta, reprimendamq́; ejus potestatem, quos non fefellit opinio, etenim Philippo defuncto, Alexander Magnus non modo Græciam totam, sed & universam Asiam, Syriam, Persiam, Ægyptum sibi subjugavit.

18 Philippus Hispaniæ † Rex Imperio S. Romano nedum aliquot oppida, sed aliquot principatus abstulit, seq; rebus Imperii undiquaque immiscet, nobis suspenso naso sedentibus, atque Hispanicas syncerationes eousq; collaudantibus, donec securis, quæ jamdudum ad radices posita est, ad colla & sangui-

ſanguinem uſq; penetrent, Dadurch ſie/ut ille Patriota dicebat, allwege mehr haben außgerichtet/als ſie ſonſten durch groſſe Macht/vnnd Krieges Gewalt/ niemals hetten zuwegen bringen können/ Unde Cardin. Polus † *in ſentent. pro* 19
unit. Ecleſ. def. lib. 3. pag. 384. ſcribit, non tam parcendum plebi, quàm Regibus & Ducibus Eccleſiæ Romanæ, non parentibus Eccleſiæ Romanæ, cum extinctis Principibus de medio, tantò majora tollantur mala, in quam ſententiam Dux Alban. reſcripſit Carol. IX. Regi Galliæ, anno 1568. ſatius eſſe, & longè meliùs, luctari 10. capita Salmonum majorum, quàm colligere capitula 1000. ranarum crepantium, ſanè ſi innatum † malum eſt Principibus 20
regnandi ſuper gentem peregrinam, ut ait Æn. Sylv. *in hiſtor. Bohem. in fin.* ſeque immiſcere rei ad ſe haud pertinenti, ut Tacit. 15. *annal.* ſcribit, *ibi:* ſuis finibus non contenti, aliorum poſſeſſiones etiam invadunt, violatis legibus perſuaſum ſibi habentes, ſua retinere privatæ domus eſſe, at de alienis certare egregiam laudem. Hinc illud: Mens potentiæ † avida, nec abſtinere novit 21
à vetitis, nec gaudere conceſſis, nec adhibere pietati conſenſum, Canon. *diſt.* 47. 16. Profectò domus Hiſpanica malum illud in ſupremo, ut loquuntur, ſibi gradu contraxit, idq́; non novum & recens, ſed inveteratum & induratum nemini non obſcurum eſſe poteſt, Ferdinando Magno, Arragoniæ Rege, expellente vi forti Saracenos, Hiſpaniâ, qui annos ſexcentos Hiſpanos afflixerant, ſubſequutum eſt, ut non obſtante † juſtitia Arragonica, id eſt, ca- 22
pitulationibus & privilegiis illis, quorum vigore gloriari ſolebant Arragones, tantum valemus nos, quantum vos, id eſt, tu Rex ipſe, & ſuper nos ambos eſt juſtitia Arragonica, poteſtas illa tractu temporis peſſundaretur.

Hiſpanus † conjunctis copiis Gallicis ſibi ſubjugabat regnum Neapo- 23
litanum, extinctâ Alphonſorum familia Galli prædæ partem ſtipendiumque ſibi promiſſum exigentes, non tam Neapoli expulſi, ſed ſi fata voluiſſent, ipſa Gallia, proximis illis bellis, inter Carol. V. & Franciſc. penè ſpoliati fuiſſent.

Hiſpanus quaſi F. Sfortiæ opem laturus eſſet, contra Inſubros capto Sfortia totam illam plagam, quæ Herruria dicitur, occupavit, taceo, quæ contra Britannos, Germanos, alioſq́; populos Europæos machinatus fuerit, & quanquam Carolus V. in † tanto illo bello Germanico allegaret rebellio- 24
nem ſtatuum refrenandorum, non tamen diſſimulavit totam Provincialem facere, eamq́; domui Hiſpaniæ reddere tributariam, ſcilicet qui Philippum non Regem Romani Imperii, ſed Germaniæ jam pridem deſignaverat, quod Bodinus, aliiq́; politici non obſcurè tradunt & atteſtantur, ſed de hiſce obiter, & hoc in loco quantum ſatis, &c.

CAPUT LVIII.

DE INDICIIS, QVÆ PRAVIS CONSILIIS depromuntur.

SUMMARIA.

1. *Conſilium bonum res ſacra dicitur.*
2. *Vox conſilii lata eſt.*
3. *An opem ferre dicatur conſultor?*
4. *Furtum verbis, vel literis, non committitur.*
5. *Quæ formis differunt, ſeparata ſunt.*
6. *Quis opem ferre propriè dicatur?*
7. *Qui ad matrimonium contrahendum hominem inducit, an inde teneatur, ſi res non feliciter cadat?*
8. *Si quis homini pravo nonnihil in aurem loquatur clanculum, an inde indicium oriatur?*
9. *Conſilium facti quid?*
10. *Quoties conſultor actione ordinaria conveniri poſſit?*
11. *Delicta vulgò diſtribuuntur in excepta & non excepta.*
12. *Conſcius delicti an teneatur?*
13. *Bartoli anima in inferno.*
14. *Silentium delicti an puniatur?*
15. *Conſilium allegans ordinem temporis probare debet.*
16. *Ratificatio vel laudatio delicti, an obliget?*
17. *Delictum mandans, etiam non ſubſecutum tenetur.*
18. *Mandator ſæpe punitur gravius quàm ipſe mandatorius.*
19. *Doctor juris per imperitiam malè conſulens parti, ad intereſſe tenetur.*
20. *Conſilia DD. quando fiant authentica.*
21. *Conſiliarii Principum an ex conſiliis, quæ malè cedunt, teneantur?*

1 QUemadmodum conſilium † bonum, rem ſacram appellavit antiquitas,
ita nihil deterius excogitari poteſt conſilio pravo & maligno, unde con-
ſulentẽ teneri evincunt tot juris textus, *l. ſi quis ſervo, C. de furt. l. 2. ff. mandati,*
Bald. *in l. 1. C. de ſerv. fugit.* Bart. *in l. non ſolum, §. ſi mandato, ff. de injur. l. furt. §.*
conſilium, ff. de furt. ſed quia etymon conſilii latum eſt, quod complectitur o-
mnes actus, qui fiunt verbis tantùm & ſic gratia facientis, non conſulentis,
2 poſſunt actus ejuſmodi jure dici conſilia, † Bald. *in d. l.* non ſolùm, quò perti-
net, ut ſi quis hominem ad furtum, aliudve flagitium committendum indu-
xerit, uti nuper accidit hîc, ubi vicinus homines tres levioris notæ inſtiga-
vit, ædes vicini abſenti perfringere, fore, ut reperirent in arcula quadam viri-
di immenſum theſaurum, effractores capti nominarunt inſtigatorem, qui an
teneatur, dubium nullum habet? gloſſ. & Dd. *in l. conſilii, ff. de R. J. l. 53. ff. de V.*
S. idq; eò minùs, ſi quæratur anne nominatio, vel ſi conſtat liquidò de inſti-
gatione, conſilium pariat indicium quæſtioni? quod affirmamus, imprimis
3 quoties ultrò quæratur, anne ipſe unâ & opem tuliſſe † videatur, cùm in ſpe-
cie, de ope ventiletur cauſa, ſciendum itaq; hîc eſt, quòd nonnulli ſtatuant ex
noſtris, eum, qui conſilium dat, etiam opem præſtitiſſe videri, Bart. *in l. furt.*
§. ope, ff. de furt. Arnold. Reig. *in th. jur. pag.* 486. qui tamen expreſsè confu-
4 tantur, *l. 53. in fin.* idque proinde, quòd furtum † verbis, vel literis, haud com-
mitta-

mittatur, *l.52.* §. *neq; verbo, ff. de furt.* Ergò nec consilio, cùm furtum sit, contractio fraudulosa rei alienæ invito domino facta, *l.1.ff.de furt.* consilium verò nihil aliud, quàm persuasio & impulsio quædam est, *l. 50. §. ope, ff. de furt.* in verborum suavitate, & blandicie consistens, *l.1.§.persuadere, Cod. de ser.fugit. hinc d.l.53.* expresè dicit, aliud factum ejus, qui ope, aliud ejus, qui consilio furtum facit, hæc ratio à formâ opis & consilii depromitur, quæ enim nomine differunt, re quoq; differunt, *l.14.C.de test.l.si idem, C. de codicill.* atqui hæc à se invicem differunt, testante JCto *in d.l. 53.* Ergo. Unde & hæc sequitur, si re differunt, hæc duo, formis differant † necesse est; *d.l.* si idem, sed quæ formis differunt, separata esse, ratio naturalis dictitat, *l. Julianus*, §. *si quis rem, ff. ad exhibend.* 5

Opem verò ferre † propriè dicitur, qui ministerium atque auxilium ad surripiendas res præbet, veluti qui scalas fenestris supponit, vel ostium effringit, vel ferramenta ad effringendum concedit, item qui comitem se adjungit, ac latebras præbet, ut alius furtum faceret, *§. interdum quoq; instit. de obligat. quæ ex delict. nasc.* consilium verò dat, qui verbis persuadet, impellit, atq; consilio instruit, ad furtum faciendum, nihil autem ipse auxilii præstat aut facit, ut si Titio suaseris illi vel illi furtũ facere, noctu potius, quàm interdiu, item si mihi persuadeas, pannos meos siccandos noctu in hortis tuis relinquere, ut eos furto Titius surripiat, *d.l. in furtis, §. ope, d. l. 1. §. persuadere, ff. de servo corrupt. in fin. C. de noxal. action.* Hisce sic præmissis, modo ad quæstionem 1. distinguenda sunt consilia 2. objecta consiliorum 1. qui verbis generalibus consulit, subdistinguendũ est aut ad bonum aliquod vel malum opus consulendo, hominem inducit, si bonum cohortatur, ut ad matrimonium † contrahendum, quod per se bonum est, id verò fato infelici successit, quia consultus loco virginis corruptã duxit Sponsam, siquidem probare nequeat indiciis apparentibus dolum abfuisse consilio, consilium pœnam non meretur, Curt.3.*conject.*12. vide Rebuff. *de concordat. p.725.* ubi tutorem conveniri posse statuit ad interesse, qui indigno pupillam dedit nuptui, Joan. Andr. *in l. qui sine in verbo accepit, ff. de negot. gestis*, quoniam sæpe corrumpuntur tutores nummis vel affectibus, ut vel vẽdant pupillas, vel consanguineis suis pauperibus eandem collocent, Cyn. *in l. si pater, C. de sponsalibus*, & Rebuff. *d. loc.* refert, quendam tutorem coactum fuisse in palatio facere Parisiensi emendam honorabilem, qui suaserat & induxerat juvenem ad contrahendum matrimonium cum sua consanguinea, &c. neq; tamen pecuniam tutori datam condici posse scribit glossa *in d. l.* qui sine, in verbo: accepit & putat, Bartol. *in c. Rainut. de testam. col. 25.* non committi Simoniam, quando pecunia recipitur, ut contrahi matrimonium suadeatur, uti loquitur, Rebuff. *d. loc. de excomm. non vitanda, pag. mihi* 725. examen quidem posteriora desiderarent, sed locus non patitur, digito saltem hæc indicasse sufficiat. Porrò si in gene- 6 7

re malum quis suaserit, consuluerit, malumq; subsecutum sit, juxta illud:

Eripe nate fugam, finemq; impone labori, &c.

8 dubium non est, quin consultor teneatur, adeò ut si quis alicui in aurem † locutus sit, homoque cui insusurravit, paulò pòst delinquat, inde indicium ad torturam depromatur, Bald. *in l. 1. de serv. fugiv.* Petr. Pecc. *de R. J. pag.* 187. *regul.* 62.

Cæterùm qui verbis specialibus hoc vel illud malum committendum suadet, vel consulit, solet in hoc articulo quoq; distingui, aut quis erat sine consilio delicturus in specie, vel non? primo casu quia cordatiorem fecit ho-
9 minem, eo ipso, quasi auxilium & opem ferre videtur, quod consilium † facti appellat, Bald. *in d. l. 1. C. de serv. fugit.* Petr. Pecc. *d. l.* 4. *nu.* 4. quò spectat consilium execrabile Florentinorum, qui per juvenculam pulcram, quàm perditè amabat Ladislaus princeps ex familia Alphonsina, veneno interire ducem procurabant. Pandulph. Collenut. *in histor. Neapol. lib.* 4. erat, *inquit*, mulier illa Medici filia juvencula pulcherrima, cujus consuetudine is plurimùm delectabatur ex qua re sumptâ occasione, qui negotium hoc tractabant, maximo præmio proposito medicum sollicitaverunt, ut filiæ opera Ladislaum è medio tollendum curaret, atq; ille hanc ditescendi occasionem non negligendam esse ratus, unguentum venenatum filiæ tradidit, jussitque eo inungere pudendum ante coitum, sic enim fore, ut regis amor erga illam magis magisque augeretur, ut nunquam derelinqui posset ab amasio. Simplex juvencula parenti obtemperans sese inungit & interiit, deinde rex eodem uti diximus veneno interfectus, itidem mortuus est, dicitur autem venenum id ex Succo Napelli compositum fuisse. *Hæc ille*, vide Joan. Wolff. *tom. 2. lect. memor. pag.* 466. herba ejusmodi in Boëmia & Voitlanda nasci scribitur, aspectu jucundissima, colore cœrulea, quæ nedum gustu sed & odore homines & bestias inficit & suffocat, Petr. And. Mattiol. *in lib. de art. med.* Pet. Dioscorid. *pag.* 1096. Adam Lonicer. *in herbar. pag.* 182. ego *in disput. Justinian. disput.* 16. *thesi* 57.

Si non facturus erat malum actione de servo corrupto tenetur consul-
10 tor, † si crimen leve subsequatur, *tot. tit. de servo corrupt.* Si nefandum est delictum, videndum an lucri sui causa consultor suaserit, nempe ut participaret de rapina, latrocinio, furto, actione ordinaria tenetur. Neq; ambigendum est, qui indicium quæstioni pariat hoc consiliũ, si sine lucro, sed ut saltem noceret illi, cui invidebat, consilium mandato æquiparatur, vide Conna. *lib.* 1. *com.* 14. Pet. Pecc. *de reg. jur. reg.* 62. *num.* 8. Cæterùm 2. objecta consiliorum appello
11 delicta ipsa, quæ vulgò in delicta excepta, † & non excepta dividuntur: Delicta excepta quod attinet, ea sic comparata sunt, ut consilium omninò obliget consulentem, non secus, ac si mandasset, latè Pet. Roiz. *in decis. Lituan. decis.* 3. *nu.* 3. 20. *& seqq.* ubi tamen distinguendum est, an delictum sit subsecutum

nec

nec ne? prius dubitationem nullam habet, neq; ambigitur, quin in consultore inquiri possit, non secus ac ipsum consilii executorem , Roiz. *d. loc.* juxta posterius subdistinguitur aut quis unà suasit, vel interfuit consilio, quòd posteà effectu caruit, vel saltem scit conspiràsse quosdam in necem alterius, de primo tenetur, *tot. tit. C. ad L. Jul. Majest.* de secundo controvertitur Bart. *in l. 1. §. occisorem, ff. ad SCtum Syllan.* quem plures sequuntur, ἁπλῶς statuit, respectu certarum personarum teneri conscium unà † delicti. Ergo & in hoc passu 12
indicia admittantur, ut si quis scripserit vel manifestaverit alicui, Titio imminere magnum periculum , &c. ut si mors intendatur patri , vel domino Abbati, quod periculum subticeet filius, vasallus, servus, monachus, conventualis, Bart. *d. loc.* juxta quam sententiam pronunciatum fuisse, sumptumque ultimum supplicium de consciis, refert, August. Arim. quem refert Roiz. *d. loc. nu. 329* Baldus Florentiæ super hac quæstione consultus contrarium respondit, statuitq; Bartoli † animam in inferno cruciari propter iniquã hanc suam 13
sententiam. Communiter verò in hoc articulo eò transeunt, ut si quis consilium tacuerit, unde mors immineret Cæsari vel Reipublicæ, inde is ultimum supplicium subeat, sive effectum sortitum sit consilium sive non ? Hipp. *in sing. sing. 164. & in l. 2. l. 6. ff. de parricid* Cagnol. *in l. culpa caret. de reg. jur.* Ang. *in d. l. 2.* sin contra patrem dominum Abbatem, aliosq; homines , sub quorum potestate vivimus, silentium † retinetur, nec manifestatur consilium & 14
malum imminens , puniantur quidem subticentes , sed non pœna mortis, Bald. Angel. & Dd. *in l. 2. de parricid.* Notatum esto, quòd consilium † alle- 15
gans ordinem temporis probare teneatur Bald. *in l. 1. C. de serv. fugitiv.* nempe quòd consilium & fraudulosa persuasio præcesserit delictum , aliàs non teneretur reus excipiendo , contra ordinem haud probatum, Alex. *cons. 196. lib. 1.* Porrò consilium commisso delicto datum , magis † laudatio & approbatio 16
quædam est , quàm consilium præsumptum , Bald. *in l. 1. num. 13. C. de serv. fug.* ubi dicit: quòd consilia in bonam partem potiùs sint accipienda, Menoch. *de præs. 2. num. 11.* Petr. Pec. *de reg. 62. num. 6.* nisi delictum nomine & respectu approbatoris factum fuerit , etenim hoc casu laudatio rati habitionem præ se ferret, quæ impunis esse non potest, præcedenti quali quali consilio vel mandato, *CC. in cap. mulieres, de sentent. excomm.* Decian. *cons. 115. vol. 3.* Aliàs mandans delictum, quod subsecutum non est, pœnam non meretur, præterquam extra ordinem, *l. 1. ff. de extra. crim.* nisi delictum † atrox fuerit , de cujus man- 17
dato quæritur Decian. *cons. 65. volum. 3. num. 10. & 20.* ubi casus aliquot ponit, qualiter mandator † gravius ipso mandatario plectatur? ut si dominus famu- 18
lum delinquere jubeat ? homo majorennis & compos mentis, ad delinquendum minorem, vel mente captum ad delicta instiget ? Bald. & Salicet. *in l. servus, C. ad L. Jul. de vi publ.* an & qualiter consilium revocari possit , docet Decian. idem *d. loc.* Angel. *de malef. in vers. & Sempronius, per tot.* ubi 23. quæstio-

nes

nes utiliſſimas de conſilio & mandato in cauſis criminalibus movet, & deci-
dit, quò remitto lectorem. Sic conſilia in cauſa licita data, ſæpenumerò in de-
licta incidunt, ut ſi quis per imprudentiam conſuluit, unde conſultus malè
19 ſe habeat, Jaſon & Dd. *in l.1. C. de ſerv. fugit.* Petr. de Bell. Pert. *quæſt.345.* Hinc
Doctor juris † per imperitiam conſulens parti tenetur ad intereſſe, *ex L. A-
quilia,* Jaſon *in l. 2. ff. quod quiſq; jur. &c.* ſic medicus imperitè conſulens, vel
curans hominem, tenetur pœna L. Corneliæ extraordinariâ, de qua re ſuprà
cap.57. Maſil. *in pract. §. diligenter, num.3.* ubi aſſerit, quòd ægro excuſante me-
dicum, quaſi ab illo bene ſit curatus, non proinde excuſpetur percuſſor, per
regulam, quòd confeſſio moribundi vix indicium faciat, *cap. literas, clem. 2. de
præſc.* Dauth. *ad l.22. §. ſi quis, de teſtam.* dicens: quòd conſilia Dd. ſcripta non
20 ſint † authentica, niſi ſubſcriptiones & ſigilla habeant conſulentium; Porrò
quis votum primum habeat in collegiis, & quando vincant vota majora? per-
tractat venuſtè Matth. de Afflict. *in deciſ. Neap. deciſ.1. per tot. &c.* De conſul-
toribus vel conſiliariis Rerumpubl. vel Principum jure receptum eſt, ne illi
teneantur, ſiquidem benè conſulta malè ceſſerint, proinde regula politico-
rum literis aureis inſcripta curiæ Heidelbergenſi forâs in foro. Qui conſi-
lium dat, fidem non eventum præſtet, ut prorſus iniquum, licet uſu receptũ
ſit, ut ait Avent. *in annal. Boj. lib.1.* honeſta conſilia vel turpia, prout malè vel
proſperè cedunt, ita aut probari vel vulgò reprehendi, inde eadem modò
ſuperſtitionis, modò pietatis, modò Chriſti, modò Anti Chriſti, modò ju-
ſtitiæ, modò tyrannidis nomina recipere Joh. Wolff. *cent.2. lect. memor. pag.
245.* ille pecus ignavum vocat, qui ab eventu facta notanda putet; ſucceſſuq;
rerum cuncta metiatur, ceu verò temeraria conſilia felicitas non excipiat,
Wolff *d. tom.2. pag.256.*

CAPUT LIX.

DE INDICIIS, QVÆ EX MANDATO n i ſcuntur.

SUMMARIA.

1. *Mandatum facit inſtructionem non probationem.*
2. *An relatio mandatorii non exequentis mandatum indicium pariat.*
3. *Vocum indicium etiam maximè urgens, non eſt ſufficiens quæſtioni.*
4. *Indicia debent duobus teſtibus probari.*
5. *Relatio aſſaſinii non parit quæſtionem.*
6. *Quinam rei per quæſtiones de ſociis poſſint interrogari?*
7. *Adulterium quomodo juramento probetur?*
8. *Fur de ſociis poteſt interrogari.*
9. *Quæ indicia non pariunt quæſtionem, ea ſufficiunt ad inquirendum.*
10. *Iudex de individuo quærere non debet.*
11. *An nominatio ſola in delictis exceptis plenum judicium pariat?*
12. *Teſtis inhabilitas, quæ ipſum penitus repellit à teſtimonio, non ſuſtinetur neq; juvatur adminiculis.*
13. *Dictum teſtis de auditu conjungitur cum nominatione & inde plenum indicium generatur.*

14. *Teſte*

14. *Teste unico de visu deponente, juncta nominatione socii delictum plenè probatur.*

15. *Spontè nominatio correorum facta suspecta est.*

16. *Nominatio socii producit inquisitionem.*

17. *Refellitur sententia Marsilii statuentis, nominationem assasinii inducere indicium.*

AN mandatum indicium faciat ad torturam, videre est penes Marsil *in pr. §. diligenter, num.* 37. Bald. *in consil.* 95. *vol.* 5. ait judicium ad instructionem † non ad probationem inde generari, quæ locutio obscura & indefinita est, Alexand. *consil.* 88. *vol.* 5. statuit, quòd mandatario † non acceptante 1 2
mandatum, eoque manifestante insidias atq; animum delinquendi mandatoris, indicium ex depositione vel denunciatione mandatarii descendat. Quod ipsum Marsil. improbat hoc argumento, quia, *inquit*, testes deponentes de mandato & commissione sibi factâ, nihil probant, cùm testes de judiciis deponentes, nedum de affectu & voluntate delinquendi, sed de ipsis actibus delictorum referre & testificari teneantur, Idem Marsil. *consil.* 65. *num.* 33. Bertazz. *consil.* 145. *num.* 4. quòd latè prosequitur contra communem, Farinac. *de ind. & tort. lib.* 1. *tit.* 5. *quæst.* 37. *num.* 10. *& seqq.* Subsumit at mandatarius de ipso crimine, nondum commisso deponere non potest. Ergò, &c. refellit argumentum hoc debile Alexand. *d. loc.* stringit cum primis autem judicium hujusmodi quoties mandatarii depositione una concurrunt adminicula, atq; sic sustineri quoque potest sententia Baldi, per regulam, [1.] quòd unum & simplex judicium † etiam maximè urgens & vehemens, non pariat quæstionem, per suprà toties tradita, hinc idem Marsil. *d. loc. num.* 39. *ibi:* cùm ergo talis mandatarius sit solus, & secum non concurrant aliqua alia indicia. Ergò dictum ejus non facit indicium ad torturam, contra mandantem. [2.] Quod indicium ejusmodi remotum sit haud propinquum, ubi jus est, ut duo testes † deponant super judiciis [3.] posset quoque inde emergere illud inconveniens, ut quivis diffamaret inimicum quasi mandatum sibi esset, hoc vel illud flagitium committendi, qua occasione admissâ, gravaretur innocens, quod concedi non debet, neq; enim hominum malitiis debet temerè indulgeri, *l. in fundo, ff. de R. V. c. sedes de rescript.* Sed hæc de assasiniis paulò aliter recepta esse meritò placuit, scilicet quorum relatio non aliter concurrens indicium parit, nisi appareat quædam verisimilius delinquendi causa, neq; enim judex credat assasinio famoso pariter ac cuivis alio mandatario, *gl.* & Bald. *in l.* 5. *C. de accus.* vide Caret. *in pract. crim. pag. mihi* 58. ubi indistinctè assasinii relationem † mandatoris, indicium inferre scribit. Intereà autem non prohibetur jus dicens per quæstiones interrogare assassinos de mandatoribus, prout delictis aliis difficilioris probationis reus de sociis per quæstiones interrogari potest, cum primis si delictum ita comparatum est, ut absque sociis non potuerit perpetrari, *l. 6. ff. de cust. & exhib. reor.* neq; in effectu socius à mandatore differt, ille autem interrogatus de sociis † fidem facit in casibus quibus- 6

dam jure expreſſis, ergo & hic, cùm parium idem ſit judicium per notiſſima,
caſus ejuſmodi ſunt. 1. Crimen læſæ Majeſtatis, *c. de confeſſ. l. quiſquis, ff. ad l.*
Jul. Majeſt. 2. conjurationis in rempublicam factæ, *c. fin. ubi gloſſ. de teſt. co-*
gend. c. ſi quis cum militibus, 5. quæſt. 1. 3. Crimen falſæ monetæ, *l. ſi quis num-*
mos, C. de falſ. monet. 4. latrocinii *de l. provinciarum,* 10. *C. de fer.* 5. malefica-
rum, Salyc. *in l. quoniam, Cod. de malef. & malef.* 6. ſunt delicta quævis occul-
ta, quorum probationes plerunq; ſunt difficiliores, *c. fin. de teſt. cog.* Marſil.
l. 1. *§. divus. n.* 21. *ff. de qq. ut crimen adulterii*, Paul. de Caſtr. *vol.* 1. *conſil.* 948 *per*
c. continebatur, ext. de ſponſalib. ubi textus ait, quod crimen adulterii etiam
probetur juramento adulteri, nominantis uxorem, cum qua concubuit, So-
domiæ, ubi quoq; ſocii facta nominatio valet, paritque indicium quæſtioni,
Boſſ. *de indic. & conſid. ant. tort. num.* 160. Quanquam Marſil. *conſil.* 28. *vol.* 1.
num. 16. ſtatuat: quòd nominatio Sodomitati non faciat indicium, quæ ſen-
tentia vera eſt aliis indiciis deficientibus, per ea, quæ ſuprà diximus. Planè &
furti cauſa à quibuſdam huc refertur, Bart. *in l. repet. ff. de qq.* non tam propter
furti turpitudinem omnibus penè gentibus exoſam, quàm difficultatem pro-
bandi, quoniam furtum regulariter in ſecreto fieri ſoleat, Farinac. *lib.* 1. *tit.* 5.
8 *quæſt.* 43. *num.* 44. *ibi:* ideò dictum ſocii † criminis indicium facit ad tortu-
ram, &c. Sciendum hoc in loco eſt, quod licèt mandatarii vel ſocii nomina-
9 tio † aut depoſitio præter caſus enumeratos, ad torturam non ſufficiat, præ-
ſtet tamen & ingeneret nonnihil ſuſpicionis, unde judex moveatur ad in-
quirendum, Par. de Put. *in tract. ſynd. in verb. tort. cap.* 1. *num.* 25. *pag.* 335. Refert
10 verò impræſentiarum, ne judex de individuo † interroget ſub quæſtione re-
um, quanquam ſuſpectum habeat nonnullum, qui mandator exiſtimetur,
Clar. *in pr. §. fin. quæſt.* 21. Burſ. *conſ.* 201. *num.* 55. *lib.* 2. ſed quid ſi indiciis juſtis
prægravetur mandator vel ſocius? Sanè alia juris ratio dictitat, ut de indivi-
duo quoq; judex quęrat Salyc. *in l. fin. C. de accuſ.* Marſil. *in pr. § diligenter, n.* 62.
ubi ait: quòd nominatio ſocii non aliter valeat, niſi reus nominaverit ſo-
cium juramento, atque ſic confeſſionem in perniciem alterius factam, con-
ſolidaverit, ſubdens: quòd hac ratione ſalvaverit quendam, nomine Ludovi-
cum de Pariſiis ab ultimo ſupplicio, cæterùm, quod toties inculcavimus, u-
num idemq; judicium, licèt violentum ac fortiſſimum ſit, non parere indi-
cium quæſtioni, id profectò hac in parte quoque ſtringit in tantum, ut nomi-
11 natio ſola † in criminibus exceptis, nedum indicium faciat ad torturam,
Gandinus *de quæſt. & tort. num.* 16. Brun. *de ind. p.* 1. *q.* 3. *num.* 24. Carer. *in pr.* 2.
tr. de ind. §. octavum indicium, num. 10. etiamſi ſub quæſtione nominatio fa-
cta fuerit, Marſ. *in d. §. diligenter. num.* 60. Foll. *in pr. crim. q.* 1. 3. *num.* 102. ſed in-
ſtas hîc: quòd teſtis unicus indicium faciat ad torturam, qua de re *ſuprà cap.* 5.
12 Reſp. Diſtinguendum eſſe inter teſtem, quà teſtem † & reum criminis jam ca-
ptum, atque de ſeipſo confidentem, & jam morti proximum, qui teſtis pro-
priè

priè dici nequit,& quod minus omni exceptione major,qualem,indicium e-
jusmodi desiderat, Paris. *conf.*151.*lib*.4.Cravett.*conf.*178.per rationem : quòd
quoties testis in totum repellatur adminicula eundem non faciant habilem,
Bald. *in l.falsa, n.*3.*C.de furt.*

Porrò si cum nominatione socii concurrit dictum testis † unici, omni 13
exceptione majoris, de auditu, indicium sufficiens quæstioni paratur, So-
cin.*conf.*95.*lib*.3 Dec. *conf.*18.*lib*.1.testis unicus, super visu † deponens, quo- 14
ties cum nominatione concurrit,non modò indicium facit,sed delictum pro
re nata probatur, Calcan. *conf.*110.*n*.1. Cravet. *conf.* 178. Decian. *conf.* 18. *n.*
68.volum.1.

Notandum cumprimis hìc esto, quòd nominatio mandatoris vel socii
non aliter teneat, nisi de ea in genere interrogatus fuerit, sponte enim facta
nominatio † suspecta est, Gandin. *de qq.& tort.nu*.16. Salycet. *in l.fin. C. de ac-* 15
cusat. ad instar testis, se ingerentis testimonio dicendo, qui ex omni esse su-
spectus reputatur, *l.post legatum, §.his verò, ff.de his, quib.ut indig.* Sed hæc sen-
tentia comprobari non potest inde,quòd etiam generalis inquisitio, vel in-
terrogatio suggestionis vitium fovere præsumatur, *l.* 1. *§.* 26. *& seqq. ff. de qq.*
Dec *conf.*18.*lib*.1 Farinac. *lib* 1. *tit*.5. *quæst*.34.*num*.319. hoc constat: quòd no-
minatio socii † ad minimum producat inquisitionem, judex enim inquirere 16
potest in nominatum,& demum, si specialia emergant, indicia eundem sub-
jugare quæstioni, sed an unum indicium urgens, & speciale in hoc casu tor-
turam generet? Resp. Ludov. Peguer. *in decis. crim*.5. *num*.33. *& seqq.* quòd
hic casus arbitrio judicis sit committendus,sanior sententia est, neque asper-
nanda eorum, qui statuunt indicium unum urgens sufficere,una cum nomi-
natione socii ad torturam, modò socius non sponte, sed interrogatus à ju-
dice nominaverit complices, Gand. *de qu.form.nu*.16. Salycet. *l.fin. C. de accus.*
Brun, *de ind.& tort.p* 1.*q*.3.*num*.23. Quâ in re socius mandatario æquiparatur,
licèt mandatarii dictum per se indicium non pariat, Bald. *conf*.97.*vol*.5. Mar-
sil. *in l*.1. *§.divus, num*.8.*ff.de qq.* generat tamen indicium,concurrente indicio
aliquo prægnanti & speciali, Carer. *in p.de ind.§*.9. Par.de Put. *in tract.synd.in*
verb.tortus, cap.12.*pag*.335.quod deniq; de assassino † indistinctè scribit, indi- 17
cium contra mandantem ex relatione ejus descendere etiam deficientibus
indiciis, Marsil. *in pr. §.diligenter, num*.37. *& in l*.1. *num*.8.*d.§.Divus, ff. de qq.*
id nequaquam ἁπλῶς sustineri potest,per modò dicta, [1]. cùm æquè imò ci-
tiùs pejerare possit assassinus nominando hominem innocentem,quàm qui-
vis alius. [2]. Quòd in genere verum sit,mandatarium non agere personam
testis,contra mandantem & vice versa, Boss. *de indic.num*.150.*&* 155. [3]. Quin-
etiam nec mandatarios duos eorumq; relata constet indicium facere quæ-
stioni, Roland. à Valle *conf*.73.*num*.16.*vol*.1. Bertaz. *conf*.116.*num*.23. *lib*.1. Ma-
scard. *de probat.*3.*conclus*.1311.*num*.19. non nominatoribus confestim similes

esse credat judex nominatos: Latro quidem omnes sibi similes suspicatur, vir bonus non quosvis bonos, nec quosvis malos præjudicet, ex relatione nondum certa, Auguft. *6. confess. cap. 3.* inde Nazianz. *in præcept. ad Virgin. ibi:*

Hi fieri non posse putent ut carnea moles
Fulgeat, expendunt propriis qui sordibus omnes,
Ast ægri est oculi migrantia cernere cœli
Sydera, sic tellus quamvis immota quiescat,
Volvitur ipsa tamen cœca vertigine captis, &c.

Hinc jure accidit, quòd militantibus præsumptionibus pro mandante evacuentur indicia ex nominatione mandatarii exorta, Carer. *d. loc. pag. mihi* 58. cùm ad absolvendum proniora debeant esse jura, quàm condemnandum, tutiusq; sit semper peccari in absolvendo, quàm damnando, Bald. *cons.* 48. *nu.* 7. *vol.* 5. Hieron. Grat. *cons.* 43. *num.* 22. Cothm. *cons.* 48. *num.* 39. *vol.* 1. Vera justitia compassionem, falsa indignationem admittit, Luther. *in Epist. ad Cardin. Alb. Magdeb.*

CAPUT LX.

DE INDICIIS, QUÆ EX REVOCATIONE confessionis nascuntur.

SUMMARIA.

1. *Tortura repeti non potest nisi indiciis de novo inventis, iisq; prioribus, fortioribus existentibus.*
2. *Si confessionem rei revocaverint coram tribunali, denuò torqueri debent.*
3. *Tortis iterum negantibus delictum, quiescendum est.*
4. *Qua de causa tertia vice rei torqueantur?*
5. *Reus errore delictum confitens, admittitur ad docendum errorem.*
6. *Consequentia ex fallibili descendens antecedenti, non est bona & efficax.*
7. *Minor tortus & per errorem delictum fassus, restituitur in integrum.*
8. *Termino ad probandum errorem dato, judex supersedere debet alios actus.*
9. *Iudex ex officio tenetur communicare reo copias judiciorum, etiam in delictis atrocioribus.*
10. *Iudex homicida est, qui non admittit defensiones reorum.*
12. *Rei indefensi confessio est nulla.*
13. *Iudicia judiciis truduntur.*
14. *Si delictum probari potest directò, nunquam quæstioni locus esse debet.*
15. *Qui petit quæstionem à judice, jurare debet, quòd alias probationes non habeat.*
16. *Reus adversus urgentiora judicia quæstionem sustinens, pœna extraordinaria afficiendus est.*
17. *Ciceronis locus de authoritate quæstionis, perelegans citatur.*

1 QUanquam tortura † repeti non debeat, nisi indiciis novis emergentibus, iisque prorsus evidentioribus & primis fortioribus, *l.* 18. §. 1. *ff. de qq.* Par. & Put. *in tr. synd. verb. tort.* 3. *cap.* 1. incipit de repetitione, Angel. *de Malef. in verb. fama, n.* 98. *ubi* §. 1. Sic interpretantur, ut nova illa indicia quoque

que ſint generis diverſi, ſcilicet ut differant ab illis, ſpecie, & ſubſtantia evidenti, ut ait Farin. *lib.1.tit.5. quæſt.37.num.77.* Siquidem tamen reus ea, quæ ſemel confeſſus fuit, † revocaverit pro tribunali, ubi publicam repetere 2
confeſſionem debebat, uti ſtylo vulgari receptum eſt, paulò ante executionem reos ſuper articulis confeſſatis interrogari & reſpondere ſolitos, repeti poteſt tortura. Quia ſatis novum dicitur ſupervenire indicium, illud ſcilicet, quod ex variatione, & confeſſione præcedenti ſemel reſultavit, Marſ. *in pr. crim. §. quoniam, n.3. & l. 1. ff. de qq.* ratio rationis ab inconvenienti deſcendit, ſiquidem enim rei intelligent non ratificando confeſſionem, tutos ſe fore, equidem rarò vel nunquam repetentur, confeſſiones ſemel factæ, Marſil. *d.l.* Brun. *de ind.2.p.q.5. n.16.* Blanc. *ad l.fin. num.119. ff. de qq.* Damh. *in pr. crim. c.38. de rep. quæſt. n.12.* Sed quid ſi reus denuò tortus perſiſtat in negatione facti? Reſp. Jam deſiſtendum à tormentis, † nec reum tertiâ vice examinan- 3
dum, Damh. *d. loc.* quia (*inquit*) indicia prioris confeſſionis per ſupplicium & pœnam, ſecundâ tortura ſatis ſunt expiata, deteſtatur quoq; hoc in paſſu judicum crudelitatem, eo uſq; tormentis affligentium reos miſeros, donec confeſſionem antea factam repetant: porrò quid ſi confeſſionem ſub tortura ſecunda reus repetat, eamque neget dehinc an tertia vice † ob negativam 4
hanc torqueri jure poſſit? Videtur dicendum, quod non proinde, quòd non indicia dici nequeant, genere & ſpecie eadem nec diverſa, atqui eadem cauſa eſt, cur tertiò torquendus ſit reus, quæ erat ratio quæſtionis ſecundæ: Ergò, &c. Ratio connexionis eſt, ut modò diximus, quia tortura non niſi indiciis ſpecie & ſubſtantiâ novis, repeti poteſt, *d.l.18. §.1. ff. de qq.* conſideranda autem hic eſt, rei conditio & indiciorum qualitas, Marſil. *in d. l.18. in 17. & ſeqq.* ubi refert: ſe Mediolani vidiſſe maleficum, qui aliquoties confeſſiones ſub quæſtione factas, coram tribunali revocaverit interrogatus, cur tam temerè negaret factum aliàs certum & indubitatum? ſubridens reſpondit, melius eſſe torqueri in brachiis aliquoties, quàm in gula ſemel, ſcilicet medicos multos callere curam redintegrandi oſſa, nullum verò, qui caput ſemel amputatum reſtitueret, &c. Notatum autem hic eſto, ut ſiquidem reus hoc pacto, confeſſionem revocet, nempe ſe errore, † non dolore tormentorum 5
delicta temerè confeſſum, non illico repetatur quæſtio, ſed reus ad docendum errorem admittatur, Bald. *in l. bonæ fidei, n.5. C. de jurejurando.* Cùm nihil tam contrarium ſit confeſſioni, quàm error, hinc Papienſ. *in pur. for. op. cont. teſt. num.3.* Quæ errore geſta ſunt, ex cauſa planè nulla, quæ in pari conditione, cùm injuſta eſt, geſta dicuntur, & Salyc. *in l. neq; natales, Cod. de probat.* Conſequentia, † quæ ex fallibili deſcendit, non eſt ſatis efficax, nec bona, 6
imò error vitiat geſta indicii, adeò ut in individuis, utile per inutile vitietur, Vergin. de Bacat, *de interd. uti poſſidet, c.6. num.14.* Atq; hinc eſt, quòd confeſſio, quàm † minor fecit, ſub tortura, remoto curatore, eam licitè poſſit revo- 7

cati petendo restitutionem in integrum, Matth. de Afflict. *in decis. Neap. decis.* 133. ratio est quia minor errare regulanter præsumitur, cujus consilium fragile infirmum & multorum insidiis expositum est, dicente Ulpiano *in l.* 1.
8 *ff. de minor.* Cæterùm termino † ad probandum errorem vel innocentiam constituto, judex ad ulteriora procedere non debet, *lib.* 18. *§.* 9. *ff. de qq. sed tertiam*, *l. fin. ff. de fer.* & nonnunquam dilationem quartam probandi potius reo indulgere tenetur, Marsil. *in pr. crim.* §. *ulterius*, *num.* 30. planè judex admittere etiam debet defensiones rei, etiamsi is sponte fuerit confessus, atque dehinc errorem vel aliud quodvis defensivum allegaverit, Salyc.
9 *in l.* 2. *nu.* 7. *C. de cust. reorum*, Farin. *lib.* 1. *tit.* 8. *quæst.* 39. *n.* 32. ante † quæstionem judex ex officio etiam reo non petenti copias judiciorum communicare atque defensiones ejus audire omninò tenetur, Boss. *in tit. de confess. num.* 6. quod in atrocissimis delictis quoque receptum etiam testatur, Carr. *in pr.*
10 *crim. in* 2. *de ind.* §. *circa.* 5. *n.* 16. adeò ut judex † rejiciens exceptiones rei allegantis errorem, vel defensionem, dicatur homicida, Marsil. *consil.* 56. *in* 16. quin quòd rei articuli elisivi & probatio purgatoria etiam post lapsos terminos & dilationem quartam admitti debeant; tantus quippe innocentiæ & defensionis favor est, & indultum, Rom. *in l. quandiu*, *n.* 14. *ff. de acq. hered. l.* 1. *§. si quis*, *ff. de qq. d. l.* 18. *§.* 1. *ff. eod.* ubi Barr. Alber. de Rosat. & dd. communi-
11 ter statuunt, quòd etiam post sententiam † defensiones reorum audiendæ sint, vide Farinac. *lib.* 1. *tit.* 5. *quæst.* 39. *num.* 83. Quorum juris brocardicorum
12 effectus est, ut rei indefensi † confessio etiam torturâ expressa inanis sit atq; irrita, *text. in c. pastoralis*, *de sent. & re jud.* etiamsi legitima indicia intervenerint, Marsil. *consil.* 95. *num.* 5. & 10. Quod si tamen delictum notorium est, & suspicio certa subest, reum per calumniam petere copias judiciorum & terminum agendi, res sese aliter habet, Gram. *decis.* 36. *num.* 69. Roland. à Valle *consil.* 12. *num.* 62. *vol.* 3. Cunrad. Hartz *in tr. de inquisit. in caus. crim. jurid. inst. cap.* 5. *n.* 15. ibiq; Anonym. *in addit.*

Deniq; ut certa indicia ad torturam condemnnant reum, ita eundem indicia certa & indubitata planè exculpant, quia indicia indiciis truduntur. Quapropter uti diximus confessiones sub torturâ factæ difficilimè revocan-
13 tur, ita indicia † urgentoria imò plenæ probationes, quæstione subsequenti, eliduntur & in nihilum rediguntur, Alber. de Rosat. *in l. edictum*, *n.* 2. *ff. de qq.* Carr. *in pr. crim. tr.* 2. *de jud.* §. *viso igitur*, *num.* 20. Clar. *in pr. crim.* §. *fin. q.* 64. Ceph. *consil.* 621. *lib.* 5. Burs. *consil.* 97. *lib.* 1. *num.* 24. Et quia quæstiones in subsidium facti sunt inventæ, *d. l. edictum*, 8. *ff. de qq.* placuit, ut, quoties reus
14 convinci queat probationibus extra quæstionis † subsidium, judex nunquam torturæ debeat concedere locum, Marsil. *in pr.* §. *nunc videndum n.* 21. & *seqq.* idem *in l.* 1. *ubi dd. passim*, *ff. de qq.* dicentes fatuum esse indicium, qui reum convictum torqueat, hinc Bald. *in l.* 1. *col.* 2. *C. de jur. cal.* ait: illi, qui petit ho-

cit hominem † torqueri, primò jurandum esse, quòd probationes alias non 15
habeat, Brun.*de ind. pr.2.q.5.n.15.* Boër. *decis.163.num.1.* Gram. *consil.12.n.23.*
communis tamen & receptior hoc in passu practica obtinuit, ut reus † con- 16
tra indicia urgentiora torturam sustinens neq; quicquam confitens, pœna ex-
traordinaria mulctetur, Gram. *decis.8.n.4.* Carr. *in pr. d. loc.* Viso igitur de
indiciis, &c. de authoritate quæstionis locus extat Ciceronis † *in top. ad* 17
Trebat. verberibus torti (*inquit*) & igne fatigati, quæ dicunt, ea videtur veri-
tas ipsa dicere, & quæ à perturbationibus animi sunt, dolore, cupiditate, ira-
cundia, metu, quia necessitatis vim habent, efferunt, authoritatem & fidem,
gloss. *in d.l.edictum,8.ff.de qq* & Farinac.*lib.1.tit.5.cap.40.nu.1.* torturæ quip-
pe tanta vis est, ut in ea persistens negando, vel non persistens fatendo, quic-
quid dixerit, puram veritatem dixisse præsumatur. *Hæc ille, &c.*

CAPUT LXI.

DE INDICIIS, QVÆ EX INORDINATA ET IN-congrua responsione rei resultant.

SUMMARIA.

1. *Reus congru & convenienter respondere nolens, se suspectum facit.*
2. *Reus mediante juramento respondendorum respondere etiam tenetur.*
3. *Quæ responsio rei propriè incongrua dicatur?*
4. *Explicatur locus Folleris, qui adversari videbatur.*
5. *Iudex vitare debet otiosas interrogationes.*
6. *Quid si reus super non necessariis per tormenta interrogatus, delictum confiteatur?*
7. *Reprehensione digni sunt judices, qui cum pompa deducunt reos ad supplicia.*
8. *Reus ultrà quadrantem horæ non debet torqueri.*
9. *Leviora tormenta quæ dicantur?*
10. *Si reus probabilem causam non respondendi habet, cessat indicium.*
11. *Reus respondere nolens in causis, pœnã sanguinis non ingerentib., coërceri potest captis pignoribus, &c.*
12. *Confessio quot modis fiat?*
13. *Contumax habetur pro convicto.*
14. *Iudex per interlocutoriam decernere debet quæstionem.*
15. *An reus ab illo decreto possit appellare?*
16. *Nulliter appellans, non habet remedia attentatorum, &c.*

DE indiciis, quæ ex suspecto sufflamine & protelatione litis emergunt,
tractavimus *suprà c. 34.* modò de responsione rei ad interrogata judicis
vel positiones accusatoris, inordinatè calumniosè & perperam facta, dice-
mus, cujusmodi prima hæc erit regula & caput, Reus non respondens, † vel 1
non congruè & præcisè respondens judici interroganti, torqueri potest, ad
dandam responsionem categoriam & decentem, sive ea affirmativa sit, sive
negativa, &c. Bald. *in l.accusationem,nu.6.c.de accu.* Brun. *de ind.p.2. quæst.5.*
Blanc. *de ind.ad l.fin.ff de qq.num.273.* Marant. *p.6.num.2.in verb. contumacia,*
num.20.& de q.num.9. Gomez.*3.resol.12.* qui thema hoc prolixè prosequitur,
& tan-

& tandem subjicit, non secus ac in civili causa teneri hic reum jurare de calu-
2 mnia, & juramento † prævio, vel intercedente, respondere articulis & positionibus, vel interroganti judici, Clar. *in pr. crim. q.* 45. *vers. sed pone,* Mascard. *de probat.* 3. *concl.* 1385. *n.* 15.

3 Incongrua autem † responsio illa potissimùm indicium quæstioni generat, ut quoties 1. reus nihil respondeat, 2. vel si respondet, at non categoricè & absolutè, ut siquidem dicat interrogatus, nescio: vel non recordor: si de facto proprio quæratur, Bald. *in d. l. accusationem,* Menoch. *de præsumpt.* 1. *quæst.* 89. *num.* 124. 3. Porrò si reus respondeat, credo, nempe in iis, quæ sensu corporis percipiuntur, Boss. *in tit. de resp. à reo faciend.* 4. vel si per verba alia dubia & incerta respondeat, Joseph. Ludov. *conclus.* 38. 5. cui similis est, qui se refert ad responsiones sociorum, quorum depositio quoque obscura & mutila inventa fuit, neq; enim dubium per æquè dubium probari potest, per notissima, &c. unde Blanc. *d. loc. num.* 273. rectè tortos, *ait,* fuisse quosdam rusticos suo seculo, qui respondere noluerint, nisi quod se referrent ad ea,
4 quæ scripta essent, sed refragari hîc videtur Foller. † *in pract. p.* 3. *part.* 3. *post nu.* 4. per rationes ibidem adductas, sed responsio est facilis & expedita. Aut enim quærit judex sive accusator in positionibus de circumstantiis substantialibus delicti, aut non: primo modo integra & constans manet supra dicta conclusio, scilicet reum non respondentem ad quæsita, circumstantias substantiales delicti concernentia, torqueri jure posse, Jul. Clar. *d. quæst.* 45. se-
5 cundo modo non utiq; ratio est, quia judex † otiosas & summè non necessarias interrogationes potiùs vitare, quàm eis anxiè inhærere debet. Sed quid
6 si reus de circumstantiis haud necessariis † quæratur, & respondere nolens, tortus confiteatur delictum, quod versatur in quæstione: Resp. non teneri confessionem, ratio est: quia indicium non erat legitimum, torti verò super indiciis illegitimis confessio, in jure nulla est, utpote quę revocari possit, quocunq; tempore, absq; præjudicio rei, ne de uno torqueatur propter confessionem revocatam, qua de re capite præcedenti. Cæterùm reo, super delicto, ejusq; substantialibus accidentibus per tormenta interrogato, atq; confitente delictum, quod in quæstione est, vel diversum aliquod flagitium, alia juris ratio dictitat, ne confessio rei prorsus sit inutilis & nulla, idq; inde, quia permissum erat judici reum respondere nolentem per tormenta examinare, Ergò responsio ejus valida est, posito non præcessisse indicia ad factum, quòd reus extrà quæstionem principalem fassus est, ordinata & quadrantia, Foller. *in* 3. *p. part.* 3. *n.* 4. *vers. quo casu si sequatur confessio.*

Explicandum autem est hoc indicium ex communi indiciorum brocardico, quo toties diximus, rarò aut nunquam, unum idemque indicium sufficere ad torturam. Quapropter si nihil aliud movet judicem, ut fama vel diffamatio rei, fuga, vita & morum perversitas, solâ hâc contumaciâ dominante ad tor-

ad torturam properare non debet, Clar. *d. quæst.* 45. Menoch. *de præs.* 1. *q.* 89. *n.* 142. Par. de Put. *in tr. synd. in verbo condemnatio, c.* 1. & Farinac. 1. *tot.* 5. *q.* 39. ubi reprehendit judices crudeles, † qui in humano sitientes sanguine, ad 7
condemnandum festinant, & cum vexillis pompâ ac fastu ad effundendum sanguinem sese præparant.

Porrò admoneri id solet quoque hoc in loco, quòd ex indicio hujusmodi, utpote exorbitanti & irregulari, reus leviter, nec ultra quadrantem † 8
horæ debeat torqueri, quod probè animadvertit, Farin. *lib.* 1. *tit.* 5. *q.* 37. *n.* 187. & dicit Clar. *§. fin quæst.* 64. reorum aliquos gravius, aliquos levius torquendos esse, nempe juxta personarum qualitatem delicti, & indiciorum, nostro judicio sufficeret sola tormentorum territio hoc in passu, quæ aliâs tortura levis † dici solet, nempe ut reus traducatur ad locum tormentorum, denu- 9
detur & ligetur, quasi jam jam torquendus, quam territionem levioribus indiciis prorsus convenientem esse tradit, Flam. Cart. *in pract. interrog. reo. lib.* 4. *cap.* 1. Farinac. 1. *tit.* 5. *quæst.* 37. *n.* 41. itemq; personis debilioribus, timidis, ac pusillanimis & quanquam hic terror propriè tortura dici nequeat, habetur tamen pro hac subjecta materiâ vice torturæ, largo quodam loquendi modo, Foller *in pr. in verbo rei indurati torqueantur, n.* 16.

Deniq; meminisse hîc oportet, ut quoties reus † probabilem habeat 10
causam non respondendi, inde indicium quæstioni non generetur, ut quia reus febre corriperetur, alióve morbo, mentis angustias & exilium, quodammodo inducente, vel si reus judicem recusasset ob causam probabilem, aut si judex incompetens esset, Bertaz. *consil.* 8. *num.* 39. Clar. *quæst.* 43. ubi docet, judicem causæ criminalis æquè, ut civilis repudiari & ut suspectum removeri posse.

Sed quid si reus respondere † nolit in causis pœnam sanguinis non in- 11
ferentibus, ut stupri, peculatus, furti primi, &c. Resp. Mulctandum esse hominem captis pignoribus, veluti in causis merè civilibus receptum est, acceptandis positionibus vel ipsa causa, pro confessatis, *c.* 2. *de confess. in* 6. *c. nullus, de præsumpt.* ubi Philip. Franc. dicens: Confessionem † tripliciter fieri: 12
ore, rei evidentia, & contumacia, Bald. *in l.* 2. §. *quod si actor. n.* 2. *Cod. de jur. propter cal. dando*, Gail. 1. *observ.* 80. *num.* 5. *ibi:* contumax † in responden- 13
do, habetur pro convicto, *l. de ætate.* §. *qui tacuit.* & §. *seq. ff. de interrog. act.* in tantum, ut articulis vel positionibus in contumaciam pro confessatis, acceptatis, reus nedum citari vel ulterior dilatio ad respondendum eidem dari debeat, ne scilicet indicia pro ludibrio habeantur, in quibus Dei præsentia viget, ut ait, *l.* 13. *§.* 4. *C. de ind* imò contumax, ait Gail. *d. loc.* videtur protestari, quòd nolit citari amplius, *per gloss. in Clem. C. de dd. & contum.*

Præterea quia judex interloquendo † ad quæstionem procedit, Brun. 14
de indic. p. 2 *q.* 9. *num.* 10. Gometz. 3. *resol.* 13. Marsil. *in l.* 1. *num.* 13. *ff. de qq. & in*

*pract.§.nunc videndum,num.*2. *&* 20. Jam ulterius quæro, quid si judex reo re-
15 spondere nolenti torturam decernat, an reo inde appellante † judex teneatur acquiescere? Resp. Quanquam judex causam & indicia, cur quæstionem pronunciet, in decreto exprimere necesse non habeat, *c.sicut ext.de re jud.* id tamen in puncto contumaciæ, qualis hic casus noster est, secus se habet, Clar. *in pract.* §.*fin.q.* 93. Farin. *lib.*1. *tit.*5. *quæst.* 37. *num.* 8. ut idcircò appellandi occasionem ex omni asse consequi videatur reus, qua obtentâ & demum impetrata appellatione, dubium non est, quin supersedere judex teneatur. Bald. *in rub.c.com.epist. Jas. in l.*1.*num.*73.*ff.de off.ejus.* & Brun. *de indic.*2.*q.*5.*nu.*14. & testatur Farinac. *d. q.*38. locum habere appellationem, quandoque judex pronunciaverit reum torquendum esse, respectu responsionis incongruæ vel nullius à reo datæ, cum multis ibidem allegatis, si ergò appellare potest hic reus, utique & appellationi deferendum est à judice, per regulam, quòd appellatione pendente nihil innovandum vel attentandum sit, per notissima, adeò ut si judex pendente appellatione reum torserit, isq; nonnihil confessus sit, nihil actum videatur, Bald. *in rub.C.com.epist.*

Quòd si tamen de calumnia & injustitia appellantis liquidò constaret, puta si indicia adhuc alia stringerent contra reum, res aliter expedita est, per
16 vulgò tradita. Quòd nulliter appellantes † non habeant remedia attentatorum, Vant. *de null.p.*122. vel ut aliâs dici solet, appellatione nullâ existente, nō fit locus materiæ attētatorum, Monfred. *cons.*75. quòd tunc obtinere arbitramur, quoties consensu rei acta indicii transmissa fuissent ad Academias vel haud suspectos Scabinatus, qui reum torquendum esse pronunciassent, Francisc. Herculan. *in tr. de attent. pag. mihi* 140. qui eodem in loco plures excipit delictorum species, unde appellari non queat ad superiorem, quæ sententia tamen indistinctè recipi non debet, per modò dicta & allegata à Bertaz. *cons.*8.*n.*39. Clar.*q.*43.

CAPUT LXII.

DE INDICIIS, QVÆ EX OFFICIO MALÆ custodiæ proficiscuntur.

SUMMARIA.

1. Custos rerum perditarum si indicare nolit fures, quos scire eum præsumitur, indiciis gravatur.

2. Capitaneus castri & vigil civitatis perinde tenentur.

3. Hospes depositum negans, suspectus est.

4. Recitatur ex Herodoto elegans historia.

5. Statuto introduci potest, ut de uno flagitio diffamatus quoq; de separatis delictis interrogetur sub tortura.

6. Confessio sine indiciis legitimis præcedentibus facta, nulla est.

7. *Custos animalium docere tenetur casum fortuitum, quo periêre pecora.*

8. *Contra custodem in litem jurare potest.*

9. *An per delationē pellium probetur mors animalis?*

10. *An fuga rei ex carcere noceat custodi carceris?*

11. *Quâ pœnâ coërceatur custos carceris, sponte vel culpa reum dimittens?*

12. *Si reus se occidit in carcere, qualiter custos teneatur?*

13. *Custos in carcere virginem captam stuprans, ultimo supplicio afficitur.*

14. *In quibus casibus custos excusetur reo dilapso?*

15. *Arrestum violans perinde ut effractor carcerum punitur.*

ALIUD indicium emergit, si custos † bonorum quorundam constitutus 1
bonis furto vel rapinâ subtractis vel dilapidatis nolit indicare fures, vel
significare, quorsum res alienæ pervenerint? quo casu custos torqueri potest,
ut indicet fures vel raptores, Angel. *in l.5. ff. commod.* Bart. *l.1. num.3. ff. de off.*
præfect. Vigil Blanc. *in l. fin. de qq. num.* 336. quod ipsum ad capitaneum † castri, 2
in cujus districtu spolia & rapinæ committuntur, extendi potest, quin etiam
ad custodes civitatum, subortis incendiis, aliisve incommoditatibus, quæ cura
solerti & humana providentia poterant præcaveri, *argum. l.1. C. de off. præf.*
Vigil. de furtis, homicidiis in aliquo hospitio, vel caupona factis, ratio suadet
evidentior, ut pro delicto manifestando torqueantur domestici, cumprimis
verò servi dehinc familiares ipsius hospitis, Bart. *in l. unic. §. servi, num.5. ff. de*
furt. advers. naut. caup. & stab. Par. de Put. *in tract. synd. in verb. tort. ill. 2. cap. 3.*
pag. 324. contra hospitem ipsum indicia ejusmodi stringunt, modò indicia
quoque alia unâ contra illum coacerventur, est enim juris ætiologia, quòd
unum indicium quæstionem nunquam generet, quòd toties inculcavimus.
Idem in hospite depositum † negante, tantò fortius receptum, quantò tur- 3
pius est, rem depositā scelerate contrectare, *Dd. d. loc.* quanquam servi, aliiq;
vitæ vilioris homines, sine aliis indiciis, præterquam quod viles personę sint,
rectè torqueantur, Bart. *in d. l.1.* extat penes Herodotum † exemplū hospitis, 4
depositum scelerate supprimentis. Ad Glaucum *(inquit)* Lacedæmonium vitæ
aliàs sanctitate satis commendatum virum accedit Milesius quidam, fluctuante
bellis assiduis Joniâ, apud quem, parte bonorum divenditâ, pecuniæ
acervum deponit, existimans fore, ut salvi sint nummi, sibiq; reddantur, cùm
allatis symbolis eos repeteret, sed tempore longo præterlapso heredes deponentis
Spartam veniunt, & exhibitis signis nummos reposcunt, ille depositi
quicquam se haud reminisci dicit, insuperq; Apollinem quid futurum,
heredibus furti eum accusantibus, & ut juramento innocentiam purgaret,
exigentibus, consulens; respondit autem Pythia hoc modo:

Glauce Epicydides equidem expedit ad breve tempus.
Sic orco vicisse intervertisseq; nummos,
Deiera & Evoreum quoniam manet exitus idem.
Ast orci natus, qui nomine, qui manibus, qui

Nullis est pedibus rapidè advenit, usq; adeò dum,
Convolvens omnem perdat prolemq; domumq;,
Cùm sobole Evorci melius, sed postea agetur.

Ad hoc responsum obstupefactus depositarius pecuniam illicò restituit heredibus, Andr. Tiraquell. *de pœn. caus.* 28. *num.* 5. Paridemq; exemplum, sed actione contraria depositi, recenset memorabile Valer. Max. *lib.* 7. *cap.* 3. *ibi:* Demosthenis astutia cuidam ancillæ succursum est, quæ pecuniam depositi nomine à duobus hospitibus acceperat, quorum alter interjecto tempore tanquam mortuo socio, squalore obsitus, decepta eâ omnes nummos abstulit. Supervenit deinde alter, & depositum petere cepit. Hærebat misera in maxima pariter & pecuniæ & defensionis penuria, jamq; de laqueo & suspendio cogitabat: sed opportunè Demosthenes ei patronus adfuisset, qui ut in advocationem venit, mulier, *inquit,* parata est depositi se fide solvere: sed nisi socium adduxeris, id facere non potest: quoniam, ut ipse vociferaris, hæc dicta est lex, ne pecunia alteri sine altero numeretur, &c. *Hæc ille.* Aliâs judex arbitrari & judicare potest, cuinam ex pluribus heredib. depositum sit restituendum? *l.* 18. §. 1. *in fine, ff. de solut. l. justè, ff. de acquir. poss. ß.* Petr. Pec. *de reg. jur. regula* 24. Qui enim mandato judicis paret, extra dolum & culpam est, *l.* 6. §. 6. *ff. quæ in fraud. cred.* nisi mandata contra jus impetrata sint, quæ ab omnibus judicibus refutari præcipiuntur, utpote executione indigna, *l.* 7. *ubi Dd. C. de precib. imp. offerend.*

Sed ad rem ipsam, dixi concurrentibus indiciis, hospites demùm torquendos esse, id exemplo hujusmodi declaratur, quandoquidem etiam con-
5 suetudine introduci † possit, ut diffamatus de uno flagitio, possit sub tortura
quoq; interrogari de delictis separatis, modò homo in genere, vir malus &
nocivus vulgò credatur, Brun *de indic. d. q.* 5. *n.* 66. Marsil. *in l. repeti, n.* 47. *ff.*
6 *de qq.* quâ cessante aliter dicendum est, cùm confessio sine legitimis indiciis †
emanata, invalida sit, & ex omni asse nulla, *gl. l. pen. ff. de qq.* Marsil. *in l.* 1. *n.* 32.
ff. de qq. per rationem illam communem: Quod ab initio non valet, nec tractu
temporis convalescit, imò nedum indiciis supervenientibus roborata subsistit, Bursat. *consil.* 201. *vol.* 2. *n.* 22. Gomez. 3. *resol.* 13. Roland. à Valle *consil.* 12. *num.* 91. *vol.* 3.

Cæterùm, quæ de custode suprà in genere tradidimus, in custode armenti, quod abactum adferit pastor, locum tenet, concurrentibus indiciis, Blanc.
d. loc. dd. in d. l. 5. *ff. commodati*, prout aliâs jure expeditum est, custodem ani-
7 malium † probare debere casum fortuitum animalis mortui, quò minus te-
neatur de malâ custodia, Joan. de Arnold. *in sing. sing.* 31. & custodire obliga-
tum, si rem amittat, vel ea non appareat, vel reperiatur deteriorata, in tantum
8 teneri, ut in litem † contra ipsum juretur, tenet Plot. §. 47. quem refert, Ar-
nold. de Reig. *in thes. jur. pag.* 590. jure Saxonico constitutum apparet, ut cu-
stos.

stos pecoris de amisso grege omninò teneatur, Sand. *art.* 48. *lib.* 2. & an per delationem pellium † probetur mors animalis, disquirit Joan. de Arnold. *d. loc.* 9
Arnold. Keig. *cit. loc.*

Sed de custode † carceris quid statuendum sit, reo quem custodire debebat dilapso, an indistinctè fuga rei pariat indicium contra custodem quasi dolo reum dimiserit? quæ quæstio momenti gravioris est inde, quòd probato dolo custos eam pœnam sustinere cogatur, quam ipse reus meritus erat, Paris de Put. *in tr. synd. verbo. carcer. c.* 5. *pag.* 144 Marsil. *in pract. crim. §. attingam, num.* 18. Dd. *in l. ne quis, ff. de custod. reor.* Sanè indiciis concurrentibus, uti familiaritas, societas, & amicitia, cum incarcerato, latâ culpâ custodis, vita levis & vilis fama, &c. Custos quæstioni subjugari potest, ut indicet reum, quò fugerit, Bart. *in l.* 1. *n.* 3. *ff. de præf. vigil.* cum primis quoties crimen atrox & nefandum expiandum erat, ne dimisso illo lætitiæ & gaudia hominum perturbentur, ut ait *l.* 3. *C. de episc. audient.* Bart. *in d. l.* 1. *num.* 3. *ff. de off. præfect. vigil.* supplicium autem custodis reum † dimittentis est, ut modò diximus, pœna talionis, siquidem reus ultimo supplicio afficiendus erat, id verò demum obtinet, si dolo dimissio facta probetur, uti similiter suprà notavimus. Sin culpâ custodis reus evadat, extra ordinem punietur, Angel. *in l. carcerato, ff. de cust. & exhib. reor.* Alciat. *de præs. reg.* 3. *præs.* 15. Par. de Put. *in tr. synd. in verb. carcer. & carceratus, c.* 3. *n.* 3. *pag.* 141. quin etiam reo in carcere † seipsum interficiente, custos tenetur, quoties defuncto funes, venenum, cultelli, ab amicis traditi fuerint, non observante id custode, cujus officium erat diligenter inquirere & perspicere immissa in carceres, etiam si opus fuerit, frangere ferculum, panes, lagenam vas vino plenum, boli carnis, casei, &c. ad hoc ut certificetur, numquid fortè limas tegant, aut alia instrumenta ad compedes limandos, & carcerem frangendum, accommodata, Paris de Put. *d. c.* 3. *num.* 10. *vers.* licet soleat prævideri, quæ & alia, si non exquisitè observaverit custos, in culpa est & coërcebitur. Porrò de aliis in carcere cômissis flagitiis custos quoque tenetur, ut siquidem mulier in carcere comprimatur, virgo † stupretur, quam si ipse custos cognoverit, ultimo supplicio affici debet, Faber. *in §. item lex Julia, num.* 6 1. *de pp. ind* Guid. Papæ. *decis.* 448. qua in re tamen dissentiunt criminalistæ, ut videre est penes Farin. *lib.* 1. *tit.* 4. *quæst.* 31. existimantem, eorum sententiam veriorem esse, qui statuunt, custodem eâ pœnâ teneri, quâ plectitur tutor pupillam carnaliter cognoscens, cujus delicti pœna est deportatio & publicatio bonorum, *l. unica, C. si quis eum cujus tut. &c.* Boër. *decis.* 317. *nu.* 1. qua in parte custodum † causæ non prolixa litis tela sed de simplici & plano debent ventilari, & decidi, *l. unius, §. fin. ubi gloss. ff. de qq. l.* 2. *C. quor. appell. non recip. l.* 2. *ubi* Bald. *C. de sport.* Cæterùm si non dolo vel lata culpa † custodis reus aufugerit, tenetur ille solummodò pro modo negligentiæ & culpæ admissæ, *l.* 12. *ff. de custod. & exhib. reor.* Casus fortuiti

causa nequaquam conveniri potest, *d.l.*12. non secus, ac depositarius, qui non nisi dolum & latam culpam præstat, nec de casu fortuito tenetur, *l. contractus, ff. Dd.R. ƒ.l.*1. *C. depo sit.* inter casus fortuitos quoque recensetur violentia, cui resistere non potuit custos, Alber. de Ros. *in l. fin. n.* 1. *ff. de cust. reor. per l. in rebus, ff. commod. l.*1. *§. fin. ff. ad SCtum Syll.* vel si mandato magistratus immissus esset reus in carceres debiles, & fragiles, quibus perruptis, reus evadat, etenim culpa caret, qui jussa magistratus fuit executus, *l. ne quis, ff. de cust. & exhibit. reorum,* sic extra culpam est custos, cujus collega vel concustos hominem dimiserit vel perperam clauserit carcerē, absente collega, non ad amussim animadverterit, uttúmne reus instrumenta, quib. se expedire posset vinculis, secum in carceres sumpserit, vel aliâs ipsi ab amicis in custodiam demissa fuerint, *argum. l. fin. ff. eod.* Bart. *in l. ad commentariensem, C. eod.* Angel. *in d.l. fin.* ubi hoc ipsum ad Castellanum, cujus milites castrum prodiderint, extendunt.

Denique vigiles & janitores quantum attinet, ii si captivum dolo aut
16 culpa dimiserint, perinde tenentur, neq; interest, sive vinculis sive arresto † tenebatur reus, prout jure constitutum est, nobilibus & doctoribus, aliisq; viris egregiis, vice carceris, totum principis palatium, castrum, vel oppidum assignari solere, Curt. *in l. admonendi & ibi*, Jason. *n.* 17. *ff. de jur.* Tiraquell. *de pœn. caus.* 31. *n.* 12. occultatores protectores, & adjutatores reorum, ut evadant, pro atrocitate criminis quoq; coërcendi sunt, juxta *d.l.*12. cùm par causa paria jura desideret, *l. si socer. ubi gloss. ff sol. matr.* qui pejores sunt longè his, qui ante captivitatem criminosorum, cum ipsis familiariter vixerunt, ut quoque occultatores ejusmodi societatis occultæ indiciis haud immeritò prægraventur, Bald. *cons.* 95. *lib.* Gandin *in tract. malef. de præsumpt & ind. colum.* 1. Tiraquell. *de ll. connubialib. l.* 5. *gloss.* 1. *par.* 5. *n.* 29.

CAPUT LXIII.

DE INDICIIS, QUÆ EX CAUSA DELICTI, ut loquuntur, descendunt.

SUMMARIA.

1. *Causa delicti quæ dicatur?*
2. *Causa delicti duplex est.*
3. *Metus & voluntas sibi invicem opponuntur.*
4. *Locus Aristotelis de sensibus perturbatis allegatur & explicatur.*
5. *Animus non eventus, spectatur in delictis.*
6. *Natura raro alteratur.*
7. *Testes de causa delicti examinati, in specie de ea dicunt deponere.*
8. *Duæ causæ vincunt unam.*
9. *Causa delicti pragnantes & graves esse dicuntur, cumprimis si de prima causa, ecquis deliquerit, quæratur.*
10. *Dolus allegatus in specie probandus est.*
11. *Antecedentia solent formare actus subsequentes.*
12. *Gradus doli dantur.*

Aliud

ALiud indicium eſt, quod ex cauſa delicti dicitur exoriri, juxta Caſon. *de indic.2.cap.1.& 3.num.1.2.& ſeqq.* Conſtat quippe criminibus & delictis
† hominum duas utplurimùm ineſſe circumſtantias, nempe 1. quis fece- 1
rit, 2. & qua de cauſa vel quamobrem fecerit, cùm enim flagitium commiſſum proponitur, dubitatumq́; quis autor ejus revera exiſtat, certè is præſumitur reus, qui cauſam delinquendi veriſimiliter habuerit. Quapropter cauſa ejuſmodi emergente, judex per cauſas inquirere & rimari jure poteſt, quæ cauſa ratio προκαταρκτικὴ vulgò nuncupatur, atque hoc in loco & προαίρεσιν delinquendi, & reum ipſum arguere & demonſtrare dicitur. Farinac.*lib.*1 *tit.*
5.*quæ* 52.ait: cauſam ejuſmodi eſſe duplicem, † unam impulſivam, alteram ra- 2
tiocinativam; Impulſiva eſt, quæ abſq; conſilio recto per depravatam animi paſſionem, vi & impetu hominem ad delicta invitat & impellit, qualis eſt vel iracundia, amor, ægritudo mentis, metus, dolor, ubi nempe animus affectibus ejuſmodi abundans, ſine prudentia & conſideratione eventus futuri agitur, & ad delicta perpetranda quaſi pertrahitur. Ratiocinativa eſt, quoties accuratâ & præmeditatâ delinquendi voluntas delictum præcedit, ut ſi reus amicitia, vindicta, odio, ſpe gloriæ, honore captus propter lucrum commodumq́; conſequendum, dominationem obtinendam, nonnihil inordinati & injuſti, quod delicti ſpeciem induit, committit, Foller. *conſil. crim. conſ.* 138. *lib.*1.*num.*13.*& in pr.crim.in verb.capiat,num.*45. Farinac. *d.loc.* ubi fallit, ſcilicet metum & dolorem inter cauſas ratiocinativas recenſens, *argum.l.*38.*§.*8. *ff.ad l. Jul. de adulter.* dolor juſtus inde dicitur, quòd voluntas delinquendi præmeditata delicto abſit, *& in l.*4.*ff.ad l.Cornel.de ſicar. & l.*1. *C.eod.* metus & voluntas delinquendi ſibi invicem opponuntur, Tiraquell.*de pœn.cauſ.*1.*n.*7.
ibi: metus † inſtantis periculi, nimiusq́; dolor tollit deliberandi conſilium, 3
& homo intenſo dolore vel metu percuſſus, plenitudinem intellectus maturitatemq́; conſilii minimè habet, *l. Grachus, C.de adulter.* quod inde quoque conſtat, quandoquidem effectu prædictæ cauſæ delinquendæ paſſim diſtinguantur, cùm enim cędes odio & vindicta commiſſæ, ordinariis *ll.* *pœnis plectantur, tot.tit.ff.ad l.Cornel.de ſicar.* Sanè metu periculi inſtantis, quò moderamen inculpatæ tutelæ, & defenſio juſta, omni jure licita, *l.*3.*ff.de juſt. & jur.* imò & dolor juſtus, juxta *d.l.*38.*§.* 8. pertinent, perraro aut nunquam ordinariè puniuntur, Tiraquell. *d. cauſ.*1. *per tot.* hinc Ariſtoteles Philoſophorum princeps quoq; ſcribit 5. *moral.* 8. quòd, quæ propter animi pertubatio-
nes † fiant, ea vel neceſſariò, vel naturæ ductu hominibus accidere ſoleant, 4
unde quoq; effatum hoc natum eſſe, homines ita perturbatos haud injuſtos nec pravos eſſe exiſtimandos, licèt factum in abſtracto conſideratum, injuſtum & illegitimum fuerit, neque intereſt, ut ad cauſam delinquendi redeamus, ſive cauſa illa revera & realiter ſubſiſtat, ſive non? Pone enim Cajum à Titio coram me traductum, quaſi me in rixa vel tumultu vulneraſſet, ego vin-

dictæ cupidus, Cajum ense jugulo, vel vim atq; injuriam illi subinde infero, hæc causa licèt falsa sit, nihilominus tamen verum est, manere causam primam, de qua suprà in ingressu hujus capitis diximus, constat enim per causam quis fecerit? hinc Farinac. nihil refert (*ait*) non fuisse aut non esse aliquid commodi aut incommodi, dummodò ostendi possit, inquisito ita visum fuisse, judex enim animadvertit, nec animadvertere debet, quo animo † quid
5 quisque faciat, non autem quo eventu utatur, *d.L.1.C.ad l. Cornel. de sicar. & l. 1.§.si quis instrumenta, C.de Latin.libert.tollend.*

Atq; hæc causa prima cùm quæritur, quis fecerit, eò fortius stringit, si nempe apparet neminem habuisse delinquendi causam, nec occasionem aptiorem, præterquam reus, de quo quæritur, Socin. *consil.54.lib.3.* Bald. *consil.427.num.5.vol.ult.* Bonacoss. *in comm.opin p.2.col.1.vers.indicia debent præ-*
6 *cedere*; Vel si inquisitus ad illam causam fuit pronus † & proclivis, ut quoties probetur reum esse libidinosum, si de adulterio vel stupro agitur, in causa homicidii, rixosum, & vindictæ cupidum, in peculatibus & sacrilegiis, avarum, in honore ambitiosum, in Magia & veneficio superstitiosum juxta illud:

Naturam furcâ expellas tamen usq; recurrit.

7 Cæterùm testes de causa † hac examinati in specie de ea deponant, necesse est, *arg c.2.de accusat.* neq; enim generalis & immensurata depositio attenditur, nec indicium hoc, deficientibus adminiculis quicquam operatur, quin potiùs fama bona, boniq; mores rei causam delicti prætensam & allegatam infringunt & destruunt, Foller. *consil.* 138.*num.*13. Sed quid si utrumque referant juratò causam, sanè res dubio caret, ecquid enim scrupuli remanere potest ostenso delicti authore, modò ut dixi, causa ratiocinativa hominum ad delinquendum induxerit non violenta, causalis, & irratiocinativa, qua de re
8 suprà, duæ causæ † enim exsuperant unam authent. *de consan. & uter. fratrib.c.1.§.2.vers.præponi iis Novell.*84.& duæ rationes vincunt unam, *auth.cessante, C.de legit.hered.* Vel ut vulgò dicimus: duo vincula plus ligant, §.*sed hodie, vers.quia concurrunt, inst. de adopt. §. 6. I. de nupt. authent. itaq; C.com. de success.* hinc est, quod toties tradidimus, indicium unum etiamsi magnum & vehemens raro aut nunquam sufficere quæstioni, Farin. *lib.1. tit.5.q.52.n.153.*
9 ubi ait: Quòd & graves esse debeant hujusmodi causæ † non leves & frivolæ, præsertim quoad primam, quando quæritur: quis occiderit? quam si inquiratur quo proposito, animique proairesi commissum sit delictum, ratio diversitatis est, quia nemo præsumitur hominem occidisse ex levi causa, lex enim propter effectum malum, omne malum præsumit de homicida Bart.& Dd. *in l.16.ff.ad L. Cornel.de sicar.& in l.si prius ubi:* Jason. *ff.de nov.op.nunc.* donec probet contrarium, nempe se fato magis quam fraude deliquisse, *l.1.C.ad C.Cornel.de Sicar.* Sin de causa secunda quæritur, aliud dicendum est, cùm propositum delinquendi, causa non ita gravis & par primæ excuset, hinc est quòd vulgò

vulgò dicimus, a dolo excusare levem culpam, *l 12 ff. de lib. caut.* adeò ut si inquisiti dolus allegetur † neque ea probetur in specie, reus absolvendus sit, 10 Bald. *consil.* 431. *vol.* 4. Roland. à Valle *consil.* 45. *nu.* 11. *vol.* 1. Cæphal. *consil.* 230. *num.* 28. *lib.* 2 Socin Sen. *consil.* 363. *vol.* 2. Cæpol. *consil. crim.* 36. quod tamen in casibus, quando lex dolum præsumit, locum non obtinet, præsumit autem lex dolum in delictis iteratis, Hippol. de Marsil. *in l* 1. *§. divus, ff. ad L. Cornel. de sicar.* Augustin. *in lib. soliloq. ibi:* vulnus iteratum non sanatur, & frequenter peccans vix veniam consequitur, quod latius prosequitur Tiraquell. *in tr. de pœn. caus.* 10. Cæterùm culpa lata probatâ contra reum, neq; tunc causa delicti plenè probata est, præsertim si culpa lata nonnullas habet præsumptiones & indicia, pro reo stringentia, nempe quòd non præmeditato consilio & voluntate hominem occiderit, cujusmodi indicia esse possunt, consanguinitas, amicitia, societas, conversatio antecedens amica & blanda, modus & occasio homicidii, cùm antecedentia † soleant formare & disponere subse- 11 quentes actus, *l.* 77. *ff. dd. acq. poss.* Eberhard. *in top. in loc. à concess. anteced. n.* 1. Proinde Cicero eleganter *in qq. Tusculan.* scribit vitium esse, consequentia reprehendere, ubi prima concesseris & in loc. de fato, si quod primum in connexo est, necessarium est, fit etiam quod consequitur necessarium dominus, Aleman. *in tract. de jur. primog consult.* 7. *pag. mihi* 348. adeò ut non pauci ex nostris gradus doli † quoque constituant, asserantque dolo leviori pro- 12 bato, reum haud afficiendum ultimo supplicio, Bald. & Salyc. *in l.* 3. *C. ex quib. caus. infam. irroget.* Alexand. *consil.* 144. *vol.* 2. quæ sententia verior vero est, & instar Evangelii, attestante Baldo *in l si fugitivus, C. de serv. fugitiv.* Tiraquell. *de pœn. causa* 45. *in fine, &c.*

CAPUT LXIV.

DE INDICIIS CONTRA EUM, QUI CUM DELICTA impedire posset, ea non impedivit.

SUMMARIA.

1. *Nemo tenetur regulariter delictis obviare.*
2. *Periclitantem juvare decet.*
3. *Astans periculis, quæ homini imminent, neq; juvans eum, occidere videtur.*
4. *Quæ adminicula hic considerentur?*
5. *Qualiter dux exercitus teneatur periclitantes socios juvare.*
6. *Dolus probandus est, in puncto hoc desertionis.*
7. *Prælati, pilati, &c.*
8. *S. Roma, officina muliebris.*
9. *Relatio Caroli V. de sanguinolentis prælatis.*
10. *Prælatos nemo audet judicare.*
11. *Quæ indicia ducem doli arguant?*
12. *Violatio mandati militaris capitalis est.*
13. *Referuntur versus Virgilii aliquot.*
14. *Quæ indicia contra ducem, eadem contra vasallum, dominum indefensum relinquentem, stringunt.*
15. *Vasalli dolus & delictum acrius puniendum est.*

16. *Latrunculi & fures domestici appellare non possunt.*

17. *Accusatori defertur juramentum suppletorium contra fures domesticos.*

18. *De filio patrem, famula dominum, in periculis relinquentem, idem quod in vasallo, jus est.*

19. *An in parentes naturales & spirituales cadat parricidium?*

20. *Quousque sese extendat judicis arbitrium in criminalibus?*

1 QUanquam delicto obviare, † seq; ipsum subinde discrimini vel periculo
exponere nemo teneatur, Carrer. *in pract.2.de ind.*§.18.*pro l* 1.*§.sed in eo,*
ff.ad Syll. unde evincitur, neminem insultatum defendere teneri, etiamsi com-
modè & sine periculo suo id præstare possit, per regulam communem: Quod
nemo alteri benefacere compellatur in foro seculari, *gl. in c. ad reprimandam*
de off. ord. id tamen utcunq; se habet, communiter exploditur vigore, *text.*
c.23.quæst.3. & c. qui potest. & c. quantæ de sent. excom. c. sicut. §. *illi de homicid.*
ubi dicitur oriri indicium societatis occultæ contra illum, qui cùm posset fa-
cinori manifesto obviare, id neglexerit, Blanc. *de indic. ad l. fin. ff. de qq. n.* 303.
& seqq. ut si in conspectu hominis armati occidatur homo, qui si periclitanti
2 † haud subvenerit, nō caret suspicione, imò homicidii fit particeps, vide Me-
noch. *de arb. qq. lib.2. cas.355. n.8. & præsumpt. lib.1. quæst.89. num.*113. *per l. culpa*
caret, & l. nullum, ff. de R. J. inde argumento à contrario sensu desumpto infe-
3 runt Dd. astantem periclitanti, † omninò teneri hominem defendere pro vi-
rili, & qua potest occasione, & modo malum impedire, & Gandin. *de ind. du-*
bit. num. 24. expressè scribit: si à morte potuisti hominem liberare, & non li-
berasti, occidisse videris, sed hoc omne verum est, hactenus modo sine pericu-
4 lo † & jactura proprię salutis tertius ille possit necem vel malum instans pro-
fligare, Abbat. *in c.1. num.5. de off. deleg.* secus si apparet, indicium ex intermis-
sione defensionis nullum generatur, Dec. *in l. culpa caret ubi Dd. com. ff. de*
R. J. ubi in intermissione hujusmodi dolum requirit, *Viv. com. opin. in verbo*
defendere, n.2. nec non indicia alia generalia, qualia sunt vitæ turpitudo, fama
5 mala, inimicitiæ capitales, &c. Nam quanquam etiam prælatus † obviare
teneatur, si potest malo subditis instanti, Nicol. Moron. *de fide treug. & pac.*
6 *quæst.*138.*num.*41. uti & Dux belli † cum primis, cujus officium est subvenire
militibus in periculo adversus hostes existentibus, Capic. *decis.* 130. *num.* 67.
Cagnol. *in d. l. culpa caret, n.3. ff. Dd. R. J.* Imò & vasallus, qui si dominum
periclitantem in bello dimiserit, neque unâ cum ipso ad vitam & sanguinem
usque pugnaverit, feudo privatur, *c.1. quib. mod. feud. amitt. ubi præclarè* Frid.
Schenck. Baro. *Vasq.* 1. *cont. illust.* 18. quoniam tamen dolus malus † in præ-
lato duce vasallo perrarò præsumitur, defensionis neglectus vel intermissio
hic nullum parit indicium, nisi uti diximus, desertio dolosa quoq; probetur
in prælato, duce, vasallo, cùm præsumptio una alteram destruat per notissi-
ma, & quantum fidem & amorem prælatorum erga subditos attinet, judicio
aliorum

aliorum submitto quantum in genere vel in particulari, casu posito, subditos à prælatis, ducibus indefensos relictos, vel quod deterius prædæ & direptioni esse expositos, judicandum fuerit, malè audientibus illis prælati pilati † 7
Episcopi aposcopi, pastores tonsores, cleri deliri, pontifex carnifex, &c. Unde discurs. domini de la Noë in Germanicum idioma translatus, der Prælaten Stuel seu (officina † Mulciberis) ein Werckstätte / darin die Schwerter 8
der Blutbade vnd deß Würgens geschmiedet / vnd die Rahtschläge zum Verderben deß Menschlichen Geschlechtes von Alters hero / biß auff diese gegenwertige Zeit erdacht vnd beschlossen sind / proinde Carol. V. † aliquoties di- 9
xisse fertur, quod testatus est Lazarus de Suendi. Quod si voluisset morem gerere prælatis, Joannem Fridericum, Saxoniæ Ducem occidendum fuisse, nec arcem vel castrum ullum in Germania remansisse integrum & inexpugnatum, sed quid de indiciis contra prælatos pro re nata plura proferre & referre juvat? cùm prælatos † nemo judicare audeat, & quærere, domine, cur 10
sic facis? qui nec in Principes Imperii læsæ Majestatis crimen committere dicuntur Card. Alex. *in cap. inprimis, col. 5. verf. non obest, 2. q. 3.* Gomez. *in §. rursus, Instit. de act.* negante id Julio Claro *5. recept. sent. § læs. majest. num. 7.* Quia Archiepiscopus Florentinus aliquis fuit suspensus, reus læsæ majestatis, & Henricus IV. Angliæ Rex, Waltherum Baldoke, priorem Londensem condemnavit, quod conscius conjurationis, eam non detexisset. Idem 8. fratres seditiosos misit in carceres, nec non Episcopum Eboracensem læsæ majestatis reum, capite mulctavit, & Vicarium Episcopi Londensem damnavit ad torturam, vide Arnisæ. *de subj. cler. cap. 2. pag. 28. & cap. 3. pag. 63.* De belli Ducibus hoc in loco disserere nec videtur operæ precium, quandoquidē bella ll. nesciant, ipsaque hominum audax malitia eò creverit, ut leges & disciplinæ quoque militares, hodie nauci habeantur. Sanè si juxta ll. præscripta, cum duce, exercitum quem defendere poterat, proditoriè deserentem, procedendum fuerit, sat indicii est, si excubias non accuratissimè disponit, † si hoste ap- 11
propinquante excursiones militibus, si potationes, somnia luxum in castris vel arcibus, ubi præsidia aguntur, licitè concedit, si quoties captivi de periculo ingruente deponunt, flocci id pendat, si hostem socios invadentem, tardius aggreditur, & quod turpius ad conspectum hostis vel instructo ordine, vel ordine turbato, & indisposito cedit, aut aufugit, si fama spargatur, ducem ære corruptum, si ante pugnam non cautissimè disposuit ordines, neque intrepidus ipsemet hostē aggressus fuerit, quā de re nos peculiare & prolixum conscripsimus consilium, quod suo tempore publicè edetur, certè hæc & alia indicia desertionis sunt & auxilii denegati prodromi & τεκμήρια, ut dubium non sit, quin probatis indiciis ejusmodi generalibus, vel capitaneus belli, quæstioni jure possit emancipari, cumprimis si probatum fuerit, capitaneum in una atque altera parte jussa superioris † neglexisse, cùm hic ipse 12

neglectus regulariter pœna capitali vindicetur, etiamsi res felicem sortita sit successum, *per l. 3. §. 15. ff. de re milit.* Sic Epaminondas Thebanorum Dux Stehinbrotum filium suum contra præcepta sua etiam feliciter pugnantem interfici jussit, Plutarch. *in paralel. cap.* 13. per regulam illam tritam; Qui facit aliquid prohibitum, puniendus est: quantumcunq; effectus bonus secutus fuerit, *d. l. 3. § 15. l. fin. C. de negot. gest. l. si quis, §. si puerum, ff. ad l. Aquil.* ratio est, quia in maleficiis voluntas non exitus est puniendus, *l. 1. §. Divus, ff. ad l. Cornel. de sicar.* nec mala facienda sunt, ut eveniant bona, *cap. ex tuarum, de sortit. c. super. de usur.* hinc illud Virgil. 9. *Æneid.*

13 *Hostis † adest, eia ingenti clamore per omnes*
Condunt se Teucri portas, & mœnia complent,
Namq; ita discedens præceperat optimus armis
Æneas, si qua interea fortuna fuisset,
Ne struere auderent aciem, neu credere campo:
Castra modò & tutos servarent aggere muros
Ergo & si conferre manus pudor iraq; monstrat,
Objiciunt portas tamen, & præcepta facessunt.

14 Porrò vasallus † dominum indefensum relinquens sive in bello, sive extra bellum, ubi dominum periclitari viderit, id accidat, non modò inde, ut diximus privandus est beneficio, sed indiciis præsentibus quoque se obnoxium, & ex omni asse suspectum reddit, non tam ex jure communi, *d. c. 23. quæst. 3.* quàm fidelitate, quam debet domino, juratâ, & ratione officii, ut indicium societatis occultæ, & insidiarum tantò fortius stringit contra clientem, quantò atrocius & immanius est, libertum contra dominum hostiliter insurgere, & quem contra injuriam & vim aliorum tueri debebat, ipsummet scelerato & pessimo exemplo offendere, Carrer. *in pr in 2. tr. de homicid. & assa. §. 9.* Gig. *de crim. læs. Majest. lib. 3. rub. fin. quæst. 2. num.* 2. 3. 4. Bart. *in l. utram, num. 3. ff. ad l. Pompej. de parricid.* Abb. *in c. 1. ext. de off. decess.*

15 Cæterùm probatis hoc passu indiciis contra vasallum, † non ambigi potest quin & torqueri is debeat, & delicto probato, immaniori graviorique supplicio, præterquam simplici legis Corneliæ pœnâ, coërceri, Tiraquell. *de*
16 *pœn. caus. 58. num. 9.* non secus ac latrunculi & fures † domestici, quibus illi, qui prætextu officii delinquunt, jure assimilantur, qui nec appellare possunt à sententia, *l. nulli, C. quorum appell. non recip.* nec rescripto Principis uti, quo indultum consequuntur, ut officium diutius retineant, *l. si quis C. de co-*
17 *hort. lib.* 12. quinimò quod speciale & notandum est, accusatori hic † defertur juramentum suppletorium, *gloss. in Novell. ut iudices sive quo suff. &c. §. necessitatem* Joan. de Plat. *in l. si aliquid, C. de suscept. lib.* 11. quod tam de reo ampliores, quàm minoris fortunæ indistinctè verificatur, *arg. l. jubemus, ubi gloss. in verb. administrat. C. ad l. Juliam repetundarum.* Ludov. Roman. *cons.* 415. Bald.

in l. man-

in l. mancipia, C. de ſerv. fugitiv. De filio patrem † indefenſum relinquente, 18
idem jus eſt, Gomez. 3. *reſol. de homicid. num.* 4. Viv. *com. opin. in verb. defende-
re, in fine*, uti & de famulo domeſtico, *Dd. in l.* 1. *&* 3. *ff. ad Syll.* Clar. *in pr.* §. *fin.
quæſt.* 87. *ibi:* quod ſi famuli ſcirent, qui ſi aggreſſorem domini occiderit, im-
punis evadit, *d. l.* 1. §. *excuſantur, ff. eod.* Ergo ſi defenſionem intermittunt,
non carent indicio ſocietatis occultę, *argum. l. culpa caret, ubi Dd. ff. de reg. jur.*
nonnulli etiam hoc jus ad fratres extendunt, *argum. l.* 2. *ff. ad l. Pompej. de par-
ricid.* Carer. *in pr. crim. in* 3. *tract. de homicid. & aſſaſſ.* 89. quinetiam ad filios
emancipatos, Menoch. *de arb. quæſt.* 2. *caſ.* 355. ſpirituales, de baptiſmate ſuſ-
ceptos, Menoch. *d. loc. num.* 16. Marſil. *in l. Divus, ff. ad l. Pomp. de parricid.* Go-
mez. 3. *reſol. de homicid. num.* 3. ubi ſtatuunt, quòd in naturales & ſpiritua-
les † parentes cadat parricidium ejusq; pœna, vide Paridem de Put. *in tract.* 19
ſyndic. in verb. ſuſpicio, pag. 893. ubi compaternitatem vel cognationem ſpi-
ritualem civili & carnali ait eſſe fortiorem, Bald. *in l. generaliter, de in jus voc.*
adoptivo patri, patrem ſpiritualem, ſive compatrem parem eſſe, ſcribit Tira-
quell. *de pœn. cauſ.* 21. *num.* 2. dicit: plus honoris deberi patri ſpirituali, quàm
carnali, cum Paride de Puteo. At nos quoad pœnam parricidii ordinariam
eam ſententiam approbare non poſſumus, 1. cùm odia ſint reſtringenda,
2. pater naturalis incertus ſit æquè ac pater ſpurii, §. *penult. Inſtit. de nupt.* 3.
quòd nulla pœna ſpecialis reſcriptis principalibus ſit expreſsè nominata,
quoad patrem ſpiritualem. Ergo judex juxta arbitrium pœnam infligere po-
terit, *argum. l.* 1. §. 1. *ff. de effract.* Alem. *in conſult.* 9. *de cæde miniſt. juſt. pag.* 988.
Si juxta arbitrium pœna parricidii non infligetur; Etenim judex arbitrium
ſuum quoties de crimine nefando & excepto agitur, extendere † & exaſpe- 20
rare non debet ultra pœnam capitis, quæ eſt gladii pœna, *l.* 7. §. *fin. ff. ad l. Jul.
repet.* Bertach. Bombin. *conſil.* 75. *num.* 2. Aleman. *d. loc. pag.* 935. *& ſeqq.* taceo
rationem pœnæ, *l. Pompejæ, de parricid.* huic extenſioni omninò refragari, uti
nemini id obſcurum eſſe poteſt, ceſſante autem ratione legis, & legis quoque
diſpoſitio ceſſare debet, *l.* 17. *ubi Bart. Zaſ. ff. de ll.*

CAPUT LXV.

DE INDICIIS, QUÆ EX INTERMISSA DE-nunciatione delicti emergunt.

SUMMARIA.

1. *Suſpecta taciturnitas præbet indicium quæſtioni.*
2. *Delictum commiſſum ſubticeri non debet.*
3. *Delicta manifeſtare nemo tenetur jure civili.*
4. *Iure canonico peccata denunciari debent, quod forum ſeculare in hoc paſſu ſequitur.*
5. *Refutatur ſententia Farinacii in hac quæſtione.*
6. *Subditi non relevantes malum principi ſuo imminens, graviter puniuntur.*

7. *Vasallus non tenetur salutem propriam præferre vitæ domini.*
8. *Historia de servo Panopionis ex Valer. Max.*
9. *Extraneus tenetur manifestare necem, quæ patri à filio suo paratur.*
10. *Qualiter pater ex delicto filii teneatur?*
11. *Antecedens arguit consequens.*
12. *Consuetudo ex consuetudine delinquẽdi orta, est quasi herba betonica contra reum.*
13. *In causa læsæ Majestatis sola scientia punitur.*
14. *An revelatio delicti pariat indicium?*
15. *An sacerdos teneatur manifestare ea, quæ sibi peccator sub spe silentii confessus est.*
16. *Pœna sacerdotis manifestantis secreta ejusmodi quæ adhibita tamen distinctione.*
17. *Relatio sacerdotis indicium parit in casibus permissis quando scilicet potest manifestare sibi commissa.*
18. *Sacerdos famæ integræ sit, necesse est, hoc in casu.*

1 PRæterea aliud indicium est, quod ex suspecta taciturnitate † vel intermissâ denunciatione delicti oritur, *c. placuit, 6. quæst. 2.* neque distinguitur
2 inter delictum committendum vel commissum, † quandoquidem etiam commissum subticeri non debeat, *c. delicto de sent. excom. in 6. & c. qui potest. 73. quæst. 3. & 1. dist. 83.* hinc illud vulgare effatum germanicum. Der Häler sey so gut als der Stehler/were kein Häler/so were auch kein Stehler. Quanquam vero Dec. aliiq; Dd. *in l. culpa caret, ff. de R. J.* existiment, non teneri aliquem
3 delicta occulta manifestare, † *per l. 1. §. si tibi, ff. de cond. ob turp. caus.* neq; ea, sive id quoque clamore fieri possit, impedire, Bald. *in l. 1. C. eod.* Resp. id quidem verum in foro contentioso, non conscientioso, adeò ut jus canonicum
4 † in hisce terminis sequendum sit, atque sententia Dd. communis, quæ statuit, impediendum & denunciandum esse malum, ne delicta maneant impunita, *l. 51. ff. ad l. Aquil.* Clar. *in pr. crim. q. 87. §. fin.* Cagnol. *an d. l.* culpa non secus, ac si putator arborum transeuntem non admonuerit de lapsuro ramo, unde homo poterat prosterni, & perire, cùm publicè intersit utile & pernecessarium, sine metu & periculo per itinera commeari, ut ait *text. l. 1. §. 1. ff. de his, qui effuder.* multò fortius, ut liceat absque metu prædonum, pyratarum & furum publicè itinerari, & negociari, cùm parium idem sit iudicium, nec et-
5 iam Farinacii † opinionem hic sequimur, *lib. 1. tit. 5 quæst. 51. num. 21.* ubi statuit, quòd nedum in foro conscientiæ revelandum sit crimen jam commissum, cui Resp. 1. id non tam apertis juris Canonici textibus, modò citatis, contrariari 2. quàm quòd silentiũ ejusmodi peccandi præbeat magis magisq; occasionem. At non mala scandala solùm, sed & occasiones scandalorum de medio sunt tollendæ, *l. 6. §. 3. ff. de off. præsid.* adeò ut *in l. 1. 2. C. de his, qui latron. occult.* expresse dicatur, ut non offerentes, indicantesve latrones, vel alios nocentes, admoniti eos exhibere, dispendio facultatum suarum puniantur.
6 De vasallis & subditis, † siquidem malum Principi vel Reipublicæ impendens, sciunt, neque id indicant, dubium nullum est, quin inde pœnam incurrant, *l. 1. §. occisorem, ubi Dd. ff. ad Syllan.* cùm hoc in passu vasallus servo æquiparetur, teste Eberhardo *in top. in loc. à serv. ad Monach. num. 11.* nisi quod vasallus

sallus † non teneatur præferre salutem propriam vitæ & incolumitati domi- 7
ni, uti quidem tenetur servus, *d.l.1.§. eodem in fin. ff. ad SCtum Syll.* Quemadmodum laudibus evehitur, servus Panopionis, † qui cùm cognovisset la- 8
trones ad occidendum dominum ædes intrasse, sumpto annulo & veste dominicâ, clam dominum posticò emisit, se autem in conclave & lectum Domini recepit. & ut Panopionem se occidi passus est, Valer. Max. *6.c.8.de fidel. servor.* atq; hinc jure accidit, quòd etiam extraneus † teneatur manifestare 9
necem, quæ à filio paratur patri, *l. 6. ubi*: Bart. *& Dd. ff. ad l. Pomp. de paricid.* Gomez. *3. resol. de homicid. num. 4.* Carrer. *in pr. 3. de homicid. & assass. §. nono quæro. n. 7.* Dec. *in l. culpa caret. n. 8. ff. de R. J.*

Quinimò pater † vel dominus scientes delicta per filium vel servos 10
committenda, ea non revelantes præsumuntur suspecti & participes illius criminis, Clar. *in pr. §. fin. quæst. 86.* Ergo hinc indicium generatur contra parentes vel dominos, ex causa enim effectus arguitur, Bald. *in l. 1. C. qui acc. non poss.* neque rationem diversitatis adeò manifestam videmus, quin utrobique idem statui debeat, & in commisso & committendo crimine, quoniam delicti unius aut alterius semel factus reus, perrarò soleat emendare mores juxta illud: qui semel malus, &c. adeò ut qui commissum celat delictum, videatur celare committenda delicta alia, licèt non in individuo, tamen in genere, ad positionem enim antecedentis † necessariò sequitur positio consequentis, *arg.* 11
l. 77. ff. de acquir. hered. vers. eodem momento, Eberh. *in loc. à concess. antec. & concess. conseq.* Dyn. *in reg. semel malus, de R. J. in 6. Dd. in c. 2. ext. de præs. & in l. 2. ff. de senator.* Marsil. *in pr. §. diligenter, n. 110.* Alci: *de præsumpt. 2. præs. 7. nu. 1.* Farin. *lib. 1. tit. 3. quæst. 23. num. 21.* ubi ait: quòd regula illa, Qui semel malus: de præterito in futurum quoq; trahatur, &c. Alex. *consil. 77. lib. 1.* Foller. *in pr. crim. in verbo, item quod, num. 8.* Roland. à Valle *consil. 63. n. 35. vol. 2.* adeò ut stante hac regulâ radicitus argumentari liceat ad consuetudinē † delinquen- 12
di, Foller. *& Dd. cit. loc.* consuetudo autem peccandi per se quoque indicium infert, Roland. *2. d. loc.* hinc Boss. *de ind. c. 65.* loquitur; quòd præsumptio ex delinquendi consuetudine oriens, fit veluti herba betonica contra inquisitum, quia cætera indicia non concludentia facit haberi pro concludentibus, Menoch. *de præs. lib. 1. q. 89.* dicit: consuetudinem delinquendi facere indicium, modò concurrant indicia, &c.

Sequitur jam ex hisce & aliis, taciturnitatem & delicti commissi & committendi parere indicium.

Planè in causa criminis læsæ † Majestatis sola scientia æquè ac delicti 13
perpetratio punitur, *l. quisquis, §. id quod & ubi* Salyc. *C. ad l. Jul. Majest.* Bart. *in l. 6. ff. ad Pompej. de parr.* Felin. *in c. qui alios, ext. de heret.* & Farinac. *19. tit. 5. q. 51.* testatur, civem alicujus principis fuisse decollatum, non manifestando eos, qui in necem principis conjurassent, & Henricus IV. Rex Angliæ ad

mortem

mortem condemnavit clericum non manifeſtationem, conjurationem in necem regis, quam non ignorabat, *vide cap. præcedens.* Etſi alii ſtatuunt, eadem pœnâ, qua ipſe reus dignus eſt, conſcium delicti afficiendum eſſe, vide
14 Far. *d. loc. nu.* 71. ulterius quæritur, utrumne ex relevatione delicti † tanquam depoſitione unius teſtis generetur indicium quæſtionis? Affirmat Placa. *in epit. delict. c.* 22. *n.* 17. Boſſ. *de crim. læſ. Majeſt. n.* 49. adeò ut nihil interſit ſive filius patrẽ & viceversâ, ſive extraneus reum nominet deferatq; judici, Matth. de Afflict *in c. imperialem, §. inſuper de prohib. feud. alien. per Fred.* hinc Cic. 3. *offic.* Quid ſi tyrannidem occupare, ſi patriam prodere conabitur pater, ſilebitne filius? Imò verò obſecrabit patrem, ne id faciat, ſi nihil proficiet, accuſabit, minabitur ei, ad extremum, ſi ad perniciem patriæ res ſpectabit, patriæ ſalutem anteponet ſaluti patris, &c. Idq; diſtinctè per multiplices aureas Dd. allegationes probavit, Autor *notarum marginal.* auff das *publicirte votum absolutorium in cauſa* Kayſ. *Fiſcalis* vnnd Heſſen Darmbſtadt *contra* Iſenburg Büdingen/ *n.* 78. *pag.* 43.

15 Hoc potiſſimum venit in controverſiam hoc in loco: An ſacerdos † teneatur manifeſtare delicta, quæ ſibi reus per pœnitentiam aperuit, & an depoſitio ſacerdotis faciat indicium ad torturam?

1. Quòd ſacerdos non teneatur manifeſtare ea quæ ſibi in ſacramentali confeſſione dicta & commiſſa ſunt, tenet, *c. ſi ſacerdos, de off. ord. c. dilectus, de exceſſ. prælat. c. omnis, de pœn. & remiſſ.* ut enim ipſe Jehova peccata hominis texit, ita confeſſor ea tegere debet exterius, adeò ut qui confeſſionem manifeſtet, violator ſacramenti exiſtimetur, inde præſertim, quòd relatione peccatorum, homines magis magisq; ad confeſſionem invitentur & ſimplicius confiteantur, Thom 4. *ſent. diſt.* 21. imò ſacerdos manifeſtans confeſſionem graviter peccat & punitur degradatione, & detruſione in monaſterium, *d. c. omnis, de pœn. & remiſſ.* neque diſtinguitur, an delicta communia vel atrociora
16 ſacerdoti † fuerint manifeſtata, Angel. de Malef. *in verbo & tradito tua patria, num.* 18. imò nedum mandato Papæ tenetur ſibi commiſſa relevare, idem *d. loc.* ego *in lection. ſuccif. fundalib. meis, c.* 8 *pag.* 65.

Sed hoc utut ſit, diſtinguitur tamen in hiſce terminis inter delicta perpetrata & perpetranda, adeò, ut licèt perpetrata ſibi manifeſtata revelare non debeat, perpetranda tamen indicare omninò teneatur Innoc. & Abb. *in d. c. omnis, de pœn. & remiſſ.* Aug. *de malef. d. loc.*

17 2. Reſp. Quanquam criminis revelatio ſacerdotis † regulariter non faciat indicium quæſtioni, Menoch. *de præſumpt.* 1. *quæſt.* 89. *num.* 26. Maſcard. *de prob. concl.* 377. dubium tamen non eſt, quin in terminis permiſſis, nempe quando manifeſtare tenetur, indicium pariat, cùm argumentum à contrario ſenſu in jure fortiſſimum ſit. *l.* 1. §. *hujus, ff. de off. ej. cui mand. eſt juriſd. l.* 2. §. *mulier, ff. de teſtam.* & perinde habeatur, ac ſi lege expreſſum eſſet, Eberhard. *in Top.*

Top. in loc. à contr. sens. præter modos verò relatos, & tunc sacerdos impunè potest. imò debet manifestare delicta perpetranda, quoties reus tractatui criminis renunciaverit, habeat tamen complices, qui, illo à proposito declinante, verisimiliter non sint cessaturi, sed quod machinantur revera executuri, Angel. *de Malef. d. loc. num.* 98. Cæterùm si reus dedisset licentiam sacerdoti, ut manifestaret ea, quæ confessus sit, putant plurimi, quòd sacerdos licitè possit indicare delictum, & quòd in hoc casu sacerdoti plenaria fides tribuatur, Felin. *in cap. testimonium, num.* 35. *extr. de testib. text. in cap significasti, de adult.* quod tamen ita exaudiunt, [1] modò sacerdos sit famæ † integræ, 18
Mascard. *conclus.* 1286. *num.* 2. [2] nec reus contradicat sacerdoti, idem *d. loc. num.* 3. [3] & deniq; sacerdos juratò assertionem suam stabiliverit, Mascard. *d. loc. num.* 3. *vide infra cap.* 99.

CAPUT LXVI.

DE INDICIIS, QUÆ EX DENUNCIATIONE OFFICIALIUM descendunt.

SUMMARIA.

1. *Denunciatio officialium parit indicium quæstioni.*
2. *Exploditur sententia Marsilii.*
3. *Ad nudam denunciationem non illicò judex reum incarcerabit.*
4. *Quid denunciatio privati efficiat?*
5. *Vicinus præsumitur scire facta vicini.*
6. *Dominus ædium tenetur indicare delictum in ædibus vel propè ædes suas commissum.*
7. *Historia memorabilis de Petrino de Lucâ recitatur.*
8. *Denunciator publicus de visu deponere, & ut testis juratò recipi debet.*
9. *In delictis levioribus relationi denunciatoris creditur.*
10. *Limitatur regula antecedens.*
11. *Fiscali referenti in majoribus delictis hodie creditur.*
12. *Statutum valet, quo disponitur credendum esse fiscali.*
13. *Definitio Fiscalis traditur.*
14. *An Fiscalis juret de calumnia?*
15. *Quando Fiscalis in expensas condemnandus sit?*
16. *Iudice errante, fiscus non restituitur in integrum.*
17. *Privatus fiscum conventurus, veniam à judice petere tenetur.*
18. *An fiscus satisdare cogatur?*

ALiud indicium est, quod ex denunciatione † officialium, puta syndici 1
Anziani vel Massarii, ut loquuntur, emergit, scilicet, qui ad denunciandum delicta publicè sunt constituti, Carer. *in pr. crim. tract.* 2. *de ind. & tort. ind.* 39. antiquitus quadruplatores dicti, quia quartam mulctæ partem, quæ fisco inferebatur ex denunciatione sua, participabant, Hippol. de Marsil. † *in pr. §. principium, num.* 20. statuit, quod ex relatione horum denuncia- 2
torum, nullum indicium oriatur, reclamat tamen eidem communis Dd. Schola, quæ ubivis docet & docuit, denunciationem hujusmodi parere pro

re natâ,& inquiſitionem, indicium, & ſæpenumerò probationem integram
& plenam,&c.

De primo agit Salycet. *in l. ea quidem,num.* 23. *C. de accuſat.* Capoll. *in*
*conſil.crim.*39. *num.*38.Blanc.*ad l.fin.ff.qq.nu.*396.Clar.*in pr.*§ *fin.quæſt.*7. Bart.
*in l.Divus,num.*8.*ff.de cuſtod.& exhib.reorum*, atque hic terminus ita explican-
dus eſt, ut indicium ex relatione officialis deſcendens producat inquiſitio-
3 nem generalem, non particularem,neque enim judex ad † denunciationem
factam illicò capiat reum, ſed pridem per generalia inquirat, generalem for-
met inquiſitionem *per ea quæ cap.*2.*&* 3. hujus tractatus ſuprà diximus, Clar.
in pr.§.*fin. quæſt.*7. ſed quia privatus quoque denunciandi poteſtatem habet,
4 quæritur,cujus effectus † ſit ejuſdem denunciatio? Reſp. In hoc differre u-
trumque, ut hic habeatur, loco teſtis, moveatq; perinde judicem ad inqui-
rendum, uti ille, officialis verò ſit vice accuſatoris, qui in teſtem hoc paſſu
non recipitur,*c.*14.*quæſt.*3.*c.forus*,§.*in omni, de V.S.* Roland. à Valle *conſil.* 98.
*num.*36.*vol.*4. hinc eſt, quod dicitur: denuncianti (officiali) non credendum
eſſe priuſquàm veritatem denunciationis ſuæ probet, Maſcard. *de probat.* 1.
*concluſ.*506.*num.* 1. denunciatio privati quoque in hoc differt à quadruplato-
ris relatione, quòd is ſæpenumerò ſuſpectus ſit inde, quòd ſolummodò de-
nunciet,cumprimis 1. ſi nimis anxiè ſollicitet de inquirendo, *qua de re ſuprà*
5 *cap.*15. 2. & delictum commiſſum ſit, quod denunciat, in vicinia † ſua, Blanc.
*de indic.in l.fin.ff.de qq.num.*275. Carer. *in pr.tr.* 2. *de ind.* §.13.*num.*16.*& ſeqq.*
3. Sitq; denunciator homo levis,& partim famoſus, Blanc.*d loc.*Marſil. *in pr.*
6 *in* §.*diligenter,nu.*150. prout aliâs jure receptum eſt, quòd dominus † domus
vel areæ juxta ædes teneatur reddere rationem de homicidio vel delicto alio,
in domo vel vicinia commiſſo, per regulam: Quòd domi exiſtentes præſu-
mantur ſcire facta domeſtica, *l.fin.C.de ſicar.l.in adulterii quæſtione,C.de adult.*
adeò,ut concurrentibus indiciis torqueri poſſint,ad nominandos reos, Paris
de Put. *in tract.ſynd.verb.tortus,cap.*3.Blanc. *de ind.num.*299. Angel. *de malef.*
*in verb.quod fama publica præcedente,num.*53. inter indicia verò illa ponunt, ſi
dominus ædium delictum in domo ſua cõmiſſum non denunciaverit, Natta
*conſ.*362.*lib.*2.Farinac.*lib.*1.*tit.* 5. *quæſt.* 52. Ergo denunciatio reſpectu diverſo
& indicia parit,& indicia purgat, per hactenus tradita. Sed ne nimium factis
& indiciis domeſticis tribuamus, ſuadet Farinac.*d.loc.num.*110. ubi pro decla-
ratione thematis memorabilem hanc hiſtoriam refert: ſcribit furem le Pe-
7 trino de Lucca † prævenіſſe in ædes cujuſdam mercatoris dicti Galcotti Gi-
roni,& cùm is jam capſam pecuniariam cœpiſſet aperire, dominus verò ſtre-
pitu commiſſo ſomnis excitaretur, atque in furem irrueret, furem arrepto
cultello dominum jugulaſſe, cæterùm ſtrepitum audientem domini puero-
rum præceptorem, conclave ſubintraſſe cum accenſo lumine, qui cùm do-
minum exanimem reperiſſet, occiſore per caminum dilapſo, domeſticos
con-

convocavit, eisq; facinus miserandum exposuit & demonstravit. Inde præceptor, qui solus & primus in cubiculo ab initio cadaver repererat, quasi homicidii reus captus, & quæstioni subjugatus est, qui tormentorum impatiens, confitetur se auctorem delicti, exindeq́; pœnas luit. Successu temporis fur quoq; capitur, & dum torquetur, fatetur cædem hanc, cujus reus præceptor arguebatur, & ultimo afficiebatur supplicio.

Sed ad rem ipsam: Cæterùm † denunciatio [2] indicium parit, quoties 8
denunciator publicus de visu, nempe quòd ipsemet conspexerit delicta perpetrata, deponit, quâ in parte ut alius recipi, & juratò examinari debet, Boss. *de denunc.n.2.v.2.* Masc. *de prob.lib.1.concl.*506.*num.9.& seqq.* Clar. *in pr.§.fin. quæst.*7. neque enim de auditu vel relatu factum, testimonium in hoc casu quicquam præstat, præterquam quòd leviorem quandam suspicionem arguat, nedum ad inquisitionem generalem sufficientem, Bart. *in l. Divus,n.26. Cod. de accus.* Boss. *d. loc.* Sin verò cum relatu officialis adhuc indicium aliud concurreret, aliter dicendum est, Marsil. *in pr.crim.§.principium,num.*21. Menoch. *de præs.*1.*q.*89.*n.*140.

Deniq; denunciatio [3] facit † probationem plenã in delictis leviori- 9
bus, quoties officialis refert, se vidisse laudantes & portantes arma ponè statuto prohibitum esse, ne portarentur arma, &c. Bart. *in d.l. Divus, n.* 8. Salyc. *in l.ea quidem,n.25.C. de accusat.* Marс. *in pr.d.§ principium, n.* 20. Boss. *de denunc.n.*10. Ergò de delictis gravibus aliter statuendum; Cùm contrariorum contraria sit ratio & juris dispositio, Bart. *d.loc.* Salyc. *d. loc.* per rationem vivam & communem: Quòd in delictis, ubi de vitâ & sanguine hominis agitur, luce meridianâ clariores esse debeant probationes, *l.fin.C.de probat.* & vox unius vox sit nullius, *l licet, C de testib.*

Quinimò denunciatoris † relatio eò fortiùs stringit, plenamq́; infert 10
probationem, etiam in delictis majoribus, siquidem denunciator ad hoc publicè sit constitutus, ut per provincias in delicta inquirat, & super iisdem quodammodò cognoscat, Gangin. *in rub. quom. de malef. cognosc. per denunc.n.*4.
Quod ipsum hodierno † seculo & usu de Fiscali, qui denunciatoris officium 11
gerit, affirmari quoq; debet, cùm parium idem sit judicium, *argum.l.si socer. ubi gloss.& Bart.ff.solut.matrim.* & à pari causæ potentiâ per effectus procedat,
Eberh. *in top.in loc.à pari, num.*2. Hinc statutum valet, quo † cavetur, cre- 12
dendum esse relationi Fiscalis vel Denunciatoris, modò Fiscalis soleat esse vir integer, verax & discretus, Bald. *in l.1.n.4. C.si advers. libert. & in l.si tutor.n.2. ff.de peric.tut.* quanquam Cassan. *in consuet. Burg.tit. de confisc. rub.* 2. definiat Fiscalem virum parum placidum, omnibus invisum, parùm aut nihil æquitatis in se habentem.

Sed an nudæ Fiscalis † relationi, statuto illo non extante credatur, vel 13
ubi Fiscalis causa adhuc dubia existente agit contra reum, jurare de calumnia

 teneatur?

teneatur? Utrumq; negamus per theoriam juris; qua dicitur, fiſcum ſaltem privilegiatum eſſe in caſibus in jure expreſſis, ſecus in non expreſſis, *l fin. C. de uſur. fiſcal. lib.* 10. *l. juſtus, C. de jure fiſci, l.* 1. *Cod. de hæred. petit. l. idem juris, ff. de*
14 *compenſat.* Atque juramentum † calumniæ expreſsè remiſſum non eſt fiſcali. Ergò. Quod enim expreſsè non mutatur, quare ſtare prohibetur? *ait l. ſancimus, C. de teſtib.* Quanquam in Camerâ propter mandantis autoritatem Fiſcalis juramentum illud non præſtet, memini autem aliquando id exactum fuiſſe à reis, ſed quia inuſitatum id erat, injunctum fuit reis procedere ad ulteriora, atq; ita ſilentio Camera juramentum exactum præteriit.

15 Denique Fiſcalis in † causâ ſuccumbens pro re nata in expenſas condemnari poteſt, quod tum maximè procedit, ſi privatum indebitè & calumniosè moleſtaverit, Viv. *deciſ.* 479. *lib.* 3. Rebuff. *de expenſ. art.* 1. *gloſſ.* 5. *n.* 20.
16 aliâs judice † errante fiſcus in integrum non reſtituitur, Franc. Cremenſ. *ſing.* 23. non minus ac Fiſcalis ipſe errans, Fachin. 9. *contr.* 80. Pereg. *de jure fiſci lib.* 6. *tit.* 2. *num.* 10. privatus fiſcum conventurus, veniam à Magiſtratu petere debet, *propter l. generaliter, ff. de in jus voc.* Lud. Rom. *in ſing. ſing.* quod tamen
17 practica non † obſervat, & an Fiſcalis ſatisdare cogatur in judicio? Neg. quoniam fiſcus ex omni aſſe præſumitur eſſe ſolvendo, Cujat. *in expoſ. Novell.* 1. Maſcard. *de probat. concl.* 806. *n.* 5.

CAPUT LXVII.

DE INDICIIS, QVÆ EX NEGATIONE depoſiti promanant.

SUMMARIA.

1. *Ex denegatione depoſiti oritur indiciū.*
2. *An in delictis levioribus locum habeat tortura?*
3. *Quæ delicta levia dicantur?*
4. *Tortura gravior eſt, ipſa manus utriuſq; abſciſſione.*
5. *Argumentum à majori ad minus ductum in jure validum & frequens eſt.*
6. *Quomodo in genere limitanda omnia argumenta topica?*
7. *Quæſtionis gradus diſtincti ſunt.*
8. *Quæ leves dicantur quæſtiones.*
9. *Quæ conveniunt juxta formam, ſimpliciter conveniunt.*
10. *Majus & minus omninò attenditur in pœnarum diſtributione.*
11. *Quænam vera ſit proportio pœnæ & delicti hoc in loco?*
12. *Lex ſanè permittit judici, ut emolliat pœnas.*
13. *Cauſa depoſiti criminaliter poteſt intentari.*
14. *Cauſæ criminales civiliter intentatæ non producunt quæſtiones.*

1 PORRÒ ſuccedit indicium, quòd ex denegatione depoſiti † oritur, affine capiti antecedenti 62. Cùm enim depoſitarius perneget depoſitum, actor probare depoſitum poſſit, torqueri is jure poteſt, *c.* 1. *ext. de depoſito, ibi:* nam & judicibus dedimus in mandatis, ut illum, quem ſub quæſtionibus ad ratio-
nem

nem ponent, etiamsi oportuerit vinculis alligatum, ut dictam pecuniam red-
dere compellatur, Par. de Put. *in tr. Synd. in verbo tortus, c.5.num.*1. Alexand.
*consil.*77 *n.*8.*lib.*1. Marsil. *in l. Divus,nu.*6.*ff. de qq.* Boss. *de indic.& consid.ante
tort.num.*97.

Sed opponi & moveri hìc potest: Atqui nedum in levioribus † delictis 2
locum habet tortura. Ergò multò minus in causâ depositi, quæ civilis est, *t.t.
ff.* depositi argumento à majori ad minus ducto, quod, cùm destructivè for-
matur & negativè tantùm in jure, validissimum est, *c.licet universis de testib.l.*1.
C.de negat.gest.l.nec ex verâ, C.de acquir.poss. ut si id, de quo magis videtur in-
esse, non inest, nec id etiam, de quo minus, *c.si ergò,*7.*q.*1. *& c.si Paulus,*32.*q.*5.
Bald. *in l.si quis, Cod.de Episc. & Cler.* ubi ait. Quod argumentum à majori ha-
beat locum quoq; in delictis, Eberhard. *in topic. in loc. à majori,n.*2.*p.*119.

Prius probatur per *l.edictum, ff. de qq. ubi:* Marsil. *n.* 1. Brun. *de ind.*2.*p.
quæst.*3.*n.*2. Damhud. *c.*35. Gomez. 3.*res.*13. hinc Ludov. de Peguer. *dec.crim.*1.
(*ait*) in regno Cathaloniæ judicio observatum fuisse, ne fur indicatus pro-
pter furtum primum momenti parvi torqueretur, utpote qui inde soleat re-
legari, prout in genere tradi vulgò solet, quòd in delictis levibus non sit locus
quæstioni, Brun. *d. loc.* ubi delicta † levia appellat abjectionem lapidum in 3
aliquem, vel aliam quamvis injuriam realem, armorum delationem, ambula-
tionem noctu sine lucernâ, lusum alearum, crimē abigeatus, stellionatus, &c.
imò ubicunque pro crimine pœna pecuniaria seu mulcta exigitur, quæstio nō
habet locum, Cravett. *consil.*137.*num.*1. Marsil. *in pract. in §.expeditâ, num.*57.
& in l.maritus, n. 4. *ff. de qq.* Ratio est, quia tortura major est omni pœnâ pe-
cuniariâ, & gravior, ut loquuntur, ipsâ manus utriusq; † amputatione, Mar- 4
sil. *in d.l. Divus, n.* 23. *& seqq.* Roland. à Valle *vol.* 3. *consil.*12.*num.*41. Si ergò
reus levioris delicti torquendus fuerit, sequitur graviorem fore probandi
modum ac puniendi ipsum, quod incivile & absurdum est; non tam 1. quod
inter pœnam & delicta proportio esse debet, *authent. omnes, C. com. de success.*
2. cùm quod unâ viâ prohibitum est, alterâ per obliquum concederetur, *l.
avia, §. Titio, ff. de cond. & demonst.* 3. medium propter finem inventum &
dispositum egrederetur ipsum finem & suos terminos, *l.etsi, §.proveniamus, ff.
de aur.& arg.leg.*

Sed hæc & alia utcunque se habent, parùm aut nihil tamen stringere
jam cognoscemus, quanquam enim argumentum à majori ductum in jure
usitatum & familiare sit, adeò, ut eo utatur † quoq; Pontifex, *in d.c.licet de te-* 5
stibus & impp Dioclet. P. Maxim. *in l.quicunq;*.5.*C.de fid. & jur.hastæ.fisc.lib.*10.
Siquidem tamen argumento huic juris dispositio reluctetur, vires & conse-
quentias suas prorsus perdit. Est equidem juris principium & infallibilis
maxima, in incertis, non certis, dominari argumenta † topica, Eberhard. *in
top.in præamb.ejusdem, num.*8. Joan. Nevizan. *in sylv.nupt.p.*1.*q.*1.*in fine*, ubi

locos legales, eorumque limitationes & fallentias per generalia quædam axiomata & præcepta illustrat & explicat. Atqui jure expeditum est, etiam in delictis levioribus quæstioni locum esse, quòd communiter consuetudine, quæ optima legum interpres est, observari, attestatur Alber. de Rosat. *in d.l. edictum*, 8. *num.* 4. *ff. d. qq.* Clar. *in pract. crim.* § *fin. q.* 64. quod modò pluribus enodabitur.

Ad *l.* 8. *resp.* quòd ibi expressè non excipiantur causæ delicti levioris, sed saltem proponatur, quòd servi in delictis atrocioribus ad eruendam veritatem torqueri possint. Si ergo tam præcisè, & juxta verborum corticem argumentandum est, sequeretur, nedum homines liberos in delictis atrocioribus torquendos esse, quia æquè *in d. l.* 8. opponuntur sibi invicem personæ torquendæ ac causæ delictorum. Sed illud absurdum. Ergò & hoc.

Resp. 2. Paul. Ghirl. *de qq. q.* 5. *quod d. l.* 8. loquatur de torturâ leviori, non immaniori & atrociori, ut & quæstionis, uti delictorum sint distincti
7 gradus † & proportiones, quam sententiam etiam sequitur, Farinac. *l.* 1. *tit.* 5. *quæst.* 42. *nu.* 20.

Et quod 3. dicebatur, graviorem abscissione manus esse torturam, id quoq; ἁπλῶς & indistinctè adstrui haud potest. Quod enim personas honestiores attinet, quorum fama magis cordis, quàm corporis est cruciatus, respectu earum verificari potest prædicta maxima non personarum levium, quæ nec famam, nec sæpenumerò ipsa tormenta curant, imò tormenta contemnunt, ut exprimi eis veritas nullo modo possit, ut ait Ulpian. *in l.* 1. §. 23. *ff. de qq.* Bald. *in l.* 1. §. *fin. ff. de pœn.* Ad rationes adductas. Resp. Quòd quæstio non pœnam atrocitate vincat, siquidem, ut diximus, hoc medium observemus, ut in delictis levibus leves, in gravioribus graviores teneantur & exerceantur torturæ, Chyrland. *cit. loc.*

8 Sed quæris, quæ † leves dicantur quæstiones? Resp. Id definiendum partim exinde, ubi statuimus non pari atrocitate fœminas personasq; alias pusillanimes, ac viros torquendos esse, ut enim illic torturam leviorem decrevimus, ita hìc immaniorem. Levior dici potest quæstio, ipsa territio, abductio hominis ad cavernas, ubi rei torquentur, & demonstratio instrumentorum tormentariorum, nonnunquam etiam applicatio, levisq; distensio sive compressio pro re natâ, junctâ comminatione severâ, ut ni fateatur reus, grandiora & multò atrociora fore tormenta, & quæ alia, atq; hinc est, quòd hodie reis, indiciis nondum sufficientibus & sat legitimis, decernatur tortura levis, uti territio vel applicatio instrumentorum, &c.

Cæterùm hisce ita positis, vacillat, quod de mediis finem excurrentibus quoque adferebatur, uti & argumentum à proportione desumptum, tum demum procedit, siquidem proportionabilia omnia vel termini, in quos cadit, vel cadere debet proportio, sint ejusdem rationis & conditionis, ut loquitur

quitur Eberh.*in Top in loc.à proport. nu.*4. ſecus ſi ſunt rationis diverſæ, Bald.
in l.ſi emancipati, C. de collat. hinc illud: Quæ conveniunt † ſecundùm for- 9
mam, ſimpliciter conveniunt, quæ verò differunt in formâ, ſimpliciter dif-
ferre dicuntur: per formam enim res eſt ea, quæ eſt, *l. Julianus, §. ſed etſi quis,
ff. de exhibend.* Nec movet, quòd vulgò dicatur majus & minus non inferre
differentiam ſpecificam, Gœdd.*in l.1.ff.de verb ſign.*ut adhuc ſequatur, quan-
tumvis levis & atrox infligatur quæſtio reis pro diverſitate perſonarum vel
cauſæ, inde tamen nihil derogari regulæ *d.l.*8. Reſp. in cauſis hujuſmodi adeò
gravioribus majus & minus † omninò attendi debere, non ſecus, ac ipſi pœ- 10
narum gradus accuratè ſunt diſtinguendi, atque juſtitia Geometrica, quæ in
diſtinctâ pœnarum diſtributione occupata eſt, rectè adminiſtratur, *tot.tit. de
pœn.* Weſenbec. *in parat.tit.1.de juſt. & jur. ibi*: nec uſquam certius conſpici
poteſt juſtitiæ actio, quàm in pœnarum diſtributione; tametſi enim lex in
genere & in abſtracto citra perſonarum & rerum complexum, & ſine προ-
σωποληψίᾳ pœnam conſtituit Arithmeticâ proportione, *l.6.ff.de his, quibus ut
indig.l.1.C.de pœn l.22.C.ead.* cùm tamen in concreto de pœnâ, † vel quæſtio- 11
ne perſonæ applicandâ diſquirit, rem ad proportionem Geometricam re-
ducit: nec tantùm, quid facto debeatur, ſed quid etiam congruat perſonæ,
expendit & examinat, *l.6.ff.ad l.Jul.de pec.l.16.l.9.§ fin.ff.de pœn.* quò pertinet
Proverbium, etiam Weſenbecio teſte; duo cùm faciunt idem, non eſt idem.
Ergò gravius in eodem delicti genere famoſus, quàm integræ famæ, plebe-
jus, quàm vir egregius puniendus, *l.28.de pœn.l.1.§.fin.l.penult.ff.de lic.* quid-
ni idem & longè plus in genere delicti diverſo? Et ecquis dubitat jure judici
† promitteate, ſæpenumerò ipſas pœnas à lege ſtatutas emollire & mitigare, 12
l.etſi ſeverior, C.ex quibus cauſ. Tiraquell. *t.tr.de pœn.& in præfat.num.*16.in de-
lictis levioribus haud decernere poſſe, vel debere quæſtionem leviorem,
cùm per quæſtiones quaſi per ſcalas ad delicta eorumq; probationes vulgò
deſcendamus.

Deniq; ad ipſam connexionis rationem ſeu argumentum tertium, ut
loquuntur, reſpondemus, fallaciam ex falſis præmiſſis, unde non niſi falſum
poteſt ſequi, committi: neque etiam movet hoc, quòd actio depoſiti ſit civi-
lis, jura autem in civilibus hoc habeant peculiare, ut actore non probante
reus abſolvatur, *l ſi debitori, ff.de jud.l.3. C. de eden.* ſin ſemiplenè probaverit,
juramentum ſuppletorium habeat, *l. admonendi, ff. de jur.* quod remedium
aliàs in cauſa criminali infert quæſtio vel tortura, neque enim ea decernitur,
niſi cauſa ſemiplenè probata, *gloſſ.in l.cum probatio, ff. de probat.* Proſper. Fa-
rin.*de ind.& tort.lib.1. tit.5. quæſt.36.num.*218.*pag.* 568. cauſa ſemiplenè non
probata defertur reo juramentum purgationis, *cap.fin. ext.de jurejur.* ſi nihil
probavit accuſator, reus abſolvendus eſt, *l.actor, C. de probat. vide ſuprà, c.*45.

Reſp. Diſtinguendum reſpiciendumq; eſſe, an cauſa civiliter an cri-
minaliter

minaliter intendatur; civilis actio nunquam producit, ut diximus, quæstio-
13 nem, criminalis regulariter, criminaliter † verò & depoſiti cauſam poſſe in-
tentari extra dubium eſt, *d.cap.1.ext. de depoſit.* Ergò & quæſtiones parit, Pa-
ris.de Put. *in tract.de ſynd.in verbo tortus, cap.5.* Alexand. *conſ.77.num.8.lib.1.*
Marſil. *in d.l.8.nu.6.ff.de qq.* Sciendum tamen, cauſas ſua natura criminales
14 † civiliter intentatas non inferre quæſtiones, adeò, ut ſi actor cauſa civiliter
producta, dehinc proceſſum criminalem vellet ventilare, non audiendus eſ-
ſet per regulam, quòd una actione propoſita, altera excludatur, Bald. *in l.1.*
C.de appell. Batt. *in l.1.C.quand.civil.act.crim.præjud.*

CAPUT LXVIII.

DE CONFESSIONE STVPRATÆ, ADVLTERATÆ vel raptæ mulieris.

SUMMARIA.

1. *Relatio adulteræ parit indicium contra adulterantem virum.*
2. *Adulterium probatur juramento adulteri, dicentis, ſe cum uxore alterius concubuiſſe.*
3. *An relatio minoris, qui Sodomiam paſſus, faciat indicium.*
4. *Sodomita interrogari debet de ſociis.*
5. *Explicatur l.fin.C.de maleſ.*
6. *Conſuetudine introduci poteſt, ut rei de ſociis interrogentur.*
7. *Rogatio de ſociis fieri debet in genere non individuo.*
8. *Rogatione non ritè facta, totus proceſſus vitiatur.*
9. *Nominatio ſociorum ſine interrogatione præcedenti facta, nullius eſt momenti.*
10. *Teſti ſe ſponte offerenti ad teſtificandum non creditur.*
11. *Nominator tenetur mediante juramento ſuam adſertionem ſtabilire.*
12. *Ratio cur nominatio ſtuprantis indicium plenum faciat contra ſtupratam.*
13. *Sublatâ forma res ipſa tollitur.*
14. *Nominatio duorum ſociorum plenum indicium parit, etſi ſint in verbis ſingulares.*
15. *Vbi difficilis eſt facti probatio, perſonæ inhabiles teſtificari poſſunt.*

1 ALIUD indicium eſt, quod ex relatione † ſtupratæ, adulteratæ, vel raptæ
mulieris deſcendit, Paul. de Caſtr. *conſil.*1219. & idem *conſ.*348.*lib.*1. Boſſ.
*de indic. & conſid.ante tortur.num.*160. quod intellige de relatione vel aſſer-
tione judicialiter & ſub quæſtione factâ, Carer. *in pr.crim.in tract.2.de ind.&*
*tort.§.decim.indic.n.*4. Menoch. 1.*præſ.*89.*num.*82. Sic relatio ſeu confeſſio
adulteræ indicium parit contra adulterum nominatum, Maſcard. *de prob. No-*
2 *vell.*158.*n.*4.*& concluſ.*452.*num* 14.*lib.*1. ubi ſtatuit, quòd adulterium † quoq;
probetur juramento adulteri dicentis, ſe cum uxore alterius concubuiſſe,
idem *concluſ.*312.*&* 452. quod tamen approbari non poteſt per *l fin. ubi dd.c.*
de accuſ. Pariſ. *conſil.*64.50.*lib.*4. Menoch. *de arbit.jud.quæſt.* 2.*caſ.*474.*n.*23.
*lib.*2. ubi unanimes evincunt, adulteræ dictum vel nominationem non pare-
re indicium, cùm fides ei non habeatur. Quod argumentum pari ratione in
rapta vel ſtuprata obtinet: concilianda verò eſt res ita: aut nominatus aliis
indiciis

indiciis prægravabatur, aut non: Si indiciis urgebatur, nominatio stringit, neque refert, sive rogatus, sive non rogatus reus sociam, vel hæc illum nominaverit, vide prolixè Farin. *lib.*1. *tit.* 5.*q.*53.*num.*80. De Sodomitis idem esto judicium: Sed an minoris † Sodomiam passi nominatio stringat contra no- 3
minatum, faciatq; indicium ad torturam? Affirmat Boss. *d.loc.n.*160. Marsil. *in pr.crim.* §.*diligenter,n.*8. *& seqq.* ubi prolixè evincit, qualiter impuberis assertio indicium faciat quæstioni, Mascard. *de probat.*3. *concl.* 1313.*n.*9. dissentit Par. *consil.*163.*num.*6. *vol.*4. Roland. *consil.*3.*num.*26.*vol.*3 Marsil. *consil.*28.*n.*1. Sed conciliari quoq; hæc possunt distinctione modò dictâ; neque enim nos dicimus assertionem impuberis ἁπλῶς, sed junctis adminiculis demum parere quæstioni indicium, Boss. *de indic.nu.*160. Bertar. *consil.*71. *num.*66.*vol.*1. adeò, ut hìc minor quoq; de sociis possit interrogari juxta theoricam, quâ † 4
placuit, interrogari posse socios in quovis delicti genere, quòd de sui naturâ non soleat nec possit sine socio perpetrari, Salyc. *in l.fin. n.*7.*ff. de accus.* Blanc. *de ind. ad l.fin. de qq.num.*372. Gomez. 3.*resol.* 12. neq; hìc † adversatur, *l.fin.* 5
C. de malef. & malef. ubi proponitur, quòd etiam in causa Magiæ possit reus de sociis interrogari, quantumvis ea exerceri queat sine sociis. Resp. tradi *in d.l.fin.* exceptionem ad relatam regulam, ut in delictis atrocioribus, ubi salus publica periclitatur, nisi malum nascens penitus eradicetur, de sociis reus queat etiam rogari, Natta *consil.* 298. uti & hoc receptum est, quòd si reverâ opinetur judex, reum sine sociis non deliquisse, interrogari etiam debeat, ut in causâ Assasinii & quoties indicia apparent de interventu sociorum, Blanc. *de ind.in d.l fin.num.*379. Albert. de Rosat. *in d.l.fin. C. de accus.* ubi statuit interrogari posse in hisce casibus quidem reum de sociis, sed non ad effectum torturę, nempè ne nominatio sola plenũ indicium pariat, per rationem vivam & communem, quòd unici testis depositio hactenus indicium pariat, modò is sit omni exceptione major, per ea, quæ suprà *cap.* 5. dicta sunt. Atqui reus nominans socios, omni exceptione major non est, quod controversia caret, *l.*3.§.*lege,ff.de testib.l.infamem,ff.de publ.jud.c. preterea de testib.* Ergò; dissentit Marsil. *in l.*1.§.*divus-n.*20.*de quæst.* Ruin. *consil.*105.*lib.*4. Salyc. *in d.l.fin.n.*11. *C.de accus.* qui intelligendi sunt juxta materiam subjectam, de qua loquuntur, loquuntur autem de causa maleficii civiliter instituta, ubi socii nominationem, integram probationem inferre statuit, Salyc. *d. loc.* Hoc notari debet, quòd † consuetudine possit introduci, ut rei interrogentur de sociis, in quo- 6
vis delicti genere, quovis procedendi modo, Blanc. *in d.l.fin.* 374. Clar. *in proc.*§.*fin.q.*21. Fulgos. *consil.*173.*num.*2. Prout aliâs nominatio vel etiam interrogatio in casibus non exceptis præmissâ nominatione non prorsus effectu omni caret, quandoquidem ad minimum excitare judicem debet ad inquirendum adversus nominatum. Paris de Put. *in tr. Synd.in verb.tortus.c.*1.*n.*25. Brun. *de ind.p.*1.*q.*3. *n.*25. id verò tum maximè, si adminiculatur nominationẽ

indicium aliquod etiam generale, Mascard. *de probat. 3. concl.* 1311. *num.* 11. ubi
7 cumprimis tenendum est, ne interrogatio † de individuo, sed in genere fiat.
Neq; enim suggerere sed interrogare præstat, *l. 1. §. qui quæstionem, ff. de qq.*
8 Salyc. *in l. fin. num.* 11. *C. de accus.* suggestione autem factâ, vel non ritè † interrogatione formata, totus processus utpote nullus & inefficax corruit, Blanc. *de indic. d. l. fin. ff. de qq. num.* 318. Mascard. *lib. 3. conclus.* 1311. *n.* 39. Salycet. *in d. l. fin. num.* 12. *C. de accus.* Farin. *lib.* 1. *tit.* 5. *quæst.* 41. *num.* 4. ubi cum multis allegationibus hanc regulam illustrat & explicat. Quemadmodum ex adverso
9 absq; præcedente interrogatione, sociorum nominatio † facta, quoq; indicium non parit, Salyc. *d. l. n.* 11. Brun. *de indic. p.* 1. *quæst.* 3. *num.* 23. Gandin. *de*
10 *qq. & torm. num.* 16. *& seqq.* per rationem, quòd testi † se ultrò offerenti non credatur, *l. post legatum*, 5. *§. his verò*, 10. *ff. de his quib. ut indig.* Ruin. *consil.* 146. *vol.* 3. Marsil. *consil.* 2. *n.* 41. *& consil.* 12. *num.* 8. tametsi hæc sententia vulgò explodatur, cumprimis delicto commisso, quod sine sociis perpetrari non poterat per modò dicta, adeò, ut non tam judicem moveat ad inquirendum, si nominatus nulla adhuc alia laborat suspicione, quàm ut indicium pariat confessio, & nominatio sine interrogatione præcedente facta, vide Farin. *lib.* 1. *tit.* 5. *quæst.* 43. *num.* 190. neque movet quicquam allegata l. post legatum nempè, quæ de teste propriè loquitur: nominator verò sociusq; delicti testis reverà dici nequit, hoc in loco, 1. Quia est consors & particeps delicti, nemo autem in causa propria testis idoneus est, *t. t. de test.* 2. quia hodie regulariter non jurat reus, vide suprà *cap.* 45. at testi injurato non creditur per notissima. Ergò. Quapropter Marsil. *in pr. §. diligenter, num.* 62. ait, non credendum
11 esse reo † nominanti, priusquam juramento speciali non verificaverit confessionem suam, ubi practicam hanc tradit, ut nempè judex ante quæstionem faciat jurare reum de sociis interrogandum, & subdit, se hac practica quendam Ludovicum de Parisiis salvâsse à morte, Clar. *in pr. §. fin. quæst.* 21. *vers. quæro nunquid*, Menoch. *de arbit. jud. quæst.* 2 *cons.* 474. *num.* 60. Mascard. *de probat.* 3. *conclus.* 1311. *num.* 47. *d. cons.* 11. *num.* 9. Cravett. *cons.* 91. *num.* 7. & Ludov. Peguer. *decis. crim.* 5. *num.* 28. *num.* 34 ait: quòd juramentum hujusmodi debeat reo deferri parte citatâ, & reprehendit Clar. *d. loc.* Blancum in hoc articulo contrarium sentientem.

12 Sed ad rem paulò propiùs: Uti nominatio † adulteræ indicium parit contra adulterum nominatum, junctis aliis indiciis, ita quoque ad probandos mores meretricios alicujus mulieris admittuntur illi, qui cum eâ se copularunt, Mascard. *de probat.* 2. *concl.* 1068. *n.* 38. Gandin. *in tit. quom. de malef. cogn. per inquisit. nu.* 12. ubi adserit, quòd indicium faciat sola depositio testium affirmantium, se cum muliere vel virgine rem habuisse, quæ falsò se virginem adserebat, ratio esse potest, quòd concubinatus vel fornicatio cum personâ solutâ non inferat infamiam, quæ testem inhabilem reddit, ne de stupro vel forni-

fornicatione commissâ soleant fieri quæstiones, quemadmodum ergò depositio vel nominatio ejusmodi non nisi extra cancellos torturæ fit & peragitur: Ita non alium effectum juris, quàm nudam testificationem inferre potest. Sublatâ † enim formâ res ipsâ tollitur, *l. Julianus, §. si quis, ubi Bald. ff. ad exhib. l. mulieris. §. 1. ff. de V. S. c. tua nos, ext. de sponsal.* neque stringunt superiora, quæ de teste injurato, & socio delicti adferebantur. Quoniam in passibus diversis hìc versemur, nec quæ adulterio peculiaria sint indicia, ad causam simplicis stupri vel fornicationis possint pro re nata extendi, cùm separatorum separata sit ratio & juris dispositio, *l. fin ff. de calumn. l. neque natales, C. de probat.* 13

Porrò & nominatio socii in crimine suppositi partus quæstioni indicium facit, Dec. *consil.* 342. *num.* 2. *lib.* 2. ubi agitur de duabus fœminis, quæ de partu supposito contra sociam deponunt, agit, cujus sententiæ ratio est satis urgens & probabilis: quoniam veritas in duorum, quàm trium ore consistat, pervulgata: adeò, ut nominatio duorum † sociorum plenum indicium producat, etiamsi nominatores in dictis suis sint singulares, Clar. *in proc. §. fin. quæst.* 21. Bonacoss. *in com. opin. p.* 1. *vers. indicium*, probare autẽ non possumus eorum sententiam, qui adstruunt, duorum sociorum nominationem etiam sufficere ad infligendam pœnam, Gomez. 3. *resol.* 12. vid. prolixè Prosp. Farinac. *de indic. lib.* 1. *tit.* 5. *quæst.* 43. *num.* 39. ubi & hoc evincit, quòd nedum duorum sociorum nominatio sufficiens sit ad torturam, siquidem causa delicti non sit ita comparata, ut de sociis possint interrogari, Farinac. *d. loc.* Dissent. Ruin. *consil.* 185. *num.* 14. *lib.* 5. Mascard. *de probat. lib.* 3. *conclus.* 1311. *nu.* 56. ubi hoc sciendum est, quòd Dd. de actione civili ibidem loquantur, scilicet in casu, ubi falsus partus privandus erat hereditate, quam affectabat, cùm itaque mulieres consciæ partus suppositi deposuissent de rei veritate, dubitandum non fuit, neque modò in casu simili ambigendum, quin falsus partus hoc pacto probetur per regulam tritam, etiam causis civilibus consentaneam: Quod ubi difficilis † sit facti probatio, socii domestici, aliiq́, inhabiles ad testimonium dicendum admittantur, *quâ de re infrà in capp. aliquot sequentibus, &c.* 14 15

CAPUT LXIX.

DE INDICIIS, QVÆ EX SVSPECTA SOCIORVM exculpatione emergunt.

Summaria.

1. *Suspecta sociorum exculpatio parit indicium quæstioni.*
2. *Qui exculpat alium similis est ei, qui instanter urget ratione deducta à contrariis.*
3. *Socius criminis non jure testificatur, neq; pro, neq; contra socium.*

4. Reiterata exculpatio socii sub tortura attenditur.

5. Exculpatio moribundi valet ad liberationem.

6. Ad innocentiam probandam admittuntur testes inhabiles.

7. Nemo præsumitur velle profundere proprium sanguinem.

8. Quid si reus sumpturus S. Eucharistiam exculpet socios hactenus à se nominatos?

9. Exculpatio non relevat, si socius aliâs indiciis fortioribus urgeatur.

10. Moribundus omnis non est S. Iohannis Evangelista.

11. Moribundus præsumitur errare.

12. Vulnerati adsertio vel nominatio vulnerantis non parit indicium.

13. Exculpatio vel inculpatio quævis ad minimum debet movere judicem ad inquirendum.

14. Exculpatio est vel explicita vel implicita.

15. Quid si non moriturus revocet nominationem? vel faciat exculpationem.

16. Quæ dicta contradictionem implicant, nihil operantur.

17. Exculpatio non attendetur, ubi de delicto alias quodammodo constat.

18. Turbantur lætitiæ, & gaudia hominum, quoties criminosi admittuntur impuniti.

QUemadmodum sociorum nominatio adminiculantibus indiciis indicium parit quæstioni, uti in capite antecedenti satis superq; demon-
1 stravimus, ita † suspecta quoque sociorum exculpatio pro re nata indicium facit quæstioni. Ut cùm de delicto quæritur, ita comparato, quod sine sociis perpetrari non poterat, & socii quodammodò indiciati erant, reo eos, ne fortè ex his facilius exprimeretur veritas, nominare nolente, quin potius indiciatos constanter exculpante & excusante, quod indicium indiciis accedentibus non solùm contra nominandos stringit, sed ipsius rei causa inde quoque suspecta redditur, non secus, ac qui instantiùs urget inquisitio-
2 nem de delicto, *qua de re suprà cap. 15.* cùm contrariorũ sit † contraria ratio, & juris dispositio, *l. etsi contra, ff. de vulg. & pupill. subst. prim. Inst. de his, qui sunt sui vel alien. jur. l. 1. ff. eod.* tum quòd se ad testificandum ultrò exhibens suspectus sit, nec quoque socius in causa socii jure testificetur, *gloss. in l. quoniam liberi, C. de testib.* quod Salycet. *in l. fin. num. 12. C. de accus.* & licèt effatum hoc Dd. passim accipiant de socio nominante in casibus, ubi nominatio locum non habebat, dubium tamen non est, quin de socio exculpante quoque idem verificetur secundùm jam dicta. Cæterùm uti is, qui instanter urget punitionem criminis, potiùs indiciis gravatur, quàm ut accusatorem agere jure possit, ita quoque exculpator, nedum ad defendendum socium admittitur per testimonium scilicet legibus improbatum & invalidum, non secus ac testimonium socii nominantis vel accusantis regulariter rejicitur, *cap. forus, §. in omni, de V. S. cap. 3. quæst. 5. l. Divi, ff. de accus.* Bald. *in d. l.* quoniam ubi ait: quòd
3 socii & participes criminis † non admittuntur ad testimonia nec defendendo, nec impugnando, & propterea (subdit) si sunt quatuor in rixa, quorum tres volunt deponere, quòd ego non fuerim culpabilis, non creditur eis, *per l. fin. C. de accus.* Crot. *de test. num. 91.* ratio duplex præter superiores, adducitur

tur [1] affectio socii erga socium. [2] infamia rei, quoniam reus de se confessus jam infamis efficiatur, Mascard. *de probat. 3. concl.* 1311.

Sed quantum ad exculpandum socium: nosse oportet, excipienda esse à regulâ illâ. [1] Quando reus sub torturâ non semel, sed aliquoties causâ reiterata, † socium exculpavit, ut cùm de homicidio in tumultu, vel noctu 4
commisso agitur, reus constanter asseveret, socium aliâs indiciatum inculpabilem esse, Marsil. *in pr. §. restat.* & Carrer. *in pract. tr. 2. de ind. §. octavum indicium, num.* 29. ubi ἁπλῶς statuit exculpationem socii prodesse indiciato, [2] quod ipsum tantò fortius stringit, siquidem reus ad supplicium traductus, exculpationem † repetiverit per rationem communem & tritam. [1] Quòd ne- 5
mo præsumatur mentiri instante morte naturali, imò quilibet memor salutis æternæ existimetur, *l. fin. C. ad l. Jul. repetund.* [2] cùm factum occultum non possit aliter per rerum naturam, nisi eorum testimonio probari, qui facto interfuêre, Bald. *in d. l.* quoniam [3] tum quòd ad innocentiam probandam admittantur etiam testes † inhabiles, Gram. *decis.* 56. *n.* 16. per rationem, quòd 6
melius sit, nocentem dimittere, quàm innocentem condemnare, *l. sancimus, Cod. de pœn.* [4] & deniq; ad exculpationem inquisiti etiam præsumtiones & probationes imperfectæ admittantur, *gloss. in l. 1. C. ad l. Cornel. de sic.* Marsil. *in pr. §. ultimâ quæstio: num.* 15. Cravett. *consil.* 73. *num.* 19. *& consil.* 6. ubi statuunt, quòd credatur exculpanti contra se ipsum, cū nemo sanguinem † proprium 7
jactare vel profundere velle videatur, Dd. *in l. liber homo, ff. ad L. Aquil.* hinc exculpatio sociorum illa apud Virgil. 9. *Æneid.*

Me, me adsum, qui feci, in me convertite ferrum.
O Rutuli mea fraus omnis, nihil iste nec ausus,
Nec potuit.

Mascard. *de probat.* 3. *concl.* 1130. Farin. 1. *de ind.* 5. *quæst.* 42. legesq; ad absolvendum sint proniores, quàm condemnandum, meliusq; sit propter misericordiam reddere rationem, quàm crudelitatem propter notissima, *c. vera justitia* 45. Bald. *consil.* 400. *num.* 7. *vol.* 5. Cothman. *consil.* 48. *n.* 39. *vol.* 1. Hieron. Grat. *resp.* 43. *n.* 22. Vera justitia compassionem, falsa indignationem admittit, ait, Luth. *in Epistol. ad Card. Albert. Magdeb. pro Joanne à Schenitz.* Sed quid si, quod sæpenumero contingit, reus socios coram patibulo, rogo, furca, socios, quos hactenus nominaverat, exculpet, atq; exculpationem ejusmodi aliquoties repetat, vel si confitetur SS. Eucharistiam sumturus, se falsò & malitiosè nominasse socios? Resp. Ex præmissis, quòd licèt indicium † inno- 8
centiæ aliquod exculpatio pariat, *argum. l. fin. C. ad l. Jul. repetund.* neq; præsumatur jam morti vicinum mentiri, vel falsa narrare confitentem sacerdoti, Bald. *consil.* 25. *volum.* 1. hinc illud D. Hieronymi: Facilè contemnit omnia, qui cogitat se moriturum, & major morientium pars nititur mori sine onere cōscientiæ, Bald. *d. loc.* Cephal. *consil.* 75. *num.* 49. *volum.* 1. Siquidem tamen for-

9 tiora adhuc stringerent indicia, præter nominationem factam contra † exculpatum, sanè ea ipsa non diluerentur exculpatione, cùm limitata causa limitatos pariat effectus, Dd. *in l. cum pater, §. dulciss. ff. de legat. 2.* [2.] nec moribun-
10 dus † omnis sit S. Johannes Evangelista Bald. *in c. literas, ext. de præs.* imò moribundus comparetur homini mente capto & fatuo, cujus indicium vel adsertio jure nulla est, cumprimis in causa adeò gravi & ardua, *arg. l. hac consultissima, §. at cum C. qui test. facer. poss. per textum vivum & clarum, l. 3. §. 1. ff. ad SCtum Syllan. ibi:* Si quis moriens dixisset à servo vim mortis sibi illatam esse,
11 dicendum est, non esse credendum domino, si moriens † hoc dixerit, nisi potuerit etiam probari. Ergò in præsenti casu idem dicendum est. Quia contrariorum contraria est ratio, *d. §. 1. just.* de his, qui sunt sui vel alieni jur: quem textum Dd. communiter ad omnes moribundos, sive contra servos sive liberos homines facta sit confessio, extendunt, Bart. & Dd. *in d. l. 3.* nec obstat *l. mater, C. de calum. & l. qui cum major. §. fin. ff. de bon. libert.* ubi evincitur, teneri heredem convenire nominatum à defuncto, ut cùm lethaliter vulneratus, hominem mortis suæ conscium dixerit, neq; enim inde sequitur: Ergò reverà reus est cædis nominatus ille, plus in conclusione, quàm in præmissis est, *arg. d. l. 3. §. 1. ad Syll.* Ang. *de malef. in verbo, qui judex ad prob. n. 6.* ubi imperitos &
12 fatuos esse dicit judices, qui ad nudam vulnerati † adsertionem, ad torturam procedunt, Brun. *de indic. 1. quæst. 3. num. 26.* Blanc. *d. l. fin. n.* 390. quanquam nominatio ejusmodi ad inquirendum præstet, Brun. *d. loc.* Marsil. *in pr. in l. diligenter,* Gomez. *3. resol. 13. num. 9. vol. 3.* Menoch. *1. quæst. 80. de præs.* Roland. à Vall. *consil. 37. n. 9. vol. 3.* Ergò in contrarium argumentando exculpatio illa nihil aliud inducit, præterquam quòd judex teneatur accuratiores admittere defensionis causas, pauloq; tardius procedere contra exculpatum. Ut enim
13 ex omni asse fidem non facit exculpatio † illa, ita nec in genere repudianda, & quasi hominis insipidi & delirantis dictum existimandum est, etiam quoad alia indicia leviora, pręter nominationem antea factā, suborta, hinc est, quòd vulgò dicitur: Quod licèt in in vel exculpatio non faciat indiciū, faciat tamen qualem qualem innocentiæ præsumtionem, Socin. *consil. 54. num. 5. volum. 3.* Marsil. *in p. §. diligenter, num. 45* inprimis, si cum exculpatione concurrerent quædam innocentiæ signa, quę prudens judex probè trutinare non intermittat, *argum. l. 9. ff. de qq. & l. 7. ff. de rest. in integ.* Gram. *decis. 56. num. 71.* ubi ait: quòd quando exculpatio abundè sit verisimilis, tollantur inde indicia quoq;
14 graviora. Neq; interest, exculpatio † ejusmodi explicitè vel implicitè fiat, explicitam voco exculpationē, ubi expresse exculpatur socius, vel reus alius, quâ de specie hactenus: implicitam; quoties quis neminē exculpando, unum aut alterum inculpando nominat, etenim hoc pacto inculpati videntur tacitè & implicitè exculpati, cùm inclusio unius sit exclusio alterius, *l. cum prætor, ff. de jud. & l. etsi sine, §. sed quod, ff. domin. l. cum ita, ff. de cond. & demonstrat. l. maritus,*

maritus, *C. de procur.* Burs. *consil.* 20. *lib.* 1 *num.* 38. & exceptio confirmet regulam in casibus non exceptis, *l. 1. ff. de R. J. & in l. in his*, *l. quòd verò*, *& l. jus singulare*, *ff. de ll.* Quinimò Dd. exculpationem in articulo mortis factam tãti æstimant, ut inde inculpationem retrò factam, quoq; juratam & solennem revocari dicitent, Marsil. *consil.* 209. *n.* 30. Burs. *consil.* 201. *n.* 14. *lib.* 1. Mascard. *de probat.* 3. *concl.* 1130. *nu* 12.

Sed quid, si non moriturus revocet † inculpationem vel denunciationem suam, nonne idem est? Resp. nequaquam; cùm exculpatio hæc præsumatur fraudulenta & subornata, vel in fraudem fisci vel reipublicæ, cujus interest, ne delicta maneant impunita, *l. 3. Cod. de episc. aud.* hinc illud: Contra variantis causam jura præsumunt, *l. qui falsa*, *ff. de testib. Dd. var. consil. tom.* 2. *pag.* 118. imò, quæ dicta contradictionem † implicant, nihil operantur, *c. ubi repugnantia de R. J.* 1. *in* 6. Vergin. de Boc. *in tr. de interd. uti possidet. c.* 6. *nu.* 8. ne tamen obstinatus videatur judex, admittere debet exculpationem ad probandum errorem denunciationis vel inculpationis factæ, Boss. *in tit. de confess. num.* 59. Clar. *in proc. § fin. quæst.* 55. Sed hæc moribundi exculpatio similiter non relevat socium, siquidem indicia contra illum graviora adhuc purganda restant, uti ante innuimus, Clar. *d. § fin. quæst.* 52. ubi ait: quòd quando contra reum sint indicia valdè urgentia & proxima delicto, non sit standum exculpationi ad removendam quæstionem, Mascard. *de probat.* 3. *concl.* 1130. Menoch. *de præs.* 1 *quæst.* 9. Sin vulgaria sint indicia, ut fuga rei, minæ, inimicitiæ, conversatio cum maleficis, deambulatio in loco delicti commissi, &c. certè ea purgantur dictâ exculpatione, non verò, quæ dependent à testimonio unius testis, indiciis specialibus necessariò delictum arguentibus, Bald. *in l. 1. C. com. de leg.* Burs. *d. consil.* 20. *num.* 39. *lib.* 1. multò minus exculpatio † moribundi attenditur, quoties de delicto socii vel rei alterius plenè constat, Bald. *in d. l.* 1. *& in l. transigere*, *numer.* 26. *Cod. de transact.* Carer. *in pr.* 3. *tractat. de homicid. & Assasinio*, *§.* 17. *num.* 3. Gomez. 3. *resol.* 13. neque enim est in hominis potestate, de delicto non efficere delictum, juxta illud: quod factum est semel, infectum reddi non potest, Barr. *in d. l. transigere*, *Cod. de transact. in fine*, deinde exculpatio nihil aliud, nisi quandam partis remissionem sapit, *lib.* 2. *ubi Dd. ff. ad Syll.* quæ remissio quidem in partis præjudicium stare potest, non verò reipublicæ, ut quoque modò diximus ex *l. 3. C. de episcop. aud.* ubi dicitur, turbari † lætitias & gaudia hominum, quando rei convicti dimittantur impuniti, *l.* 13. *ff. de off. præs. Dd. in d. l. transigere*, *C. de transact.*

15 16 17 18

CAPUT

CAPUT LXX.

DE INDICIIS, QVÆ EX IVDICIS VEL TEstium exculpatione procedunt.

SUMMARIA.

1. *Quod propositum in proposito, hoc efficit oppositum in opposito.*
2. *Iudex moribundus de se confitens, quòd iniquas tulerit sententias, plenam fidem facit.*
3. *Iudex corruptus infamia laborat.*
4. *Defenditur Angeli doctrina in l. errore, C. de test. contra Farinacium.*
5. *An Notario credatur, qui dicit in mortis articulo se falsa instrumenta confecisse?*
6. *Infirmitas corporis est quædam spiritualis tortura.*
7. *Notarius & testes sua testimonia resignantes, videntur à parte corrupti.*
8. *Lingua falsorum testiũ est perforanda.*
9. *In Aphrica perjuri indistinctè ultimo supplicio afficiuntur.*
10. *Testis falsus tribus se obnoxium facit: Deo, judici & parti.*
11. *Via sigillata est, fundari in textibus.*
12. *Testem falsum producens in causa civili, totam causam perdit.*
13. *Cautela in hoc passu utilis traditur.*
14. *Iudæi testes esse possunt, in contractibus & ultimis voluntatibus.*
15. *Qualiter testes reprobatorii producantur.*
16. *Confessio per contraria judicia dubia effecta, non parit pœnam.*

CÆterùm quòd exculpatio reorum in arguendis vel exculpandis reis, hoc
1 idem præstat inculpatio, quod enim propositum † in proposito, id quoque operatur oppositum in opposito, *l. fin. §. fin. ff. de leg.* 3. Jason & Dd. *in §. plus autem, inst. de act.* & quanquam suprà *cap.* 21 de assertionibus moribundorum respectu tertii satis superque diximus, non tamen de confessione contra seipsos facta quicquam tradidimus, quod nunc pro re nata explicabimus. Accidit sæpenumerò, ut decumbentes conscientiæ stimulis acti de seipsis nonnihil confiteantur, quod inter vivos vix aut nunquam sponte erant revelaturi. Quibus quantum fidei tribuendum sit, jam dispiciemus.

2 Primo loco se offert judex, qui contestatur jam † moribundus, se in causis quibusdam iniquam tulisse sententiam, qui quia sibimet ipsi ante omnia præjudicat, nullus dubito, quin fidem mereatur contestatio, Abb. *in c. 2. num.* 12. *extr. de arb.* Roland. à Vall. *consil.* 37. *num.* 26. *vol.* 3. Mascard. *de probat. lib.* 2. *concl.* 949. *num.* 23. quoad tertium contestatio illa non stringit, nisi judex addat, se pecunia corruptum dejerasse, nulliterque processisse, Gabriel Rom. *concl. crim.* 32. *lib.* 7. *n.* 7. cujus sententiam improbat Farin. 1. *de indic. tit.* 5. *quæst.* 46. *n.* 83. veram autem ait esse demum hanc opinionem, siquidem & judex & assessor, sive ut illi loquuntur, duo judices, idem de eadem causa asserant, Jason *in l. jusjurand. §. procurator, ff. de jurejurando*, Angel. & Dd. *in l. errore, Cod. de test.* & transfert hunc articulum ad casum, ubi judices ad interrogationem judicialem juratò affirmassent, iniquè se judicasse, quæ extensio quoq;

quoq; nedum Farinacio placet, *d. loc.* per rationem, quòd † corruptus judex 3
infamis ſit. Ergò teſtis inhabilis, certè ratio nimis remota eſt, quæ non in-
fringit Angeli † doctrinam [1] cùm ad demonſtrandam innocentiam, perſo- 4
næ infames & inhabiles admittantur, Grammat. *deciſ. 56. num.* 16. vide caput
præcedens *69.* [2] ac ſi quæ reſtitit in judice calumnia, ſatis ſuperq; purgata vi-
deatur jurata illa aſſertione, eaque binorum judicum atteſtatione roborata,
cùm in ore duorum vel trium conſiſtat omne verum per notiſſima. [3] Imò
ſi ſimplex judicis unius aſſertio in hoc paſſu indicium ad inquirendum parit,
Maſcard. *de probat. 2. concluſ. 949.* quantò magis duorum judicialis & jurata
depoſitio indicium plenum & ſufficiens producat, nemo non vider, Angel.
in d l. errore.

Sed an idem de Notario, aſſerente jam morituro ſe falſa condidiſſe in-
ſtrumenta, dicendum ſit? Reſp. Non credi notario hæcce referenti in præju-
dicium tertii, niſi is ſanæ mentis & corporis, quoque demonſtraverit falſita-
tem, *argum. l. 3. §. 1. ff. ad SCtum. Syllan.* juxta illud: non credimus † referenti, 5
niſi de relato conſtet, *auth. ſi quis C. de edendo.* Gœdd. *de cont. & committ. ſtip.*
cap. 1. concl. 1. num. 5. Maſcard. *de prob. vol 2. concluſ. 923. l. aſſeveratio, ubi Bald.*
C. de non num. pec. neque omnis moriens eſt S. Johannes Evangeliſta, *gloſ. in*
cap. ad literas, ext. de præſ. non obſtat, quòd vulgò dicitur: infirmitatem eſſe
quandam torturam ſpiritualem, certioremq; illam, quæ per fidiculas infligi-
tur, Cravet. *conſil. 6. num.* 52. adeò, ut confeſſio † infirmi non ſecus, ac rei torti 6
plenam fidem faciat, Gramm. *deciſ. 8. nu. 9.* Reſp. à diverſis inferri: Quòd
enim confeſſio fidicularis & per tormenta expreſſa valeat, non tam adſertio-
ni reorum, quàm indiciis præcedentibus acceptum ferri debet, quæ ſi dicto
Notarii abſunt, tantò minus ei fides habetur, & ridicula eſt aliàs à morbo ad
torturam facta illatio, quæ in nullo penè poſſunt æquiparari gradu, quòd ſi
locus examinandi toleraret, poſſet id pluribus demonſtrari.

Porrò nec teſti in articulo mortis, confitenti ſe falſa depoſuiſſe in illâ vel
iſtâ causâ, creditur, niſi falſum inſuper docuerit, *argum. d. l. 3.* Atqui Notarius
teſtis vicem gerit, imò teſtis dicitur *κατ' ἐξοχὴν*, juxta communem theori-
cam: Ergò.

Ratio poteſt eſſe utrobique, quòd & Notarius, † & teſtes teſtimonia 7
ſua reſignantes, videantur à parte corrupti, in cujus gratiam & emolumen-
tum recantatio vergit, Felin. *cap. literas, de præſ.* Bald. *in l. generaliter, num. 2. C.*
de non num. pec. Marſil. *in pr. in §. diligenter, num.* 117. Covar. [illegible] *reſol.* 18. Alciat.
2. *de præſ.* 4. Clar. *in pr. in §. fin. quæſt.* 53. quam ſententiam adhuc obtinere arbi-
trantur, Farinac. *d. l. 1. tit. 5. de indic. quæſt.* 46. quanquam conteſtes idem facti-
tent, & revocent dicta ſua etiam per juramenta coram tribunali. Quod quoq;
ἁπλῶς dici nequit, ſive in materiâ civili, ſive criminali verſemur: Pone enim
teſtes, qui in cauſsâ criminali depoſuerant, Titium in rixa vel tumultu populi

Mævium trucidasse ad hoc, ut Sempronius cædis auctor evaderet, jam ad mentem saniorem redacti, actiq; furiis infernalibus, ut resipere, verumque homicidam nominare statuant, referentes adhuc testem nondum productum, qui viderit ita actum esse, uti in contrarium deponunt. Sanè ecquid obstat, ne innocens pereat? statuatur autem de vero sicario exemplum, & audiri testes pridem corruptos, & testem nondum examinatum, qui siquidem concordant, dubitari haud debet, quin diffamatus relaxandus, nominatus verò condemnandus sit, ut delicta suos teneant autores, ipsiq; tandem testes corrupti pro admisso flagitio puniantur, Bald. *cons.* 14. *p.* 1. Amanell. de Clar. *aquis sing.* 34. *allegans gloss. in l. omninò, C. de delat. lib.* 10. ubi dicit; Quòd lin-
8 gua † falsorum testium hujusmodi sit perforanda, aliàs pœna falsorum testium in causis criminalibus, unde quis iniquè esset vel condemnatus, vel condemnandus, est ultimum supplicium, & pœna talionis, *Const. Carol. V. art.*
9 107. & refert Gylman. ex Joan. Boëm. *in lib. de Aphric. cap.* 5. in Ægyptia † perjuros indistinctè decollari, scilicet qui duplici teneantur crimine, ut qui pietatem in Deum violant, & fidem inter homines tollunt, maximum humanæ societatis vinculum, Gylman. *in tom.* 2. *Symph. in decis. Camer. pag.* 255. quo alludit *capite* 1. *de crimine falsi*, dicit enim testem falsum tribus obligari, 1. Deo,
10 cùm scriptum extet: ne falsum † testimonium dicas contra proximum tuum. 2. judici, quia ipsius aures offendit, totumq; judicium, in quo Dei præsentia viget, *l.* 13. *C. de jud.* falsò perstringit testimonio, & sceleratè fallit. 3. Parti, quam testimonio suo spoliat bonis, fortuna, honore, fama, vita.

Cæterùm in causa civili teste resipiscente, nedum ob solam ejus recantationem sine aliis adminiculis productor testis punitur, vel causa confestim cadit: Ruin. *consil.* 15. *vol.* 5. Gabr. Rom. *d. conclus.* 32. 2. *lim.* cum moderamine & præscripto *d. l.* 3. *ff. ad Syllan. ubi Roman. nu.* 2. scribit, sufficere quoque (posito casu, probari non posse id, quod *d. l.* 3. requirit) famam & conjecturas verisimiles unà contra testem stringentes, quod tamen propter expressum textum vix potest probari, neq; enim verum est, quod speciem & imaginem præ se fert veritatis, & ut alibi traditum jure extat, nullam dubitationem in-
11 vehendam † esse, ubi textus sint in terminis, Zas. *in l. mores. ff. de jurisd. & l. quidam, num.* 11. *ff. de reb. cred.* Est enim, Baldo teste, via sigillata, fundari in textibus, *consil.* 87. *p.* 2. refert & sequitur Zas. *in defens. noviss.* adversus Petrum Stellam.

Nonnulli statuunt exculpationem testis vel socii criminis, ut maximè militare, & contra seipsos, & pro exculpatis, siquidem testis peccata sacerdoti confitens ante sumptionem S. Eucharistiæ exculpaverit illum, quem anteà ipse detulerat & inculpaverat, Marsil. *in pr. in §. restat, num.* 12. Bursat. *consil.* 201. *num.* 148. *lib.* 2. qui aliàs in hac exculpationis materia notanter docent, Quod exculpatio regulariter prosit reo, modò inculpatio retrò fuerit nuda nec

nec indiciis aliis vestita. Foller. *in pr. crim. p. 3. tert. part. num.* 101. Bursat. *lib.* 2. *consil.* 201. *num.* 14. Sed hanc regulam in capite præcedenti satis superq; enodavimus, Ergò missam eam hic faciamus; aliàs testem † falsum producens 12
in causa civili causam perdit, nisi intra dies octo post attestationes publicatas in specie renunciaverit dictis testium, Matth. de Afflict. *in decis. Neapol. decis.* 189. ubi Advocatos † cautelam docet, ne incidat in falsum, ut protestetur, 13
nempe se uti nolle depositionibus, nisi in quantum testes verum dixerint. Idem *decis.* 189. & *decis.* 214. ubi ait, & Judæos † testes esse posse in contra 14
ctibus, & ultimis voluntatibus probandis, secus in actis judicialibus, ut idcircò, quæ de testibus jure recepta sint, extendantur ad Judæos testes, Azo *in summâ, C. de heret.*

Sic affine est, quod de testium † exculpatione ad removendam incul- 15
pationem diximus, quando in causa civili dicitur contra instrumentum produci posse: testes, quibus id reprobetur, cùm enim testis instrumentarius deponit, se non intervenisse contractui, vel rem aliter sese habere, uti instrumentum dicit, fides posteriori adhibetur testimonio, Felin. *in c. cum Joannes, de fid. instrum.*

Sed ad rem ut revertamur, hoc notatum esto, quod licèt exculpatio non purget indicia † omnia contra reum pugnantia, præstet tamen ad hoc, 16
ne super indiciis illis aliis reus torqueri possit, nisi illa sint urgentissima, ut est indicium, quod ex depositione unius testis de visu deponentis, hauritur, Foll. *in pr.* 1. *p.* 3. Gomez. 3. *resol.* 13. quod indicium adeò potens est, ut quanquam offensus exculpet reum, inde non tollatur id indicium. Quemadmodum aliàs vulgò dici solet, exculpationem non derogare integræ probationi, Farinac. *lib.* 1 *tit.* 5. *de ind. quæst.* 42. *num.* 17. nisi in casu, ubi reus delictum confessus erat sub quæstione, quem deinceps socii exculpassent in tortura, cùm ad probandum confessionis errorem sufficiant indicia & conjecturæ, Bald. *in l. error, num.* 12. *C. de jur. & facti ign.* tum quòd confessio per contraria indicia dubia facta non pariat pœnam, licèt millies ratificetur, Boss. *de consil. n.* 46. Mascard. *de probat.* 1. *concl.* 384. *n.* 5.

CAPUT LXXI.

DE INDICIIS, QVÆ EX SINGVLARITATE testium descendunt.

SUMMARIA.

1. *Testium singularitas indicium parit quæstioni.*
2. *Qui testes singulares dicantur?*
3. *Singularitas testium quotuplex?*
4. *Obstativa singularitas quæ?*
5. *Adminiculativa quæ?*
6. *Diversificiativa quæ?*
7. *Quomodo salvanda sint dicta testium, ne inde singularitas sed potius indicia eruantur?*
8. *Singularitas idem est, quod unitas.*

9. Singularitas dolo non caret.

10. Testes mille singulares non probant.

11. Cautela Cœpollæ commendatur in hac parte.

12. Obstativa nedum probationem semiplenam facit, quod in alius speciebus secus se habet.

13. In quibus casibus non attendatur singularitas?

14. Singularitas quæ tendit ad eundem finem, non attenditur.

15. Testes quoad substantiam facti non discordantes, non sunt singulares.

16. Confessio gemina facta absente creditore, quando probet?

17. An & quando depositio de confessione extrajudiciali factâ, indicia pariat quæstionum?

1 ALIUD indicium est, quod ex singularitate † testium resultat; quanquam enim regulariter, nedum semiplenè probent testes singulares, Marsil. *consil.* 125. Dec. *consil.* 189. *nu.* 8. Gomez. 3. *resolut. tit. de probat. delict.* Cornel. *consil.* 37. *volum* 1. *num.* 35. dubium tamen non est, quin adminiculantibus indiciis indicium quæstioni pariant, Riminald. *consil.* 7. *nu.* 50. *lib.* 1. Paris. *cons.* 2. *n.* 92. *vol.* 4. Farin. *de test.* 3. *tit.* 7. *quæst.* 64. *num.* 85. *in* 60. *n.* 156. *un.* 316. Qui verò singulares propriè dicantur testes, varii variè tradunt & describunt, Bald. *in*
2 *l. de quibus, num.* 57. *ff. de ll.* ait, singulares † esse testes, qui in suis depositionibus conjungi non possunt, ad unum idemq; aliquod concludenter probandum, Ferr. *in pr. in for. opp. contr. test. vers. sunt etiam, nu.* 1. ait: testem singularem esse, qui in depositione suâ contestem non habet, & quod ipse scit, alter nesciat, quod ipse vidit, alter non viderit, &c. hinc est, quod Abb. *in c. bonæ memoriæ tradit ext. de elect.* qui respectu sensus recipiendi diversimodè testificantur. Caccialup. *in l. admonendi, n.* 81. *ff. de jurejur.* dicit: testes singulares esse, quorum depositio dubia & anceps est, seq; ad esse & non esse habet juxta illud: non probat hoc esse, quod ab hoc contingit abesse.

3 Distribui vulgò solet hujusmodi singularitas † in obstativam, adminiculativam & diversificativam.

4 Obstativa † est, quæ in actu reiterabili, non tamen reiterato contradictionem implicat, *gloss. in c.* 3. *quæst.* 9. Bald. *in c. licet causam, nu.* 11. *de probat.* exemplum suppeditat historia de Susannâ, *Dan.* 13. ubi senes duo de delicto reiterabili, at non nisi semel commisso deponebant, cui obstabat circumstantia loci, in quâ variabant, alter enim de tiliâ, alter de pinu deponebat.

5 Adminiculativa † est, quæ oritur non ex contrariis, sed diversis relationibus, ad unum eundemq; finem tendentibus, ut quando alter testis de famâ, alter de levitate hominis, alter de visu, alter de auditu, alter de confessione aliter atq; aliter factâ, alter de simplici atq; unicâ, quæ diversitas siquidem conciliari potest, ne in contrarietatem incidat, dictum aliud ex dicto alio confestim potest ac debet conciliari, Caccial. *in d. tr. l. admonendi. n.* 91.

6 Diversificativa † est, cùm testis de diversis actibus deponit, atq; in tempore loco, & quantitate rei discrepat, ut cùm testis alter dicit, Calendis Martiis, alter idibus Maji, alter Romæ, alter Veneriis, alter 100. alter 200. esse

mutuò

mutuò data, Caccialup. *d.loc.* quæ diversitas, quia conciliari † potest, non de- 7
bet omninò hæc depositio prorsus sine effectu esse, sed in quantum potest juvari & sustineri, ut testis dictum salvetur, ne veritas sub manu perdatur, Caccial. *d.loc.num.* 96. Lanfred. *de testib.n.* 90. præsertim ubi locus & tempus non est de substantia causæ Dd. *in c. venerabilibus de sentent. excomm. in 6.* Bald. & Salyc. *in l.fin.C. ne serv.* ex suo facto; vel ubi reus ipse confessus fuisset locum & tempus, *præpos. in c.nihilominus n.* 12. 3. *quæst.* 9. imò quando testis præcisè de tempore quæritur, sufficit, quòd mensem nominet, si diei verisimiliter oblitus sit, Præpos. *d.loc.* vel si quoq; per phrasin (videtur mihi illo die illud commissum) deponat, Tind. *de testib.lib.*1.*cap.*6.*num.*3. Alex. *consil.*149.*n.*2. *lib.* 5. Corn. *lib.*1.*consil.*92.*num.*5. Ruin. *consil.* 69. *n.*4. *lib.* 2. aliâs in hac diversitatis regulâ hic canon vulgò tradi solet: Quod testes in tempore discordes, licèt factum unanimes deponant, casu, quo tempus præcisè debebat probari, indicium quæstioni faciant, Prosp. Farin. *de testib.lib.*3. *tit.* 7.*quæst.*64.*n.*107. Etenim quod suprà diximus, singularitas probationem plenam rarò vel nunquam inducit, *text. in c.causam, c.bona, c.cum dilectus: de accusat.* ratio est, quia singularitas † idem est, quod unitas præ se fert, testis verò unicus non probat 8
per notissima. Ergò. Imò, singularitas † dolum refert, Foll. *in pr.crim.in* 9
verb.itemq; commisit fals.n. 26. atqui testes dolosi & falsi nihil probant. Ergò neq; refert, etiamsi testes mille † producantur super actu, in quo, vel circa 10
quem singulares reperiantur, Dec. *in c.licet causam*, *n.* 61. *de probat.* Jas. *in d l. admonendi, num.*84.*ff.de jurejur.* Gomez.3.*resol.tit.de probat.delict.n.*10. Quapropter † Cœpoll. hanc practicam ponit, *in tr. cautel. cautel.* 152. ut testes 11
producturus, prius interroget & exquirat, sintne singulares, nec ne? quas si singulares repererit, faciat potius examinari testem unum, quàm plures, quãdoquidem tralatitium sit, testes plures singulares, quàm minimum probare, Bald. *in l.jusjurandi, C.de testib.* Jason *d.loc. num.* 256. Crot. *de test.p.*7.*n.*318. Rim. *consil.*7.*num.*23.*lib.*1. Alexand. *consil.*94.*num.*2. *pag.*6. Bald. *in l.*32.*ff.d.ll.* ubi dicunt, testes eorumq; dicta non pluralitate, sed concordantiâ esse ponderanda, quoniam testes plures singulares in obstativâ nedum † semiplenam 12
probationem inferant, Corne. *consil* 3.7.*num.*8.*lib.*3. Caccial. *in d.l.admonendi, n.*84. *ff. de juri.* Quanquam nonnulli idem ad diversificativam extendant, si nempè ejus tanta sit oppositio, ut conciliari non possit diversitas, Caccial. *d.l.n.*91.

Singularitas † autem non attenditur, ubi in genere, vel totum aliquod 13
probandum est, Felin. *in c. licet, col.* 6. *de testib.* Caccial. *d.l.num.* 85. prout in possessorio judicio Baldus & *& gloss. in legem ob carmen*, §.*fin. ff. de testib.* nec materia præscriptionis, Idem Bald. *in l.testium, n.* 12. *C. de testib.* in causa servitutis, Felin. *in d.c.licet*, probatione jurisdictionis, Caccial. *in d.l.num.*84. consuetudinis, Bart. *in l.* 32 *ff.de ll.num.* 24. solutionis decimarum, Felin. *d.c.licet*,

Caccial.d.loc. Albert.de Roſ. in d. l.ob carmen, in exactione uſurarum illicita-
rum, Bald.in l.1.n.219. Cod.de teſt. in crimine hæreſeos, Bald. in l. act.n.4.C.de
probat.Sodomiæ, adulterii, ſtupri, teſtes ſiquidem de actibus tempore diver-
ſis deponentes, plenè probant, Alex. conſil. 13.num. 24. lib. 7. Crav.conſil.73.
n.33. idem in probatione famæ receptum eſt, Cravett. d.conſil.73.num.39.&
infamiæ facti, Bald. in l.1.num.8.C.de teſt. Caccial.d.loc.n.89 in probatione vi-
tæ hominis, Cravett.d.loc.num.39.ſcientiæ. Pariſ conſil.57.n.19.lib.4. furoris,
Bart.in l.de minori,§. plurimum nu.24.ff.de qq. conſanguinitatis, Felin. in d.c.
licet ætatis, Felin.ibidem probatione ſimulationis, Roland.à Valle conſil.50.
volum.4.doli, Bero.conſil.9.num.3.minarum, Gram.deciſ.5.n.14. aditionis he-
reditatis, Caccial.d l.num.84.blaſphemiæ, Crott. conſil.7.n.71.lib.1.in proba-
tione alicujus animi voluntatis & morum, Maſcard. de probat.1.concl.94.n.3.
in probatione ſocietatis, habitationis, malæ fidei, Gabr. de teſt.concl.2.nu.43.
44.45. in cauſis difficilis probationis, Baptiſt.Ferret conſil.168.n.11.denique ſi
teſtes ſint viri nobiles & ſpectatæ fidei, ſingularitas non vitiat eorum dicta,
Marſil. conſil.1.num.71.imò ſi ſingularitas habet adminicula, indicium tortu-
ræ facit, Alex. conſil.100.num.9.lib.1.Cov.3.reſ.3.n.5.Ceph.conſil.141.num.12.
lib.1. quod de diverſificativa cumprimis ſingularitate prædicari debet, nequa-
quam verò de obſtativa, quæ utplurimùm contrarietatem inducit: contrarii
verò teſtes nunquam probant, Bald. in l.teſtium, num.14. C.de teſtib.& in l.1.C.
de teſtam.imò potiùs puniendi ut falſi, Aret.conſil. 71. modò conſtet, uter fal-
14 ſum teſtimonium dixerit, Boſſ. in tit. de opp.contr.teſt.num.13. Porrò quòd †
indicia uniformia attinet, ut quando conteſtes deponunt in cauſa adulterii,
Titium modò pernoctaſſe in domo adulteræ, modò viſum in lecto decum-
bentem, modò impudicè contrectantem adulteram, Dd. qui actus diverſi,
quia ad unum eundemq; finem tendunt, indicia ſuper iis recepta non affectu
ſingularia cenſeri debent, text.in l. qui ſententiam, C.de pœn.Bald in c.licet cau-
ſam, num.10.de probat Jaſ. in l.admonendi, num.255 ff.de jur. Cephal.conſ.141.
num.12 lib.1. Roland.à Valle conſil.33.num.1.lib. 2. Mynſing. cent.2.obſerv.20.
15 unde & hæc juris ætiologia: teſtes † diſcordantes in verbis, in circumſtantiis,
in redditione rationis, in modo narrandi, ſiquidem concordant in ſubſtantia
non dici ſingulares, ideoq; indicium ſemiplenamq; probationem inde indu-
ci, non eſſe ambigendum, Felin. in d.c.licet, Farin.de teſtib.lib.3.tit.7 quæſt.64.
num.148.149. adeò, ut ad probanda ipſa delicta, ſingularitas hujuſmodi non
attendatur, ſi teſtis unus deponat de delicto immediatè, alter de confeſſione,
Calcan. conſil.111. Cravett. de antiq.tempor p.4.ſect.3. in fine, vide Menoch.1.
præſ.41.num.8. quod ipſum alii verum eſſe ajunt, ſiquidem duo conteſtes de
confeſſione extrajudiciali deponunt, & unus de facti veritate, Cravett. d.loc.
num.23.Menoch.d.l.1.n.1. neq; refert confeſſionem illam una vice ſive reite-
ratò coram duobus vel pluribus teſtibus factam eſſe, Socin.Jun.conſil.90.n.7.
lib.2.

*lib.2.*Parif.*conſil.*54.*n.*90. *lib.*4. uti nec movet, quod Aretin. *in c. licet, nu.*19. *ext. de teſtib.*ſcribit, non probare teſtes de confeſſionibus diverſis & diverſo tempore factis deponentes, Farin. *d. lib.*3. *tit.*7. *quæſt.* 64. *num.* 132. ubi hunc articulum prolixè examinat. Reſp. diſtinguendum eſſe inter res, quas reus confitetur ſeparatas, & eaſdem, quò reſpicere videtur Aret. quod & nos dicimus: ſcilicet confeſſionem de rebus ſeparatis ſeparatim factis, nec ad unum eundemque ſcopum collimantibus, nihil probare propter ſummam & inſignem ſingularitatem, cumprimis non adminiculante teſte de facti veritate deponente. Sic in cauſa civili confeſſio † gemina probata, licet diverſo tem- 16
pore, locoq; creditore præſente facta ſit, probat debitum, Cravett. *de antiqui. temp. p.* 4. *ſect. ſed enim*, *n.* 24. Crot. *de teſtib. p.* 7. *n.* 325. *concl.* 8. abſente creditore facta confeſſio, duplex vel triplex probationem non niſi ſemiplenam inducit, Menoch. 1. *de præſ.* 41. *num.* 7. Cæpoll. *conſil.* 3. *nu.* 9. Cæterùm confeſſio una coram creditore, altera ipſo abſente facta & probata debitum plenè probat, Johan. Baptiſt. Bov. *de ſtat. præſ. gl.* 25. *n.* 9.

In cauſis criminalibus verò teſtificatio ejuſmodi de confeſſione † ex- 17
trajudiciali ſeparatim facta, nedum indicium quæſtioni parit, Marſil. *in l. de minori*, §. *plurimum*, *n.* 115. *ff. de qq.* Pariſ. *conſil.* 154. *num.* 24 *lib.* 4. quod intellige, ſi id ſolùm appareat, neque alia adhuc concurrant indicia, etiam generalia, Felin. *in pract.* 2. *p.* 3. *part. princ. verb. etſi confitebuntur, num.* 2. & 3. Boſſ. *in tit. de indic. & conſiderat. ante tortur. n.* 21. *& ſeqq.* vide copiosè, Ludov. Carer. *in pract. crim. in loc. de indic. pag. mihi* 56. Idem §. *quæ autem. pag.* 46. ubi docet quomodo teſtes ſingulares faciant indicium, licèt indicium quodlibet non probetur duobus teſtibus. Ut cùm unus teſtis dixerit juratò ſe vidiſſe proſtratum enſe eum, de cujus mortis authore quæritur, nec verò illo ictu occiſum, alter ſe Titium vidiſſe ibidem loci, ubi cædes facta dicitur, deponat, tertius, ſe obſervaſſe Titium portaſſe arma. Quartus arma fuiſſe rutilantia & aſperſa ſanguine; Quintus Titium latitaſſe in nemore. Sextus auditum fuiſſe Bombardæ ſonitum, vel exclamantis vocem, &c. Fulgoſ. *in l. fin. C. fam. hercisc.* Thom. Gramm. *deciſ.* 34. *n.* 35. ubi & hoc, quaſi paradoxi inſtar tradunt; quòd quanquam plures ſemiplenæ probationes nedum probent ſemiplenè, conjungantur tamen quoad indicia quæſtionem generantia, Carer. *d. pag.* 46. quò ſpectat divulgata regula, indicia eſſe arbitraria, modò in veriſimili radices agant, neq; diametraliter juri & ſanæ rationi remoto omni affectu, opponantur. Idem *pag.* 45. Marſil. *in* §. *diligenter, pract. crim.* Pariſ. *conſ.* 151. *vol.* 4. ubi ajunt, arbitrium judicis inſtructum eſſe oportere indiciis ſufficientibus, ne torquendo corpus hominis, hoc ipſo animam ſubjiciat quæſtioni, animæ & æternæ gehennæ. Porrò ut quoq; ſingularitas ejuſmodi pariat indicia, requiritur: teſtis ſcientiæ cauſam reddiderit ſui teſtimonii, Salycet. *in l. fin. C. de probat.* Alex. *conſ.* 15. *vol.* 1. *n.* 6.

CAPUT

CAPUT LXXII.

DE INDICIIS, QUÆ EX CONTRARIETATE testium emergunt.

SUMMARIA.

1. Testium contrarietas quale indicium producat?
2. Romæ statutum extat, ut testes contrarii torqueantur.
3. Qui testes contrarii dicantur?
4. An valeat testimonium, ubi alter plus, alter minus deponit?
5. Facta substantialia quæ?
6. Quæ extrinsecus accedunt ad causam, non sunt in numero substantialium.
7. Dicta testium obscura, qualiter explicanda sint?
8. Obscura depositio non probat, sed si contrarietas conciliari potest, ea saltem liberat testem à perjurio.
9. Erroris demonstratio admittitur in quavis litis parte.
10. Ratione circumstantiarum non attenditur discrepantia testis.
11. Quid si testis variet revocetq; dictum prius?
12. Testes mille singulares nihil probant, quod limitatum.
13. Non numerus sed qualitas testium spectanda est.
14. Testibus affirmantibus plus creditur, quàm negantibus, datâ paritate numeri testium.
15. Magis senioribus quàm junioribus creditur.
16. Mors supplet juramentum & citationem.
17. Ad quid prosit judicem habere favorabilem?
18. Explicatur regula, magis credi duobus testibus affirmantibus quàm negantibus.

1 DATA testium † contrarietate, datur materia judici inquirendi, quis reorum falsum dixerit, ait Boss. *in tit. de tort. test. num.* 35. *in fine, & in tit. de oppos. contr. test. n.* 16. Clar. *in §. falsum vers. convincitur in fine*, parit ergò indicium quæstioni testium contrarietas, non quoad reum, sed testes ipsos, hinc dicit, Clar. *d. l.* quòd judex propter contrarietatem procedere possit vel ad capturam, quandoque etiam ad torturam, & refert Farinac. *lib.* 3. *de test. tit.* 7.
2 *quæst.* 64. *num.* 10. Romæ statutum † observari, ut testes contrarii torqueantur: Etenim in jure tralatitium est, quòd testes contrarii & falsarii puniantur, *l. qui falsò, ubi gloss. & Dd. ff. de testibus*: Videndum verò, qui testes propriè contrarii dicantur? Resp. Quorum dicta se invicem destruunt, nec ulla ratione conciliari possunt, tam respectu facti principalis, quàm ejus accidentium & circumstantiarum, ut ratione rei, personæ, loci, gradus, & temporis,
3 Bald. *in l. testium, nu.* 14. *C. de testib.* ubi ait: induci † contrarietatem testium ex decem prædicamentis, quod Farinac. *d. loc.* quoque adserit, remittens Lectorem ad quæstionem 64 *num.* 10. *& seqq.* prout ex prædicamentis Aristotelicis jura sæpenumerò declarantur, uti testatur Eberhard. *in Top. in loc. à temp. ad temp. num.* 6. *pag.* 492. *& de vi fict. num.* 6 *pag. mihi* 713. Dixi contrarios esse testes, quorum dicta conciliari non posse. Unde infertur, ut siquidem

dem

dem unus plus altero deponat, contrarietas inde non propriè profluat, ut si alter ait, se vidisse, alter se audivisse, Alexand. *consil.* 24. *num.* 43. *lib.* 2. Dec. *consil.*100.*num.*4. Ruin *consil.*42.*num.*5.*lib.*2. Roland. à Valle *consil* 33. *num.* 6. *lib.*2 Alciat. *in l.*1.*§.stipulanti,num.*40.*ff.de V.O.* Sed opponitur hìc, quod Baldus *in l.cum antiquitas,num.*5 *C. de testib.* scribit: nempe non valere dicta testium, quorum † alter plus, alter minus deponat? 4

Resp. In causa testamentaria singulari jure receptum esse, ut testes de integro testamenti tenore deponere teneantur, quod nisi fiat, præsumitur testamentum interruptis actibus non unâ vice, vel aliàs falsò à notario vel testatore conscriptum. Neq; enim solennitates per æquipollens expediuntur, nec quæ ad actum validandum præcisè requiruntur, perfunctoriè probari debent, cùm nihil omittendum vel mutandum de solennibus, *l. Divus.* 7. *ff. de rest.in integr.*

Quinimò si in accessoriis & appendicibus factorum discordant testes, nec contrarii, nec singulares dicantur, modò in facto substantiali non sibi contradicunt & reluctantur, Dec. *in d. cap.licet causam,num.*66.*ext.de probat.* Alex *consil* 5.*num.*10.*lib.*1. Mascard. *de probat.*2.*concl.* 856. *num.* 28. facta verò substantialia † dici propriè ait, Alexand. *consil.*45.*num* 6. *lib.*2. illa facta, super 5 quibus fundata est intentio accusatoris, Gramm. *decis.* 4. *num.* 3. ait esse articulos accusatorios, vel, ut nostri dicunt, libellum articulatum, quæ sententia quoque ἁπλῶς vera esse nequit, cùm libellus utplurimùm occasiones & circumstantias delictorum describere referreq; soleat ac debeat. Ut itaque, quatenus factum principale libellus narrat, verificetur illa opinio, ut Titium occidisse Mævium, ex προαιρέσεως, quæ qualitas (delinquendi proæresis) substantialis in hac causa est. Quapropter si in libello narrentur circumstantiæ cædis, si narretur inimicitia capitalis, fama, turpitudo rei, neque in his, ait, conveniunt dicta testium, nedum contrarietas, quæ testimonium evacuet, vel quæ falsi reum arguat, inde elicitur, hinc est, quod aliàs vulgò dicimus: Ea, quæ extrinsecus † accedunt ad causam, nõ esse in numero substantialium, 6 Mascard. *de probat.* 3. *conclus.* 1360. *num.* 5. ubi observandum, quòd testes omninò concordantes re & verbis paribus, potius suspecti & subornati dicantur, quàm testes omni exceptione majores, *l.*3. *§.ff.de testib.* Enixè itaq; respiciendum judicanti, ne testes contrarietatis arguat, ubi contrarietas nulla est, qui dicta testium † dura & obscura declarare potius tenetur, quàm cavillari, 7 ad tollendam scilicet, si fas est, omnem contrarietatem, Roland. à Valle *consil. num.* 34 *vol.*3. Clar. *in pr.* §. *falsum, vers. scias tamen*, & falsum à testibus amovendum, Felin. *in cap. cum tu, de testib.* adeò, ut verba testium improprianda sint, Anton. de Butr. *d. cap. cum tu*, & modò restringenda vel amplianda per interpretationem suppletivam, *d.cap.cum tu,ubi Canonistæ comm. eod.* Farina. *de test.lib.*3.*tit.*7.*quæst.*65.*num.*49. Ant. de Butr. *d. loc.* ubi sic concilianda esse

dicta testium ait, uti leges, quæ contrariari videntur, imò conciliatio ejusmodi fieri non tum debet, ubi plures sibi contradicunt testes, sed quoties duo sibi contrariantur, Alth. *in cap. nostra, de testibus*: Sciendum tamen, quòd, ubi
8 concordia testium † dura & difficilis est, non quidem probent testes, sed ad hunc effectum prosit conciliatio, ut falsi suspicio à testibus declinetur, Ant. de Butr. *d. loc.* quod secus est, si conciliata proprietas respiciat factum principale seu substantiale, & quoties causa aliàs difficilis est probationis, Farinac. *d. loc. num.* 82. conciliatio autem tunc potissimùm admittitur, quando inter plures testes duo contestes conveniunt, Abbas *in d. cap. cum tu, num.* 5. nec conciliatio fit admodum remota & longè petita, incongrua & impertinens, Anchar. *consil.* 295. neque testium dicta ipsi reorum confessioni refragentur,
9 Joan. Andr. *in d. c. cum tu*, quæ revocata non errore † fuerit ante sententiam definitivam, cùm error doceri possit in quavis litis parte, Dec. *in cap. cum causa, num.* 5. *de appell.*

10 Dixi ratione † cirmcumstantiarum non attendi discrepantiam testium, quod porrò nunc effectum habet, nam cùm testis alter dicit: Titium ense percussum, alter securi, non vitiatur testimonium, Alex. *in l. inter stipulantem*, §. 1. *ff. de V. O.* vel si alter, defunctum in fronte, alter in alia parte corporis fuisse vulneratum, neque in hoc casu vacillant attestationes, Bald. *in l. testium*, *num.* 15. *C. de testib.* vel ubi alter dicit, esse jam 6. elapsos annos, cùm Titius delinqueret, alter 7. esse ait, quia 6. insunt 7. Alexand. *consil.* 65. *lib.* 2. vel si dicit alter, cædem in porticu, alter in ipsa domo factam, cùm porticus sit pars domus, Bald. *in l. cætera* 41. §. 6. *ff. de leg.* 1. Sic in causa civili dicente altero teste, Titium continuò possedisse, altero id negante & referente, Titium fuisse absentem, nec continuò possedisse, quæ dicta conciliari possunt, ut dictum primi testis capiatur, prout sonat, & juxta verborum corticem, alterius de possessione ficta vel civili, quam absens retinuit, relinquens familiam domi, quò agros, vineas colat & plantet, colligat messium vel vindemiarum tempore fructus, Bart. *in l. si mulieri, ff. si ususfructus amitt.* Farinac. *de test. lib.*
11 3. *tit.* 7. *quæst.* 65 *num.* 255. Sed quid, si testis unus variet † revocetque dictum prius? Resp. Si ratio quædam urgens appareat, cur magis primo dicto credendum sit, non attendi secundùm testis dictum, licèt errorem probare vellet, Dec. *consil.* 189. Cœpoll. *consil.* 60. Roland. à Valle *consil.* 40. *lib.* 1. cæterùm ubi testes torqueri possunt, dictum sub torturâ prædominatur, Bart. *in l. eos, num.* 2. *& ubi* Mars. *ff. ad L. Cornel. de fals.* Etenim jure expeditum est, servos viles & criminosos homines, absq; torturâ in causis criminalibus fidem non facere per notissima, Aretin. *in cap. per tuas, ext. de testib.* quoties verò reus extra torturam delictum fuisset confessus, non tenet revocatio ejus sub quæstione facta, Bart. *in l.* 1. §. *quæstion. ff. de qq.* quæ sententia tamen displicet, Alciat. *de præs.* 29. *num.* 11. vide Farinac. *lib.* 3. *tit.* 7. *quæst.* 66. *num.* 182. *pag. mihi* 332.

Aliàs

Aliàs obſervatione dignum eſt, quòd licèt ſingularitas ita teſtimonio obſtet,
ne mille † ſingulares quicquam, vel nedum unus ex eiſdem quicquam pro- 12
ſit, ſatiusq́; ſit, nullum prorſus producere teſtem, quàm teſtes centum ſingu-
lares, per ea quæ capite præcedenti diximus. Siquidem tamen inter conte-
ſtes aliquot nobiles fuerint, eminentioresq́; perſonæ, ne ipſarum dicta peni-
tus rejiciantur, Dd. *in l. ob carmen, §. fin. ff. de teſtib. ubi Bart.* ibi ad multitudi-
nem † teſtium judex non debet reſpicere, ſed ad qualitatem, quod ad Docto- 13
res extendit Natta *conſil.* 537. *lib.* 3. Bald. *in l. nemini, C. de advoc. diverſ. jud.* niſi
tamen plebeji depoſuiſſent veriſimiliora, eorumq́; dicta quodammodò à ſin-
gularitate & diſcrepantiâ poſſent ſalvari, *d. l. ob carmen*, Tiraquell. *de revoc.
don. in præl ud. num.* 43. nec omittenda hìc trita illa regula juris: Quòd teſti-
bus pro reo deponentibus, ſi numero ſint pares, magis credatur, quàm his,
qui pro accuſatore faciunt, *gloß. in cap. noſtra, ext. de teſtibus*, Roland. à Valle
conſil. 57. *lib.* 4. ubi ait: magis credi teſtibus dicentibus, homicidium caſu com-
miſſum, quàm cæteris, qui de dolo & proæreſi deponunt, Maſcard. 1. *concluſ.*
496. *num.* 5. quod Abb. *in d. c. noſtra*, extendit ad caſum, ubi etiam teſtes pau-
ciores deponerent pro defenſione rei, quod tamen in cauſa civili non proce-
dit, in quibus hæc regula fortiſſimè ſtringit: teſtibus affirmantibus † plus fi- 14
dendum, quàm negantibus, præſuppoſitâ numeri paritate, prout in cauſa
dotis matrimonii, alimentorum, aliorumq́; caſuum favorabilium idem obti-
net, *gloß. in d. cap. noſtra*. Porrò creditur † magis ſenioribus, quàm junioribus 15
teſtibus, Felin. *in d. cap. noſtra, num.* 12. Crot. *de teſt. p.* 9. *num.* 369. Bart. *in l. cum
quid, & ibi gloß. ff. de reb. cred.* maſculis, quàm fœminis, Mynſing. *cent.* 4. *obſerv.*
38. Felin. *d. loc.* Notariis, quàm idiotis, *gloß. in Novell.* 1. Crot. *de teſtib. p.* 9. *num.*
369. & magis creditur peritis, quàm imperitis, Aretin. *in d. cap. noſtra*, mor-
tuis quoque plus creditur, quàm † vivis, Neviz. *conſil.* 26. *num.* 34. quia mors 16
ſupplet juramentum & citationem per notiſſima, judex autem in hiſce o-
mnibus diſcretum ſe exhibeat, neceſſe eſt, ut in ambiguâ depoſitione, vel at-
teſtatione obſcurâ inhæreat illi lateri, unde veriſimiliora & probabiliora po-
terant provenire. Quapropter bonum eſſe ait, hoc paſſu judicem † habere 17
favorabilem, Aretin. *in cap. cum tu, num.* 18. *& cap. noſtra, ubi Felin. de teſtib.*
Deinde affirmantibus plus creditur, quàm negantibus, *l. diem proferre, §. ſi
plures, ff. de arb.* Bald. *in l. actor, num.* 11. *C. de probat.* Bart. *in l.* 1. *num.* 6. *ff. de vent.
inſpic.* unde communis illa theorica, plus credi duobus affirmantibus, quàm
mille † negantibus, Abbas *in d. cap. cum tua, num.* 2. *de teſt.* Jaſon *in reb. de ju* 18
rejur. num. 8. Roland. à Valle *conſil.* 93. *num.* 2. *lib.* 2. Sed hæc, ut dixi paulò antè
in paſſibus civilibus, non cauſis criminalibus procedunt, uti nec & in eo ca-
ſu, quoties teſtes de facto proprio negativè depoſuiſſent, Pacian. *de probat.
lib.* 1. *cap.* 48. Deinde, quando affirmativa non eſſet ex omni aſſe probata, non
prævaleret dictum affirmativum, Salycet. *in l.* 2. *c. l. antep. C. de reſc. vend.* Jaſon

*consil.*81.*num.* 10.*lib.*3. Deniq; non præponderat affirmativa quoties negativa implicitam in se haberet affirmativam Bald. *in c. si quis per* 30 *num.* 2. 2. *feudor. si de feudis confuerit int. dom. & vasall.* Mascard. *de prob.* 1. *concl.* 70. *n.* 9.

CAPUT LXXIII.

DE INDICIIS, QVÆ EX INHABILITATE testium descendunt.

SUMMARIA.

1. *Qualiter testes inhabiles indicium faciant?*
2. *Non unus sed duo testes inhabiles concordantes, in facto indicium faciunt.*
3. *Testes omni exceptione haud majores, habentur vice unici testis.*
4. *Habilitas testium ex quo tempore sit considerandа?*
5. *Exceptio inhabilitatis quando opponenda sit?*
6. *Testes semel producti dehinc reprobari non possunt.*
7. *Processus indiciorum summarius est, quomodo hoc accipiendum?*
8. *Ad reprobandos testes requiritur probatio plena & perfecta.*
9. *Delicta quædam cur excepta dicantur?*
10. *Explicantur l.* 8. §. 6. *C. de repud. & l.* 5. §. 6. *ff. de re militari.*
11. *Testes inhabiles ad probanda dicta vel scripta, contra læsam imperatoriam majestatem non admittuntur.*
12. *Testes inhabiles non ad condemnandum, sed inquirendum saltem præstant.*
13. *Crimina excepta perrarò probantur testibus ineptis.*

1 PORRÒ indicium quæstioni faciunt testes † inhabiles examinati, qui examinari non debebant, utpote à testimonio dicendo regulariter repulsi, quorum dicta, quia fidem integram non faciunt, pariunt tamen indicium ad torturam, Bart. *in l. maritus, n.* 3. *ff. de qq.* Felin. *in c. dilecti, n* 10. *de accus.* Brun. *de indic. p.* 1. *quæst.* 2. *num.* 19. Blanc. *de indic. num.* 352. Farin. *de test. lib.* 2. *tit.* 6. *q.* 62. *n.* 182. *pag.* 225. *& pag.* 210. Item *pag.* 304. *de testib. per glossam c.* 1. *de testib. lib.* 2. *tit.* 6. *quæst.* 62. *num.* 182 *pag.* 225. *& pag.* 210. Item *pag.* 304. *de testib. per gloss. c.* 1. *de testibus*, quæ expressè vult, testes inhabiles facere præsumtionem, licèt cõtrariam statuant Angel. de Malef. *in verbo fama publ. n.* 33. Riminald. *cons.* 524. *nu.* 28. *volum.* 5. quorum opinio glossæ tot autoribus & sententiæ communi contraria, meritò hic rejicitur, adeò, ut Felin. *in c. cum dilecti, num.* 14. *ext. de accus.* evincat testium hujusmodi depositionem, indicium sufficiens, etiam aliis indiciis acquiescentibus, inducere, Carr. *in pr. in tr. de indic.* §. *in textu, er-*
2 *gò ibi testibus superatus, nu.* 43. Refert verò hic non unum, sed duos † vel plures inhabiles deponere, eosq; concordare in facto, Brun. *d. q.* 2. *num.* 23. juxta illud: Quòd testes non omni exceptione majores, loco testis unius habeantur, Calcan. *consil.* 110. *num.* 5. *&* 6. Alexand. *consil.* 128. *lib.* 2. Sed ad quod tem-
3 pus † testium habilitas restringenda sit? necessariò dicendum est, *l.* 3. §. *duæ, ff. de Carbon. edict. & l. quoniam, ff. de testib.* decidunt testium habilitatem consi-

derandam

derandam esse juxta tempus depositionis, Bald. *in l.1. n. 6. Cod. de testib.* Sed
hæc in causâ actuum haud solennium obtinent, sin actus solennes celebran-
tur, sufficit habilitas † testium, quæ apparebat tempore actus, quanquam 4
dehinc inhabilis factus fuerit, Bart. *in l.1.n.3.C.de testam.* quæ ineptitudo, seu
inhabilitas † probari debet ab adversario, qui contra testes excipit, Mascard. 5
de probat.lib.1.concl.26. n. 5. reservaturq; hæc probatio vel ad medium, ubi de
attestationibus publicatis disputatur, vel usq; ad finem litis, Bart Salyc.& Dd,
com.in authent si dicatur,n. 3.C. de testib. nisi exceptio esset quodammodò no-
toria, & in continenti probabilis, ut si de inimicitiâ capitali exciperetur d. au-
thenticis, *ibi*: si dicatur odiosus, &c. quæ siquidem in continenti doceri po-
test, examen sisti debet quoad hosce testes, uti generaliter jure receptum est,
ut quoties in continenti testium ineptitudo possit probari, examen quiescat,
Viv. *in com.opin.in verb.contra testes,per d.authent.* Si dicatur: ubi Bald & Sa-
lyc. *Cod.de testibus,c.ex parte vers.licet a.* ubi Felin. & Dd. *passim de testib.* adeò,
ut si judex non attendat allegatam ineptitudinem, inde tanquam à gravamine
possit appellari, Abbat. *in d. c ex parte de testib.* In causis criminalibus verò,
circa quas hic potissimum versamur, oppositio ejusmodi vel exceptio contra
reos sive ut testes, sive ut malefici ipsi torquendi sint, admittitur, instante &
decretâ jam quæstione & torturâ, Marsil. *in pr.in §. diligenter nu. 83. & consil.
109.num.15.* Roland.a Valle *consil.98. nu. 53. lib.4.* aliâs contra testem in pun-
cto indiciorum productum exceptio inhabilitatis ante quæstionem potest
opponi, cumprimis siquidem ea ex parte notoria esset, pluraq; ineptitudinis
signa contra testem non militarent, ut si esset nondum perjurus, socius cri-
minis vel inimicus capitalis rei torquendi, Marsil *d.consil.102.n 12.* Paris. *con-
sil.2 num.85.lib.5.* Roland. *consil.3.lib.3.* post ipsam torturam atq; examen hoc
rigorosum demum admittere velle exceptiones, vel ut vulgò loquuntur, ad
finem litis reservare ineptitudinis exceptiones, ridiculum est adstruere, re sci-
licet adhuc amplius haud integrâ existente, *argum.l.6.§ 2.ff.de jur. patron.* Te-
stes autem † semel admissi, quia contra ipsos tempore productionis nihil est 6
oppositum, dehinc reprobari non possunt, Salycet. & Dd. *in l si quis testib.C.
de testib* nisi sint in numero earum personarum, quarum testimonium ipso
jure est nullum, quales sunt testes excommunicati, banniti, &c Bald. *in d.l.si
quis.* Cæterùm testimonia parentum in causâ liberorum, uxoris pro marito,
& vice versâ, fratrum pro fratre, amicorum pro amícis, Judæorum contra
Christianos ita sunt comparata, ut expresso partium consensu admitti jure
queant *gloss in d authent. si dicatur de testib.* Marsil. *in rub.de probat. n. 279. &
in l. §. ad quæstionem,ff.de qq.n. 28.* cùm quilibet renunciare possit favori pro
se introducto, per vulgata.

Sed opponi hic potest contra id, quod paulò ante diximus, testes super 7
indiciis † deponentes reprobari posse, quandoquidem causæ judiciorum as-

ſimilentur cauſis ſummariis, imò ipſum indiciorum judicium dicatur ſummarium, in quo de ſimplici & plano debet procedi, in prolixo & largo litis velamine, juxta ea, quæ ſuprà toties inculcavimus. At in cauſis ſummariis, poſſeſſoriis, reprobatio teſtium non admittitur, Felin. *in c. veniens, num.* 28. *de teſtib.* Matth. de Affliƈt *in deciſ. Neapol. deciſ.* 351. *num.* 2. Menoch. *de arbit. jud. quæſt. lib.* 2. *q.* 32. *num.* 1. *& ſeqq.* Ergò. Reſp. A ſeparatis inferri, nam quòd teſtes reprobentur in punƈto indiciorum, inde fit, quòd de gravamine irrecuperabili agatur, quoties homo torqueri debet, cùm tortura dicatur immanior & gravior pœna abſciſſionis manus, in poſſeſſorio verò, ſi quid oſcitanter intermiſſum, nec teſtes parùm idonei admiſſi fuerint, ut perinde gravamen aliquod accreſcat ei, contra quem teſtes producuntur, id reſarcire vel evertere poſſit in petitorio, Dd. *in l. is qui deſtinavit, ff. de R.V & t.t. inſtit. de interdiƈt.* Deinde nec ἁπλῶς vera eſt ſententia, non reprobari omninò poſſe teſtes in poſſeſſorio, cùm enim de magno quodam præjudicio agitur in cauſâ poſſeſſorii, teſtes omninò reprobari poſſunt, Menoch. *de arbit. quæſt.* 2. *q.* 32. *num.* 6. Sic in cauſâ attentatorum teſtes reprobantur, Matth. de Affliƈt. *deciſ.* 351. *num.* 9. & in cauſa, ubi tertius intervenit inſtante executione & in caſu, *l. fin. C. de ediƈt. div. ff. ad tollend.* Menoch. *de arb. jud. qq.* 1. *q.* 32. *n.* 7.

8 Cæterùm ubi teſtes † reprobandi ſunt, requiritur probatio plena & perfeƈta, nempè ne reprobatione teſtium deliƈta occultentur, maneantque impunita, *c.* 1. *& ibi gloſſ. de except.* ubi dicitur, quòd ad reprobandos teſtes requirantur teſtes omni exceptione majores, Boër. *deciſ.* 41. *nu.* 130. vel ut Caſſanæ. *conſil.* 36 *num.* 1. loquitur, teſtes legales, quibus lux veritatis & fides ſacra aſſiſtit, id eſt, ſine omni maculâ & ſuſpicione, Spec. *de off. omnium jud. §. fin.* §. 6. caſus verò quando inhabiles admittuntur ad probandum, ſunt deliƈta difficilioris probationis, ut furtum, adulterium, partus ſuppoſitio, Simonia, &c. Menoch. *de arbit. jud. qq. lib.* 2. *caſ.* 116. *& præſ. lib.* 1. *quæſt.* 58. quanquam Boſſ. *in tit. de ind. num.* 177. hoc ipſum reſtringat ad cauſas deliƈtorum civiliter inſtitutas, quem ſequitur Farinac. *lib.* 2. *de teſtib. tit.* 6. *quæſt.* 62. *n. fin.* Etſi verò non pauci regulam iſtam indiſtinƈtè accipiunt, adeò, ut crimina etiam excepta inhabilibus teſtibus probari poſſe autument, *per c. in fidei favorem, de hæret. in* 6. *& c. accuſatus, eod.* Abbat. *in c.* 1. *num.* 5. *ext. de confeſſ. & c. fin. de teſtib.* Alexand. *conſil.* 127. *num.* 19. *lib.* 4. Maſcard. *de probat. lib.* 1. *concl.* 462. *num.* 1.
9 Clar. *in pr. §. fin. quæſt.* 24. *verſ. ſciendum eſt.* Dubium tamen † non eſt, quin adhuc regula ſuperior fixa & immota maneat, tametſi cauſæ hæreſeos & criminis læſæ Majeſtatis humanæ inde excipiantur, quæ eandem ob cauſam κατ᾽ ἐξοχὴν excepta etiam dicuntur, Farinac. *d. l. quæſt.* 62. *n.* 54. ibi: non per hoc recedas à propoſita ampliatione declaratâ tamen, ut admittatur non quoad
10 plenam probationem, ſed ad indicia tantùm, &c. Quapropter † quod *l. exc. fin. ubi gloſſ & Dd. ext. de teſt. cog & l.* 8. §. 6. *Cod. de repud. & l.* 5. §. 6. *de re mil.*

mil. Dd. vulgò evincere satagunt, nempè quandocunque veritas haberi nequeat, per testes inhabiles delicta probari posse. Quod utcunque adseritur, perperam & insulsè tamen ex locis allegatis elicitur. Quanquam enim *d.l.*8. §.6. dicatur, ut siquidem veritas aliter haberi nequeat, in causa adulterii vel læsæ Majestatis, servi, ancillæ, vel impuberes interrogari debeant, non tamen inde infertur, E. hujusmodi testibus integrè probantur delicta. Quæ sunt separatissima, quæstione, id est, mediante tortura, erui debere (ait Imper.) veritatem, quod & nos dicimus, sive per torturam servi ancillæ vel impuberes servilis conditionis per territionem torturæ rogentur, sive liberi homines, domestici, affines ad probanda indicia deponant de maleficio, unde ipsi rei quæstionibus subjugentur, *l.*5.§ 6.*ff.* de re militari ad rem prorsus nihil facit, agit enim de indiciis solummodò, quæ ex vita anteacta, & moribus præteritis honestis & dextris depromuntur, non de probandis criminibus per personas inhabiles & testes minus idoneos.

Quinimò ad delicta excepta probanda nedum sufficiunt testes inhabiles deficientibus aliis indiciis, *d.c. in fidei favorem de hæret. in* 6. unde evincitur, quòd nedum duo testes, sed plures requirantur, concurrentibus conjecturis. Ibi si ex verisimilibus conjecturis, & ex numero testium aut personarum tam deponentium, quàm eorum, contra quos deponitur, qualitate ac aliis circumstantiis sic testificantes falsa dicere non præsumantur.

Sic quoque non admittuntur inhabiles † ad probanda dicta vel scri- 11
pta, quæ offendunt Majestatem Cæsaream, Cravett. *consil.*6.*n.* 1.*n.*9.*& seqq.* Mascard. *de probat. lib.* 1.*concl.*462.*num.* 35. quòd an in causa hæreseos, quod crimen propriè scriptis vel dictis committitur, obtineat? haud affirmo, *t.t. Cod. de hæret. & Manichæ. & t.t. de hæret. n.* 6. Deniq; *gloss. in d.c.* in fidei tenet & tradit testes † inhabiles non ad condemnandum, sed inquirendum 12
solummodò præstare, ut idcircò rarò, aut nunquam crimina † excepta dire- 13
ctè probentur per testimonia personarum inhabilium, *d.gloss.* uti nec adminicula delictorum ejusmodi, ut loquuntur, per testes parùm idoneos probari posse, quoq; profiteantur, Farin. *quæst.* 62 *lim.* 3.*tit.*6.*de testib.pag.mihi* 210.

CAPUT LXXIV.

DE INDICIIS, QUÆ EX RELATIONE TESTIS, de maleficio noctu commisso deponentis, descendunt.

SUMMARIA.

1. *Indicium oritur ex relatione testis, qui de maleficio noctu commisso deponit.*
2. *Delicta nocturna sunt probationis difficilioris.*
3. *Testes de voce hominis deponentes, quantum probent?*
4. *Explicatum argumentum à minori deductum.*

5. *Testis*

5. *Testis de nocte deponens, rationem dicti afferre debet.*

6. *Testis dicens noctem fuisse illucidam, quid probet?*

7. *An testes compelli possint ad testimonia dicenda?*

8. *Qualiter Vrphedapræstanda sit?*

9. *Testis contumax quis?*

10. *Quomodo testis coërceatur ad dicenda testimonia?*

11. *Reus testes contra se productos corrumpens, perdit causam.*

12. *In causa criminali corruptio indicium parit.*

13. *Quid si testes jurasset, nolle se testificari?*

14. *Quando interveniat judex Ecclesiasticus, in causa relaxationis à juramento ad effectum agendi?*

15. *Clerici non testificantur in causis criminalibus.*

16. *Qua de causa testes torqueantur?*

17. *Testes inhabiles non torquentur.*

18. *Si alias haberi potest veritas, nunquam testes torquendi sunt.*

19. *Tortura testium quanta esse debeat?*

20. *Quæ tortura modica dicatur?*

21. *Quæstiones ad rem præsentem spectantes dubiæ, breviter deciduntur.*

PORRÒ indicium quæstioni etiam paratur, si testis deponit de maleficio
1 † noctu commisso, dicens, quòd hominem per vocem & loquelam probè noverit, qui reus alicujus delicti, furti, homicidii, incendii, adulterii arguitur, Clar. *in processu crim. §. fin. quæst.* 21. *vers. Sed quid si testis*, neque hìc movet, quod regulariter dici solet, quoniam noctu commissa flagitia utplu-
2 rimum difficilioris sint probationis, idcircò admitti ad probationem delicti † testes etiam inhabiles, *gl. in l. si cum exceptione, §. in hac, ff. quòd met. causs.* Alexand. *consil.* 4. *num.* 6. *vol.* 6. Marsil. *in rub. C. de prob. num.* 119. Roland.
3 *consil.* 7. *n.* 31. *volum.* 1. Ergò multò fortius testes idonei de voce † probabiliter deponentes, plenam fidem facient, *argum. l.* 21. *l.* 110. *ff. de R. J.* Salyc. *in l.* 1. *C. de jur. emphyt.* ubi ait, argumentum à minori necessarium esse, quòd nunquam fallat, *c. cum in bonis, ubi Canonistæ ext. de elect. l. fin. C. qui ætat. lib.* 10. Resp. Quòd antecedens sit κεκινούμενον, testante Boss. *de indic. num.* 170. adeò, ut eandem vel parem fidem non faciant testes inhabiles ac habiles, & omni exceptione majores, quamtumvis pro re nata inhabilibus plus fidei hìc habeatur, quàm aliàs in genere, & quovis delicti casu, Roland. à Valle *consil.* 3. *num.* 47. *lib.* 3. hinc idem Boss. *d. l. n.* 173. ait: Quòd nedum testis ex omni asse habilis fidem faciat, nisi alia concurrant indicia. Si itaque nedum indicium parit depositio testis ejusmodi, qualem probationem facturi testes inhabiles? nisi versemur in delictis exceptis, ut crimine læsæ Majestatis divinæ vel humanæ juxta decisionem, *c. in fidei favorem de hæret. in* 6. ut idcircò res hìc redeat ad communes juris regulas, cùm par ratio paria jura desideret, *l.* 6. §. 2.
4 *ff. de jure patron.* 2. Resp. Quòd argumentum à minori † ad majus non probet κατὰ παντὸς, cùm enim minus, unde infertur, quodammodò à jure communi exorbitat, uti planè quoddam exorbitans est, ut testes inhabiles probent, illatio ejusmodi fallit, Eberhard. *in Top. in loc. à minori, n.* 4. *p.* 116.

5 Ut verò indicium hoc stringat, necesse est, testes † non ἁπλῶς, sed formaliter deponant, id est rationem dicti reddãt, quod tum propriè fit, quoties

ties referunt, Lunam clarissimè illuxisse, candelas, lumina fuisse accensa, Alex. *consil* 4.*num.*7.*lib.*6. Crot.*de testib.nu.*352. Gomez. 3. *resol.*12. *rubr. de probat.* Marsil.*in rubr. C. de probat.nu.*107. Viv.*in comm. opin. vers. testis deponens nocte*, Mascard.*de probat.*2.*conclus.*1109. Bursat.*consil.*34.*nu.*6. quam rationem nisi reddat testis, ejus fides prorsus evacuatur, Clar. *in pr. crim. §.fin.quæst.*11. & ait Felin. *in cap. sicut, nu.*5.*de re jud.* Quòd testes sine hac ratione deponentes, ut falsarii reprobandi sint, & ut suspecti de falso puniendi, Menoch. *de arbit.quæst.lib.*2.*cons.*297.*num.*35. quam pœnam de mulctâ pecuniariâ exaudit Viv. *comment. opin. d.l. testis deponens de nocte*, Mascard. *de probat.*2.*conclus.* 1385.*num.*25. Bursat. *cons.*34 *num.*6.*lib.*1.

Sed quid, si testis dicat, noctem † fuisse illucidam propter lucentes 6 stellas, nivem jacentem, aëris tenuitatem, ejusq; reflexionem. Resp. Perinde esse, modò apertè constet, noctem sic comparatam fuisse, uti deponitur, quod adminiculante indagatione expediri debet, Viv. *d.loc.* Mascard. *d.l.* 2.*conclus.*1109.*num.*11. prout ratio de voce delinquentis redditâ non pro nauci haberi debet per ea, quæ suprà diximus, præsertim, si & visus & auditus nō concurrant, cùm duo vincula fortius ligent per communia, raroque unum idemque indicium quæstionem pariat: quod toties inculcavimus, Alexand. *cons.*14.*lib.*1.*in fine.*

Sed annetestes † ad probanda crimina occulta noctuq; commissa com- 7 pelli debeant, siquidem testimonia perhibere detrectant? Quod videtur negandum esse, propter text. *cap. super eo, ext. de testib.* prout in genere traditum esse constat à nonnullis Dd. nempe testes invitos haud compellendos ad ferenda testimonia in causa criminali, Host. Abb. Bald. & Canonistæ *comm. in rubr. de testib.* Spec.*in tit. de teste*, §.*de testium compulsione, num.*4. Foll.*in pr. crim. cap.*8.*verb. testibus diligenter examinatis, num.*4. Bald. *in cap. delictorum, num.* 6.& Felin.*ibidem num.*6. *ext. de test. cogend.* ubi hanc addunt rationem, quia compertum est, ajunt, testes incidisse sæpenumerò in inimicitias capitales, Foller. *d.loc.num.*10. & pericula vitæ, quæ rei haud convicti & dimissi testibus intenderint, *cap. cum P. ext. de accus.* at nemo tenetur se exponere periculis, cùm nemo sit dominus suorum membrorum, *l. liber homo, ff. ad L. Aquil.* Ergò. Resp. Nullam esse consequentiam, cùm à particulari inferatur. Quinimò idem de judice ipso posset periculum, & quidem multò majus subtimeri, quod ut declinetur, malumq; præcaveatur, reus in hoc casu præstare cogitur consuetam † urphedam; eamq; datis fidejussoribus stabi- 8 lire, quæ urpheda pro re natâ quoque ad testes extendi potest, ac si periculum ipsis aliquod immineat, subinde specialis quædam cautio exigi. Taceo, quòd necessitas testimonii dicendi sit quodammodò jure publico introducta, nempe, ne delicta maneant impunita. Unde videlicet Deus offenderetur, Respublica læderetur, materia delinquendi & corrumpendi testes sup-

peditaretur, bonus, præmiis afficiendus, opprimeretur, malus, pœnis mul-
ctandus, in malitiâ gloriaretur, nocens absolveretur, innocens condemna-
retur, *cap. dilectorum, de testib. cogend. ubi Hostiens. & Dd. Innoc. in cap. 1. ead.*
quæ sententia hactenus communior, usitatior & receptior fuit, teste Ancha-
ran. *in cap. super eo, num. 3. ext. de test. cogend.* & probat eandem & rubrica, &
9 totus titulus juris Canonici de testibus cogendis: adeò, ut testis † se testimo-
nio subtrahens, ut contumax puniatur extra ordinem, Bald. *in l. presbyteri, in*
princ. col. fin. C. de Episc. & Cler. Felin. *in cap. 1. num. 5. de testib. cogend.* Si acce-
ptam pecuniam testificari nolit, pœnâ falsi afficiatur, Bart. *in l. 1. §. 1. ff. de fals.*
10 Deinde quoque parti, pro quâ testari † detrectat, tenetur ad damna & inter-
esse, Felin. *in d. cap. delictorum, num. 5. de testib. cogend.* Menoch. *2. præsumpt.*
11 *55. num. 5.* Porrò † reus ipse testes corrumpens vel eximens, ne testimonia
contra se dicant, perdit causam. Anton. de Butr. *in c. super eo, num. 7. de testib.*
12 *cogend.* in causa criminali subtractio hæc grave parit indicium † contra reum,
quoniam non præsumatur causam bonam fovere, *cap. pervenit, ead.* nonnul-
li statuunt, reum ex hoc, quòd eximat testes, ne deponant contra se, gravari
onere probandi innocentiam suam, Hostiens. *in d. c. pervenit, n. 146.*
13 Sed quid, si testes † jurassent, nolle se testificari. Resp. Nihilominus
teneri eos testificari, *d. cap. pervenit*, neque enim juramentum datum iniqui-
tatis vinculum esse debet, *cap. quantò, de jurejur. cap. 1. §. quia eadem, tit. in 6.*
præmissa tamen judicis sententia, quâ à juramento hoc temerario absolva-
tur, ne inde perjurium & infamiam incidat, *argum. ord. Camer. p. 2. tit. 24.* ne-
que ab adversario in eadem causa tanquam perjuri repellantur. Spec. *in tit. de*
teste, §. de test. compuls. num. 5. servari quippe debet omne juramentum, quod
absque dispendio salutis æternæ servari potest, *cap. cum contingat, de jurejur.*
cap. licet, ead. in 6. authent. sacram. improb. C. si advers. vendit. absolutio verò e-
jusmodi fieri debet brevi judicis manu, & sine prolixa litis tela, Felin. *in cap. 1.*
num. 32. de jurejur. Gail 1. *observ. 23. num. 3.* Gylman. *tom. 2. symph. in decis. Ca-*
14 *mer. pag. mih. 72. & pag. 296.* ubi statuit: Quòd processus † hujusmodi etiam
decernantur mediatis contra mediatos imperii. Anton. Quett. *consil. 28.* Ma-
gistratu verò contra processum, *juxta ord. Camer. d. p. 2. tit. 24.* formatum, se
opponente, seq; offerente, quòd stare juri velit, actorq; videatur fovere cau-
sam injustam, causa ad Ecclesiasticum judicem debet remitti, Paul. de Castro
cons. 259. vol. 2. Gylman. *d. loc. pag. 296.*
15 Sed ad rem: Clerici † utcunq; testes alii testificari cogantur, immunes
sunt ab ejusmodi necessitate, sive causa coram Ecclesiastico, sive seculari ven-
tiletur, Host. *in d. c. pervenit, & in d. c. delictorum, num. 3. ext. de testib. cogend.*
16 Farinac. *de testib. lib. 3. tit. 8. quæst. 78. nu. 199.* Quinimò necessitas † ferendi
testimonii tanta est, ut si qui testes in causis delictorum exceptorum testari
nolint, vel alia ratione sint falsitatis, vel societatis & conspirationis suspecti,
quæstio-

quæstionibus subjugari possint, etiamsi homines sint liberæ, nec servilis conditionis, *l. de minore. ff. de qq. l. unius, ibi*: nisi cum facto intervenisse dicuntur, *ff. eod.* Brun. *de indic. p. 2 q. 1. num.* 13. ut si testes interfuisse dicantur in ipsis delictorum exercitiis, ipsi verò deponant, se nihil vidisse vel audivisse, quo casu testes ejusmodi torqueri possunt, Tessaur. *decis. pedem.* 42. *num.* 3. prout testes infames torquentur, quibus aliàs nihil fidei tribuitur, *l. ob carnem*, §. *si ea, ff. de test.* testes criminosi, Bald. *in l. presbyteri, num.* 1. *Cod. de Episc. & Cler.* Vilioris conditionis, *c. inprimis*, 2. *quæst. d. l. ob carmen*, §. *si ea*: vacillantes, Boss. *de tort. test. num.* 27. Burs *consil.* 216 *num.* 110. deportati, Boss. *d l. n.* 2. Quique se sponte offerunt testimonio dicendo, Bald. *in l. ex libero in princ. coll.* 2. *ff. d. c. qq.* Sic vicini, Brun. *de indic. p.* 2. *quæst.* 4. & domestici quoque torquentur, *l. dominus, ff. locati, l fin. C. ad L. Cornel. de sicar.* Blanc. *de ind. in l. fin. ff. de qq. n.* 299. testes verò inhabiles haud torquebuntur, Bart. *in l.* 1. §. *divus*, & §. *si quis, num.* 2. *ff. de qq.* ubi ait: Quòd ante torturam testium examinandæ sint omnes & singulæ exceptiones testibus oppositæ, unde procul dubio inhabilitas † testium 17
promanabit, personæ verò graduatæ vel nobiles nullâ ratione debent torqueri, Bart. *in l. ex libero, num.* 1. Marsil. *ibidem, num.* 2. *ff. de quæst.* tametsi testes vacillantes ab hac regula excipiat, Bart. *d. loc.* Salyc. *in l. fin. num.* 6. *Cod. de qq.* quod negat perinde Marsil. *d loc.* quæ sententia quoq; communior est, Boss. *de tort. test. num.* 7. In genere autem hoc observari debet, quòd testes raro vel nunquam torqueantur, nisi indicia quædam fortiora stringant unà contra reum, *l.* 1. *ibi ad tormenta servorum, ff. de qq.* Sic quoque contra ipsos testes torquendos militare debent indicia, ut falsitatis, occultæ societatis, &c. Bart. *in d. l.* 1. §. *item Cornelio, ff. de qq. num.* 2. vel quæ potissimum hic attenduntur, indicia scientiæ, Bald. *in l. milites, n.* 5. *C. de qq.* & quoties veritas aliunde haberi potest, nunquam testes † torturæ traduntur, Bertrand. *consil.* 153 *lib.* 1. 18
tortura testium † autem debet esse modica, non aspera, & nimis diuturna; 19
nempè ut fiat per momentum, in cujus spatio orari posset pater noster, vel ave Maria, Bursat. *consil.* 216 *num.* 115. quem allegat Farinac. *de test. lib.* 3. *tit.* 8. *quæst.* 80. *num.* 81. ubi, aut in Italia testes † per spatium, credo, id est, quo reci 20
tari posset Symbolum Apostolicum solere torqueri, nisi infames & criminosi ipsi testes arguantur, *d. loc. n.* 82.

Quod suprà diximus, indicium facere relationem testis, de maleficio noctu commisso, deponentis, siquidem vocem exclamantis quoq; subintellexerit, &c. Id locum habebit non immeritò in casibus, ubi in solitudine vel sylva densa cædes fiat, testisq; de voce latronis sibi † nota, cum offenso expo- 21
stulantis, deposuerit; qui timiditate ejusdem periculi, vel interstitio adverso non potuit succurrere periclitanti, cùm similiũ eadem sit ratio & juris dispositio, neque enim casus omnes conscribi legum regulis possunt, ut idcirco à pari ad paritatem sit transcendendum, *l.* 13. *ff. de ll.* cumprimis verò in materia

hac indiciorum, de qua jus civile pauca, constitutio criminalis generalia saltem tradit, & ubi locum habet regula: Et quæ non prosunt singula multa juvant, Alexand. *in consil.13. in fine, lib.* 1. atque hoc indicium licet sæpe fallax & ad inquisitionem formandam potius accommodatum, demum subintrat certius verisimiliusq; indicium, quo dicitur: Quòd inventus in loco delicti, arguatur reus facinoris, *l.1.* §. *quid ergo &* §. *hic autem, ff. ad Syllan.* Blanc. *de indic. num.* 300. Quin quod indicium illud sæpenumero notet ipsum referentem: Per regulam: Quòd prohibere valens necem alterius videatur criminis participatione, sceleris conscientia vix carere, Gandin. *de malef. de præs. & ind. num.* 24. Blanc. *d. loc. n.* 303. qua de re *cap.* 64. Affine est indicium, ut si testis dicat: se à longinquo vidisse, peti ense occisum ab indiciato, at non interfici. Idem Blanc. *n.* 302.

CAPUT LXXV.

DE INDICIIS, QVÆ EX NVTV, SIGNIS ET DEmonstrationibus muti & surdi, cæci, furiosi & ebrii attestatione depromuntur.

SUMMARIA.

1. *Indicium facit muti & surdi depositio.*
3. *Valet vice vocis, scriptura muti.*
3. *Vitium sensus non impedit testimonium.*
4. *Muti & surdi rectè contrahunt matrimonia.*
5. *In casibus ubi testes inhabiles admittuntur, recipitur depositio muti surdi, &c.*
6. *Recensentur quædam argumenta dubitandi.*
7. *Cæcus qualiter testis esse possit?*
8. *Cæcus in causa adulterii testatur.*
9. *Furiosus suo modo quoq; testatur.*
10. *Furiosi depositio, indicium parit.*
11. *Mente capti testimonium, indicium parit.*
12. *Ebrius an testetur?*
13. *Ebrietas insania voluntaria est.*
14. *Ebrius non potest contrahere vel testamentum condere, durante ebrietate.*
15. *An ebrius pœnæ remissionem habeat?*

1 QUanquam muti † & surdi cæci regulariter non habeantur pro testibus, *l. discretis*, 10. *C. qui test. fac. poss. l.* 1. §. 4. *ff. de postul.* §. *idem surdus just.* quibus non est permissum facere test. idq; inde, quòd in jure pro absentibus habeantur, *l. jubemus, C. de testam. spec. de test.* §. *nunc tractandum, n.* 17. nec vivâ voce, quod potissimum in teste requiritur, animi sensa exprimere & declarare, *l. cum ab initio. ff. quom. test. aper.* neque jurare possint ante depositionem, quoniam testi injurato nulla fides tribuatur, *C. in nomine Domini, extra de testibus.* Dubium tamen non est, quin indicium faciant ejusmodi testes per ætiologiam juris receptam & tritam: quòd testes inhabiles saltem faciant indicium, Farinac. *lib.* 2. *tit.* 6. *quæst.* 62. *lim.* 3. *n.* 54. *de opp. cont. pers. test. in tract. de testib.* [1] modò testes ejusmodi sanæ, nec corruptæ sint mentis, possintq; nutu aut

aut signis probabilibus demonstrare, & significare facta super quibus interrogantur, *l.65.§ 3.ff.ad SCtum Trebell. l.93.§.1.& 2.ff.de acquir. vel omitt. heredit.* [2.] nec utrumq; vitium & surditatis & loquelæ deficientis in homine unà concurrant, quandoquidem jure receptum sit, valere vice † vocis scripturam, quoties mutus de rebus subauditum visúmque cadentibus, deponere possit, Marsil. *in l. de minore, §. plurium, num.* 8. *ff. de qq.* Mascard. *de prob. 3. concl.*1358.non secus ac surdus de visu ac tactu deponere potest ac debet, Marsil. *d.loc.* hinc theorica illa juris. Quòd testimonium non impediat vitium † sensus, siquidem in illam partem sensus non cadit factum, quod est in quæstione, *d.l.discretis* 10.*arg.c.hoc videtur*, 22. *quæst.5.c.ego.* 9. *dist. c.secundum Ecclesiæ,&c.§.adeò, dist.*21.ubi dicitur: nihil interesse. Undecunq; petantur testimonia, modò veritas elucescat, prout aliàs constitutum jure apparet, mutos & surdos † posse contrahere matrimonia, *l.* 43. *ff. de vulg. & pupill.subst.* procuratores constituere, & adire hereditatem, *l.* 5. *ff de acq. hered.* 2 3 4

Quanquam quoad probandum ipsum delictum muti & surdi † signa & nutus non sufficiant, nisi casus talis subsit, ubi alias testimonia inhabilium testium recipiuntur, qua de re suprà *c.*73.sed instari hic potest. [1.] Atqui eadem causæ gravitas in indiciorum materia stringit. Unde tanquam per causam instrumentalem ad delicta punienda solemus pervenire, causa autem si non potentior, certè tamen par, nec dissimilis est suo causato, hinc efficacia effectus arguitur ex causa potissimum, Eberh. *in top.in loc.ab effectu,n.*2. 5

[2.] Si non mors naturalis † infligitur per torturam, excarnificatur tamen homo eo usq; ut vel sanitatē perdat sæpenumero, vel malit sæpè ipsam subire mortem, quàm tormenta, tantosq; corporis cruciatus in se admittere & perferre, *l.* 1. *§.* 23. *ibi:* alii tantâ sunt impatientia, *ff. de qq.* hinc est, quod vulgò dicitur: torturam esse rem immanem & crudelem, gravioremq; utrâq; manus abscissione imò, torturam inferre præjudicium & gravamen irreparabile per notiora. 6

Resp. [1.] Committi fallaciam causæ, neque enim indicia & quæstiones propriè causæ instrumentales sunt suppliciorum & pœnæ, sed media potiùs investigandi delicti auctorem, quò omnia indiciorum pręcepta, tanquam ad metam sibi præfixam, & finem prædestinatum deproperant.

[2.] Resp. Nullam consequentiam apparere, neque sequitur, quæstio gravamen tantum, quale describitur, inducit. Ergo non admittetur mutus & surdus in materia indiciorum, per ea quæ præmisimus, planè si publicè interesse rationem ponderemus juxta gravamen, quod de contingenti inesse potest quæstioni, (neque enim hic nocentium ratio habetur, qui jure permittente quæstioni subiguntur) profectò longè, eaq; dignior, prægnantior juris ratio dictitat, ne veritas supprimatur, nec delicta maneant impunita, testes ejusmodi non secus ac inhabiles testes quivis, si aliàs reus suspectus est, neq;

subsint vel produci possint testes habiliores, *cap.22. quæst. 5. c. ego, distinct. 9.* Quòd verò ad delictum ipsum probandum regulariter non admittantur, ratio est, quòd ad condemnandum reum, probationes requirantur, luce meridianâ clariores, & omni exceptione majores testes, satiusque sit in re ambigua nocentem dimittere, quàm innocentem de medio tollere, juxta Decalogum: Ne occidas, &c. quinimò testes ejusmodi per scripturam deponere posse cum effectu, attestatur Farinac. *de test. lib. 2. tit. 5. quæst. 61. num.* 50. ubi subdit: qualiter notarius signa nutusq; horum testium describere, annotare & desuper domesticorum declarationes, qui signa & nutus probè indicare callent, requirere teneatur? Marsil. *in d.l. de minore*, Mascard. *de prob. d.l.3. conclus.* 1358. Crot. *de test. num.* 373. *vers. secundò fallit.* ubi statuunt: mutum vel surdum de homicidio rogatum, respondere in scriptis teneri, &c. si scribere sciat, sed quæ de hisce personis jure statuta extent, eadem de cœco
7 teste † adserenda sunt, qui licèt de visu non deponat, non ambigitur tamen, quin de auditu possit testimonium perhibere, *gloss. in c. testes, 3. quæst. 9.* Spec. *in tit. de teste, §. 1. num. 56.* ubi ait: testem cœcum in causa injuriarum cumprimis testari posse, aliàs Farinac. *d. lib. 2. tit. 6. quæst. 61. opp.* 10. *num.* 27. existimat, cœcum, fidem integram non facere in criminalibus, sufficit itaque, si qualem qualem faciat fidem, concurrente teste habile, quod ipsum Farinac. implicitè velle non obscurè patet *d. loc.* Refert verò & necesse est hoc in loco, cœcum notam habere vocem, de cujus loquela deponit, *d. cap. testes 3. quæst. 9.* nec obstat, ait gloss. *in cap. nec aliqua 27. quæst.* 1. cœcum in voce posse decipi, nam & in visu decipi possumus, *cap. quomodo 31. quæst. 1. l. 1. ff. de vent. inspic.* non secus ac in tactu, *cap. in lectum, 34. quæst.* 2. quod Patriarchæ illi contigisse legitur, *Genes.* 27. qui benedictionem, quam primogenito destinaverat, imprudenter contulit Jacobo, & quæ alia exempla hìc possunt recenseri. Præterea cœcus sine controversia deponit de iis rebus, qui vidit ante cœcitatem ingruentem Spec. *in tit. de test.* 1. *§. 1. n. 56.* Felin. *in cap. præterea, num. 5. ext. de*
8 *testib.* Corn. *conf. 220. num. 9. lib. 2.* quinimò in causa adulterii † quoad indicia cœcus testatur, Mascard. *de probat. conclus.* 278. *num.* 17. *lib.* 1. Sic furiosus pari
9 ratione deponit de his, qui † vidit & audivit eo momento, quo habebat intervalla dilucida, seu remissionem insaniæ, Spec. *d. loc. num.* 88. Campegius *de testibus, reg.* 114. atque hæc depositio indicium aliquod generet, cùm inha-
10 bilis sit testis hujusmodi, quousq; furor † discontinuus ille durat, Guil. de Bened. *in cap. Raynutius, de test.* uti in indiscretis, & simplicib. idem constitutum esse apparet Spec. *de test. §. 1. num.* 88. qui ad testimonia dicenda accersiti non æquè, ac prudentiores & sagaces probant, faciunt ergo ipsorum dicta so-
11 lummodò † indicium, cùm hi quoque absentibus & dormientibus assimilentur, *argum. l. 1. §. sed furiosus, ff. de acquir. possess.* Spec. *d. loc.* Farinac. 2. *tit. 6. quæst. 61. opp. 9.* de ebrio idem est judicium, cujus testimonium non magis proba-

probare videtur (si nempe ebrietas magna profundaq; fuerit, inducẽs mentis & rationis exilium) quàm furiosi, Bald. *in l. 6. C. de dol. mal. & cap. 1. de testibus* Siquidem de his, quæ tempore furoris viderat, attestetur jam sanitati restitutus, Farinac. *d. loc. nu.* 14. ubi statuit: non transeundum esse in eorum sententiam, qui existimant furiosum, jam mentis compotem testari posse de his, quæ viderit durante furoris actu. Ratio est, quia ebrius † ab insano & furio 12
so parùm vel nihil distat, *cap. vent. dist.* 35. qui etiam loco absentis habetur, secundùm illud:

Absentem lædit, qui cum ebrio litigat.

Hinc Senec. *in epist. ad Lucill.* 83. statuit, nihil aliud esse † ebrietatem, quàm 13
insaniam voluntariam, quin tamen ebrii attestatio indicium pariat, nullus dubito, Bald. *in d. cap.* 1. *de testibus.* ubi evincit: quòd testimonium ebrii non sit perfectum, Tiraquell. *de pœn. caus. 6. num.* 8. quæ ratio ita reddita efficit, ut ebrius non possit celebrare contractum, *gloss. in c. unusquisq;* 22. *quæst.* 4. *cap. sanè* 15. *quæst.* 1. neque condere testamentum, Tiraquell. *d. loc.* contrahere nuptias seu sponsalia de præsenti, vide Dec. *consil.* 112. imò ebrius † non secus ac 14
furiosus pœnæ remissionem habet, *l. unica C. si quis Imperatori maledix.* quod tamen vix observari existimarim, Tiraquell. *d. loc. num.* 10. ubi tamen distinguit, utrum verò industriâ & dolo malo quis sese inebriaverit, ut eò cordatior facinus aliquod perpetraret, quâ in parte dolum ejusmodi, culpa duplici deteriorem esse ait cum Baldo *in l. 1. C. unde vi*, quò alludit Gail. 2. *observ. pract.* 110. *num.* 28. distinguens, inter ebrietatem & ebriositatem, ebrietatem † quidem dicit, veniam delicti, quoad pœnam ordinariam præ se ferre, ut cùm quis 15
non data opera, sed vini inexplorata vi deceptus inebriatur, ebriositatem appellat, quâ exilium mentis ex affectu & inebriandi proposito & consuetudine resultans, quæ si furorem inducat, subindeq; homo labatur in delicta, reum ordinariis legum pœnis, coërcendum esse statuens, *d. observ.* 110. *nu.* 8. 9. Sed tantum de indiciis, quæ ex attestatione muti, surdi, cœci, furiosi, & ebrii, resultãnt, &c.

CAPUT LXXVI.

DE INDICIIS, QUÆ EX DEPOSITIONE mulieris descendunt.

SUMMARIA.

1. *Testimonium mulieris indicium parit.*
2. *Explicatur c. 2. q. 3. c. 15.*
3. *An mulier testari possit in causis arduis?*
4. *An actori per mulierem probanti, deferendum sit juramentum suppletorium.*
5. *Explicatur l. 18. ff. de testibus.*
6. *Totum jus est quasi lex unica.*
7. *In delictis exceptis mulier potest esse testis.*
8. *In causa adulterii mulier testatur.*
9. *Quoties judex ex officio inquirit & procedit, mulier potest esse testis.*

10. In

10. *In causis capitalibus mulier omni exceptione major dici nequit.*

11. *Duæ vel tres fœminæ non probant, nisi in delictis exceptis.*

12. *Furtum duabus muleribus non probatur.*

13. *In quibus causis civilibus nedum mulier testetur?*

14. *In testamentis, quibus Ecclesiæ & pauperibus major pars bonorum legatur, mulier potest esse testis.*

15. *Cum mulier jurat, ridet aër.*

16. *Mulieres jus accusandi non habent.*

1 MUlieris testimonium † in causa criminali indicium parere patet *per c.*
quoniam ext. de testib. scilicet quæ regulariter à testimonio dicendo in
causa criminali repellitur, *c. mulierem, 33. quæst. 5. c. forus de V. S.* Spec. *in tit. de*
teste §. 2. *num.* 83. Dec. *in l. 2. num. 34. ff. de R. J.* Gomez. 3. *resol. 12. de prob. delict.*
num. 13. Mascard *de prob. 2. concl. 762. num.* 1. Farinac. *de testib. 2. tit. 6. quæst. 59.*
2 *cas. 1. num. 3. &* 13. Sed urgeri hic potest † maximè, *c. 2. quæst. 3. caus.* 15. junctâ,
l. 18. ff. de testib. ubi dicitur: mulierem non condemnatam, alicujus flagitii te-
stimonium dicere posse in causa adulterii, *in d. c. 2.* quod expressè ad *l. 18.* sese
refert in eoq; fundatur, ubi *ἁπλῶς* adseritur, mulierem testari posse. Quod si
ita est, uti vero verius apparet, non indicium, sed plenam probationem effi-
3 cit mulier † contestem habens atq; hinc est quod Abbas *in c. insinuatione,*
4 *col. 2. vers.* & quod dictum est scriptum reliquit actori † suam intentionem,
per mulierem probanti deferendum esse juramentum suppletorium, & dici-
tur *in c. super eo. ext. de testib.* quòd duæ mulieres plenè probent, Dec. *consil.*
342. Tiraq. *de ll. Connub. lib. 9. num.* 74. quæ quoque in codicillis testis esse
potest, in quibus non nisi testes omni exceptione majores admittuntur, *l. fin.*
C. de codicill. atqui testes omni exceptione majores in criminalibus non re-
pudiantur. Ergò. Resp. distinguendum esse, inter causas civiles & crimina-
les. Deinde inter causas criminales sic comparatas, nempe in quibus testes
recipiuntur inhabiles vel ubi probationes leviores admittuntur. Quanquam
5 enim utrobique † & *in l. 18. & quæst. 3. caus.* 15. dicatur, mulierem testari posse
ac quidem *in l.* 18. quæ à contrario sensu argumentatur, quod in jure fortissi-
mum est, teste Eberh. *in top. in loc. à contr. sens.* quem textum recenset seque
in eo fundat, ut diximus, *d. quæst.* 3. Quia tamen uti constat loci ejusmodi in-
distinctè & indefinitè loquuntur, inde nõ excludi debent casus à regula illa
6 jure excepti, cùm jus † nostrum quasi lex unica sit, ut intelligamus, quòd si
quid uno in loco perperam & obscurè scriptum sit, id declaremus, supplea-
mus, vel restringamus, per locum evidentiorem, Donell. 1. *com.* 1. Cùm itaq;
dicimus mulierem testem agere posse, quod certum est & jure expeditum,
non hoc dicimus, quasi in genere, quacunq; juris materia id verum sit, sed
certo & limitato quodam respectu, quod JCti Pauli sententiæ *in d. l.* 18. quo-
que consentaneum est, qui citato loco saltem in genere refert, quæ personæ
ad edictum, quod de testibus est prohibitorium, ad testimonium dicendum
admitterentur, &c. Quod ll. præcedentes & consequẽtes evincunt, & quia de
muliere

muliere nondum quæsitum, nec quicquam decisum erat. Resp. eam testari posse, ratione adjectâ quia L. Julia de adulteriis eam dicat admittendam si non sit condemnata alicujus delicti. Ergo in genere dicit eam testari posse, nequaquam verò exprimit, in causa criminali ejus testimonium admittendum esse, quam sententiam amplectitur & approbat *d. quæst.* 3. quæ quasi verbotenus recenset *l.* 18. cui neq; quicquam addit, neq; adimit.

In hypothesi verò, quia utraq; ll. tacent, videntur se remittere procul dubio ulteriori juris dispositioni, ubi in hypothesi agitur, quòd licèt jus testimonii habeat mulier in judicio, ut ait: *d. l.* 18. non sequatur tamen. Ergò ubivis idem jus habet, imò *c. forus*, 10. *de V. S.* ait: natura impediri mulierem, ne testetur, quia subdit testimonium ejus varium & mutabile esse: Casus verò, ubi excipitur mulieris testimonium, est causa criminalis, *d. c. forus, c. mulierem, quæst.* 33. *c.* 5. Spec. *de test.* §. 1 *num.* 83. Vivius *in com. opin. verb. testis idonea n.* 2. Clar. *in pract. crim. quæst.* 24. Bonacoss. *in com. opin. p.* 1. *part.* 117. Ant. Scapp. *de jure nō script. lib.* 5. *cap.* 78. *num.* 1. Mich. Grass. *in tr. com. opin. lib.* 2. *c* 17. *q.* 10. quam sententiam esse communem, nec ab ea recedendum contra tot patrum (quos recenset) voluntatem, Farinac. *in tr. de testib. lib.* 2. *tit* 6. *quæst.* 59. *nu.* 3. nisi in delictis † exceptis, sicq; dispositis, ubi aliàs testes inhabiles admittūtur, 7
ut sunt domestici, consanguinei, impuberes, viles, pauperes, muti, surdi, &c. de quib. in capitibus aliquot præcedentibus diximus, & Deo volente dehinc proliximus agemus. Ut sic secundum quid, uti in Scholis loquimur, mulier nihilominus jus testimonii ferendi habeat in causa criminali, & quia adulterium probari potest indiciis nonnunquam levioribus, testibus minus idoneis, Farin. *lib.* 2. *de testib. tit.* 6. *quæst.* 61. *opp.* 10. *num.* 33. ita non est ambigendum, quin pro re natâ ad probandum hoc delictum mulier admittatur, quò sine dubio respexit l. Julia de adulteriis, citata à Paulo *in d. l.* 98. quoniam & cæcus testari possit in causa † adulterii, & ferre testimonium, Farin. *d. loc.* alle- 8
gans Masc. *de prob.* 1. *concl.* 278. *num.* 17. Joan. Andr. *in addit. ad Spec. tit. de test.* §. 1. *num.* 83. ubi ait: in subsidium jura Canonica non repellere mulierem à testimonio, nempè ubi aliàs veritas haberi non potest, ne delicta maneant impunita, & Felin. *in d. c.* quoniam dicit: Communem practicam admittendi fœminam in testem, habere in se æquitatem ac veritatem, siquidem veritas aliter haberi nequeat, & Jas. *in l. fin. num.* 7. *quib. ut indig.* statuit, in casibus ejusmodi duas fœminas facere plenam probationem.

Dixi autem in delictis exceptis admitti mulierem, quod comprobatur, *c. tanta ubi gloss. & Dd. & c. per tuas ext. de Simon:* ubi dicitur: in causa Simoniæ, quòd delictum exceptum est, admitti testimonium † mulieris, uti & in 9
crimine hæreseos, læsæ Majestatis, Spec. *in tit. de test.* §. *num.* 83. *ibi:* nisi in criminibus exceptis, dixi quoq; in quibus casibus admittantur testes inhabiles, In iisdem admitti etiam fœminam, evincitur id per *gloss. in d. c. quoniam testib.*

c.mulierem,33.quæst.5. Sic quoties judex ex officio inquirit, mulier in testem
admittitur, gloss.in c.tam literis,in verbo fœmina, ext. de testib. & d. c. forus, d.c.
quoniam, ubi textus expressus est, de testibus.

Porrò respondetur ad argumenta superiora dubitandi, quòd sententia
Abbatis & Decii juxta hanc decisionem sit accipienda, nempe ut ipsa in causa
civili saltem stringat, quemadmodum in terminis ejusmodi quoq; haud ob-
scurè scribunt, & quanquam in causa civili etiam, qualis est jus codicillorum,
Bronchorst.cent.2.misc.controv.assert.27.in fin. Hœnon. qq seu contr. jur.civ.
10 disp 12.thes.22. mulier † omni exceptione major existimetur per d.l.fin attamen
in causis capitalibus, mulier omni exceptione major nunquam dici po-
test, Cæpoll.consil.crim 32 n.2. Alex.2.cons.70.n.14. Cravett.cons.99. Dec in d.
l 2.n.36.de R. J. Cephal.consil.233.n.23.lib.2. Roland.à Vall.consil.7.n.12.lib.1.
Anton.Scapp in tr.de jure non script.lib.5.cap.78.n.10. hinc est, quòd in deli-
11 ctis probandis, duæ vel tres fœminæ † regulariter non probent, nisi ut diximus,
in exceptis, Dec.d.loc. Gand. in tr.malef.de fur.& latron.n.7. Angel. Aret.
12 cons.71.n.57.lib.1. ubi ait: furtum † duabus mulieribus non posse probari. Er-
go validum indicium parit saltem attestatio fœminarum sufficiens ad torturam,
per suprà dicta, &c.

13 Quin quòd nedum in quavis civili † causa fœmina admittatur ad testi-
ficandum, ut in scriptura privata, quæ testibus tribus debet subscribi, l.11.ibi:
trium vel amplius virorum subscriptiones, &c. C.qui pot.in pign.hab. ubi Bald in
verb. trium, num.4. Felin. in cap. ita quorundam, num.1.ext.de judic. Dec. in
cap.quoniam contra, in 8.notab. ext. de probat. in causa perditionis instrumen-
torum, Bart.in auth.si quis, C.de edendo, & in l.1.num.27.ff. de reb.cred. & l.2.§.
Divus, num.4.ff de jure fisci, Dec.in d.c.2.num.14.de prob.in causa feudali, cap.1.
ubi Hott. Schenck Baro de Tauteb. Petr. de Ravennate & Feudistæ com-
muniter, qui test.sint necess.ad nov invest.prob.2.Feud. Felin.in d.cap.quoniam,
14 ext.de testib. Deniq; nec in testamentis † mulier testis esse potest, §.testes, ubi
Interpp.Inst.de testam. quanquam in testamento inter liberos condito, & ul-
timis voluntatibus, quibus Ecclesiæ & pauperibus major bonorum pars le-
gatur, secus esse, non pauci arbitrentur, gloss.in auth. quod sine, C. de testam.
Bald.in l.1.num.9.C.de SS.Eccles. idemq; in testamento militis, gloss.in d.§.te-
stes, Campeg. de test.reg.124.fall.3. Hartman. Hartman.pract.obs.tit.15.de test.
obs.5.& tit.38.de codicill.observ.1. Hœnon. disp.8. ad Pandect. thes.7. ad fin. &
quoties quæstio subest, de ambigua vel mutata testatoris voluntate, Bald.con-
sil.39.num.3.lib.2. Mascard.de probat.lib.2.concl.763.num.18. Porrò in causis
matrimonialibus, cap.super eo, ubi Host.& Panorm.de test. tametsi legibus Mo-
saicis mulierem, ad testimonia dicenda nunquam admissa fuerit, teste Joseph.
lib.4.antiquit.6. nempe propter sexus levitatem, temeritatem & prompti-
tudinem pejerandi, hinc Imp. in Novell.de nupt.§. quæ verò, dicit, quòd mu-
lieres

lieres facilè labantur in perjuria, & Propert. *lib. 2.* canit:

Hoc perdit miseras, hoc perdidit ante puellas,
Quicquid jurarunt ventus & unda rapit.

& Ovid. 1. *amor. Eleg.* 8.

Nec si quem fallas tu perjurare timeto,
Scilicet æterni falsum jurare puellis
Dii quoq; concedunt.

Unde illud diverbium Græcum: Γυναικὸς ὀμνύσης γελᾷ ὁ οὐρανὸς; *Cùm † mulier* 15
jurat, ridet aër. Quanquam verò hæc dicta de extrajudiciali & temerario mulierum juramento loquantur, dubium tamen non est ob eandem causam, innatamq; mulieribus levitatem, & mentiendi libidinem evenisse, cur nec dum jure civili κατὰ πανδῶς mulier testificaretur: quæ ratio & hoc effecit, ne mulieres regulariter jus accusandi haberent, *l. 8. ff. de accus. & inscript.* David Döring *tom. 1. Bibliothec. Jurisconf. verb accusatio, tom.* 160. Berlich. *part. 4. conclus.* 14 *num.* 23. Joan. Baptist. Bov. *in tract. stat. præscript. pag.* 19. *num.* 43. *ibi*: mulier ducitur & reducitur ad placitum, & nescit quid agat, vel ut Farinac. ait, *lib. 2. de
testib. tit. 6. quæst.* 59. *cas.* 1. *num.* 3. quia fœmina † est mendax, perjura, dolosa, 16
mutabilis, fragilis, varia, corruptibilis, hinc propter judicii muliebris imbecillitatem non secus ac mente captis, & impuberibus parcitur eidem in pœnis infligendis, Tiraquell. *de pœn. causa* 9. ut Plin. *lib.* 8. *nat. hist.* rem satis mirã scribat (ait Tiraquell. *de pœn. d. caus.* 9. *num.* 2.) leonem sævientem, in viros plus, quàm in fœminas fremere, veluti, quem natura docuerit, fœminas clementius, quàm mares esse tractandas, &c. *Hæc ille.*

CAPUT LXXVII.

DE INDICIIS, QVÆ EX DEPOSITIONE consanguineorum proficiscuntur.

SUMMARIA.

1. *Depositio consanguineorum accusatoris indicium parit.*
2. *Referuntur opiniones dissentientium.*
3. *Argumenta dubitandi recitantur.*
4. *Narratur consuetudo quædam depravata, casusq; notabilis.*
5. *Indicia, non delicta probantur testibus inhabilibus.*
6. *Historia lepida de Opilione Neapolitano recensetur.*
7. *Consanguinei depositio contra consanguineum, efficacem probationem infert.*
8. *Testi contra seipsum testanti, omninò creditur.*
9. *Cognatus cogi non potest ad testimonium dicendum contra cognatum.*
10. *Admittuntur cognati ad innocentiam probandam cognati.*
11. *Qualiter consanguinei in causa civili pro cognato testificentur?*
12. *Ad reprobandos testes non sufficiunt consanguinei.*
13. *An consanguineus tantam fidem faciat, ut actori deferatur juramentum suppletorium?*
14. *De consanguineis & affinibus naturalibus quid juris?*
15. *Generalis limitatio subnectitur.*

1 DEpositione † consanguineorum & affinium, indicium quæstioni parere
non plenam probationem, docet Foller. *in pr. crim. in verb. capiat infor-
mationem, num. 33. vers. secundus affectus*, Blanc. *in pr. crim. num.* 13. Menoch. 1.
de præs. q. 88. *n.* 19. qui adeò extenuant hoc indicium, existimantes, magistra-
tum vigore ejusdem non posse ad quæstionem procedere, sed saltem inde
formare generalem inquisitionem, Aret. *in l. qui testamento, §. quæcunq;, n. 6.*
2 *ff. de testam.* Boss. *de opp. contr. testem, nu.* 110. referens, † Abbatem *in c. literas,
num. 9. de præsumpt.* opinantem, posse nedum duos consanguineos accusato-
ris, facere indicium quæstioni sufficiens, Felin. *in d. cap. literas*, quod an sese
aliter habeat in casibus difficilioris probationis, uti communiter statuunt
Dd. referente Alb. de Rosate *in l. 6. num. 2. vers. sed nunquid isti, C. de testib. p. 3.
num.* 88. Dubius sum proinde 1. quòd periculum subornationis & falsitatis
æquè in hoc passu, quàm aliàs sit subtimescendum; ut sic paritate rationis
data idem jus dominetur, Bald. *in l. 15. C. de Episc. & Cler.* cùm à pari causæ po-
tentia, par effectus procedat, pariumq; eadem sit natura, Eberhard. *in Top. in
loc. à pari, num. 2.* 2. quod contraria sint admittere imperfectas probationes,
3 & adserere non nisi luce meridiana clariores oportere esse probationes † in
causis criminalibus, quæ se invicem destruunt, nec sana ratione possunt unà
subsistere circa idem ad idem & eodem tempore, ut ait Philosophus: Seque-
tur itaque unum ex his vacillare, scilicet ad evitandam contrarietatem, cùm
posito uno contrariorum inesse, removeatur alterum, *l. 15. ff. de except. rei jud.
l. Pomponius, §. sed & is. ff. de procur. l. 3. §. ex contrario, ff. de acquir. poss.* hinc est,
quòd Judæus Christianus factus nedum testari possit contra Christianum,
nec admitti ad alia officia publica, *cap. constituit, juncta glossa* 17. *quæst.* 4 Eber-
hard. *in Top. in loc. à contr. num.* 2. ratio est: Quia reliquæ naturalis contrarie-
tatis, Græcis (*ἀντιπαθεῖα*) dictæ, adhuc spirare & dominari existimentur in Ju-
dæo, *argum. d. gloss. cap.* 17. 3. Quia experientia rerum magistra sæpenume-
rò comprobavit, testes consanguineos, affines & amicos, utplurimùm peje-
rasse, non tam vinculo necessitatis conjunctæ, quàm conspirationis facilioris
in caput & perniciem proximi, cui succensent, eumq; odio clandestino perse-
quuntur. Sic in Præfectura quadam Marchiæ Brandeburg me observasse me-
mini, rusticos & consanguineos aliquot, quibus invidebant, movisse lites ci-
4 viles, eosq; detulisse, & facinoris insimulasse † magistratui, quam suam as-
sertionem, quò probarent, pepigisse, ut alter accusator, alter testis esset, & sic
viceversa. quam consuetudinē appellarunt ein gelichenes nachbarliches Eyd/
cujusmodi juramenta hodie (quod dolendum est) sunt usitatissima colonis,
quibus se invicem spoliant jumentis, præsertim equis, à militibus raptis &
divenditis. Ego, cùm mihi idem obveniret casus, testibus tribus pro actore
jurantibus, iisq; seriò & sincerè ante receptionem de perjurio ejusq; pœna
divina & humana certioratis, pro reo nominatos testes pariter tres admitte-
re nolui

renolui, abſque ulteriore inquiſitione, reſcribens magiſtratui, cujus erant ſubditi, ne admitteret teſtes, ſiquidem ego perjuria præſumerem, ille monita mea curans parùm, jurata teſtimonia recipit, mihiq; remittit rotulum, atteſtationes actori referentem è diametro contrarias, dubius idcircò quid pronunciandum; non tam equi & depoſiti cauſa, quia per ſponſionem deponebatur ſumma thalerorum 20. parata, ut qui obtineret equum, lucraretur quoque depoſitum, quam perjurii procul dubio commiſſi. Revolutis actis video teſtes, quoad ætatem equi diſſentire, actoris teſtes equum ætatis 7. rei, & intervenientium teſtes 10. annorum eſſe deponunt. Requiro, qui de ætate deponant, juratos & expertos viros, mandavi quoque equum deduci in pagum actoris, atque dimitti, utrumne ad villam ejus tenderet, uti aliquando in cauſa pari decrevit Sergius Galba Imperator, referente Suetonio *in vita ejus, ibi*: cùm inter duos de proprietate alicujus jumenti, incertis utrinq; argumentis diſceptaretur, Imperator juſſit, ut ad lacum, ubi aquari ſolebat, involuto capite duceretur, atque ibidem revelato, ejus eſſet, ad quem ſponte ſua reverteretur, &c. Sic caballo litigioſo noſtro ante pagum dimiſſo, & per aliquot plateas rectà domum domini repetente, nec non juxta præſepe priſtinum ſeſe ſiſtente. Ego concepi ſententiam hoc pacto: In Sachen D. contra Homan Gerden/ vnnd reſpectivè intervenienten Ort S. vnnd deſſen Conſorten zu Oſt/ in allem Einbringen nach/ zu Recht erkant/ daß das Pferd quæſtionis ernantem D. zugehörig/ vnd ſolches H. zu reſtituiren ſchuldig/ welchem ſeine Notturfft/ ſo viel die eviction anreichet/ gegen den Verkauffer / wie billich/ vorbehalten wird/ vnd ſeyen die 20. Reichsthaler deponirter Wettungs Gelder/ zumaln ehrliche vnd willkürliche Wettung in Recht zuläſſig/ dem Kläger / als victori, zugleich heimgefallen/ die Vnkoſten ſeyen ob bewegender Vrſachen hinc inde compenſiret. Alles von Richts wegen. *Sig. S. die 27. Julii, Anno 633.*

Reſp. ad 1. Quoties dicitur in caſibus difficilioris probationis admitti teſtes inhabiles, non nitimur ſoli huic teſtimonio, ſed concurrentibus indiciis, quæ veriſimiliora & haud fallibilia videantur, ut idcircò periculum ſubornationis, adſtipulante veriſimilitudine, ſatis ſuperq; diluantur, cumprimis quòd in probandis indiciis ad effectum quæſtionis producendæ, regula hæc ſibi locum vindicet. Et quæ non proſunt ſingula multa juvant. Uti id ſupra aliquoties in capp. præcedentibus declaravimus.

Reſp. ad 2. Non contraria eſſe ſed compatibilia, vel ut Philoſophus ait, diverſa, quando dicimus admitti probationes imperfectas, & omni exceptione majores, vel luce meridiana clariores. Diſtinguendum eſt enim inter indicia & delictum ipſum, indicia probari poſſe per teſtes inhabiles, vel inhabilis teſtis depoſitionem non officere indiciis tralaticium eſt, adeò ut quæ teſtimonia non ſufficiant ad pœnam infligendam, illa ut plurimum ad tortu-

5 ram præstent. Intereà manente hoc, ad probanda † delicta requiri probationes dilucidissimas & perfectas, vide Alexand. *consil. 13. vol. 1. in fine.*

Resp. ad 3. A particulari inferri, unde nihil sequatur, neque enim exempla jus faciunt, *l. nemo, C. de sent.* Par exemplum est, quod refertur de pa-
6 store quodam Neapolitano, † qui cùm confitendi peccata ergò, ad genua sacerdotis procubuisset, deploravit hoc, quòd aliquando caseum formans, jejunii tempore ex pressurâ lactis guttas quasdam in os exilientes hausisset, sacerdos, qui mores gentis nosset, subridens cum dixisset, graviter illum deliquisse, qui quadragesimam non servasset, quæsivit nunquid aliis etiã peccatis esset oneratus, negante pastore, rogavit, num cùm aliis pastoribus quẽquam peregrinum, ut mos erat illius gentis, vel transeuntem per saltus & sylvas ejus loci spoliasset aut occidisset? Sæpius, inquit ille, utraq; in re cum reliquis sum versatus, sed istud apud nos ita consuetum est, & conscientiam nostram non aggravat. Sed ad rem: Quanquam consanguineus in genere pro cognato non admittatur in testem, *c. 3 quæst. 5. l. 3. ff. de testibus cap. forus de V. S.* dubium tamen non est, quin testimoniũ ejusdem plenè probet contra se ipsum, *l. si quis testibus, ff. de testib.* Dec. *consil. 163. nu. 11.* Cravett. *consil. 6. n 62.* ratio est,
7 quòd nemo carnem propriam odisse † præsumatur, Idem *consil. 220. num. 9.* Farin. *de test. 2. tit. 6. quæst. 54. n. 79.* adeò ut testi contra seipsum deponenti, ex omni asse credatur, Socin. Jun. *consil. 61. num. 19. vers. 5. lib. 2.* uti & cognatus
8 partim pro amico, partim contra † ipsum testanti, *arg. c fraternitatis, ubi gloss.*
9 *de testib. gloss. in auth. si judex, C. de Episc. & Cler.* hinc est quòd cognatus † vel affinis cogi non possit ad testimonium dicendum contra cognatum, *l. 4. ff. de testib.* 2. quòd consanguinei admittantur ad probandam innocentiam rei, Spec. *in tit. de inquisit. §. vers. sed numquid. n. 22.* Alexand. *consil. 4. nu. 10. lib. 6.* Crot. *de testib. p. 3. num. 80.* Masc. *de prob. 1. concl. 68. nu. 3.* 3. quod in civilibus
10 cognati † testes instrumentarii esse queant, Alb. de Malett. Pap. *in tr. de test. p. 1. num. 32.* ubi hanc conclusionem habet, quòd testes rogati quivis, licèt
11 consanguinei † sint ejus, ad cujus favorem recipiuntur, sufficienter probent. *gloss. in Novell. de test.* Bald *in l. parentes, num. 1. C. de testib.* nisi de falsitate instrumenti vel legalitate Notarii disputetur, quo casu inhabiles & parum idonei reputantur, Cæpoll. *cons crim. 21. num. 6.* 4. quòd ad probandas ultimas voluntates cognatorum admittantur, Campeg. *de test. reg. 7. 6. fall.* Philipp. Cornæ. *lib. 2. consil. 298.* 5. uti in causis matrimonialibus, *gloss. in c. in summa, 3. q. 5.* Socin. Jun. *consil. 79. num. 11. lib. 2.* 6. unde & hoc sequitur, quòd cognati ad purgãda indicia contra reum militantia, in testes quoq; recipi possint, Gomez. *3. resol. 12. num. 23.* ubi ait: multoties se vidisse, affines examinatos fuisse ad probandam innocentiam inquisiti, Fr. Viv. *in cons. opin. verbo testes affines vers. similiter innocentia rei, &c.* nisi super indiciis jam essent recepti ju-
12 rati testes, ad quos reprobandos vix sufficerent testimonia † consanguineo-

rum

rum, scilicet propter affectionem & perjuria, Alex. *consil. 5. num. 8. lib.* 1. Viv. *d. loc. vers. quodq; procedit*, Mascard. *de prob.* 1. *concl.* 412. *num.* 8. [7] quòd ad purganda indicia admittantur contra fiscalem agentem, Bald. *in d. l. parentes, &c.* scilicet, qui de lucro pœnali & odioso tractat cum alterius jactura, quapropter illius interesse non est in aliqua consideratione, ait Farin. *lib.* 2. *de testib. tit.* 6. *quæst.* 53. *num.* 37. [8] quòd admittantur, quoque in civilibus aliis causis, præterquam instrumentariis, vel testamentariis, Bald. *consil.* 5. *lib.* 2. Alexand. *consil.* 122. *num.* 4. *lib.* 2. Menoch. *de arb. qq.* 2. *cas.* 104. Sed an † consanguineus 13
testis unicus tantam fidem faciat, ut deficiẽte ulteriori probatione, actor possit defectum supplere juramento, quod dicitur suppletorium? Videtur affirmandum inde: quia uti diximus, in civilibus hic testis plenè probat, Mascard. *d. loc.* sed utut sit, contraria verior vulgò creditur sententia, existimantium ad dictum affinis, consanguinei, vel amici singularis, non deferri juramentum suppletorium cum effectu juris, ratio est, quòd testis ejusmodi debeat esse omni exceptione major, Masc. *de prob.* 1. *concl.* 68. *num.* 15. atqui consanguineus omni exceptione major nunquam dici potest, Jason. *in l. admonendi, nu.* 180. *vers. confirmo, ff. de jurejur.* Alexand. *consil.* 13. *num.* 16. *& consil.* 18. *num.* 4. *lib.* 1. Dec. *consil.* 463. *n.* 13. Crot. *de test. pag.* 4 *n.* 121. Ergò juramentum deferri non debet, quam sententiam communem esse, & vulgò à Dd. receptam, attestatur Farinac. *de testib. d. loc. n.* 81. *pag. mihi* 17. *in fine & sequenti* 18. quòd si tamen attestatio affinis corroboraretur testimonio alterius testis parum idonei & inhabilis, secus dicendum foret, Corn. *consil.* 172. *num.* 221. *lib.* 2. ubi dicit: quòd pluralitas testium stabiliat dictum testis inhabilis. Ludov. Rom. *consil.* 486. *in fine*, quia ut vulgò dicimus, duo vel plura vincula fortius ligant, hinc *gloss. in l.* 16 *ff. de prob.* & Bald. *in consil.* 50. *lib.* 2. statuunt: affines & consanguineos conjecturam solummodò facere, deficientibus contestibus in civili, præter casus modò numeratos, in criminali causa indicium quæstioni, licèt testes ejusmodi de delicto immediatè deponerent, per suprà deducta, *gloss. in d. l.* 16. Crot. *de test. p.* 3. *num.* 8. Porrò quod affines † vel consanguineos naturales tantùm 14
attinet, quanquam jura sanguinis in his quoque stringere videantur, quæ immutabilia vulgò dicuntur, adeoq; affinitas per coitum illicitum contrahatur jure Canonico, *C. de illo, c. discretionem ext. de illo, qui sang. ux. vel spons. & c. in eodem*, 34. *quæst.* 4. non tamen reverâ & propriè affines sunt, *l. non facilè*, 4. §. *affines*, 3 *ff. de gradib.* §. *fin. inst. de nupt.* ubi naturales tantùm & spurii (quanquam inter hoc quædam quoq; sit differentiæ nota) dicuntur ἀπάτορες juxta versiculum glossæ:

Cui pater est populus, pater est sibi nullus, & omnis,
Cui pater est populus, non habet ille patrem.

Si ἀπάτορες sunt naturales, quomodo eis veri assignari possunt agnati, affines, consanguinei? *d. l.* non facilè manet itaq;, ipsos testari posse in causis

consan-

consanguineorum, affinium, qui vulgi opinione tales creduntur esse, modò eis nihil aliud obstet, cur in genere à testimonio dicendo repellantur. Neq; movet, *d.c. de illo.* & canones cæteri modo allegati, nempe qui gradus affinitatis admittunt saltem ad impediendum copulam carnalem, vel matrimonia inter affines ejusmodi contrahenda, quibus ne commixtiones sanguinis, ejusdemque carnis fiant, rectè conjugia ibidem inhibentur, quæ ratio, quia non stringit in casu præsenti de quo quæstio est, utiq; ergo jus diversum statuendum erit, *argum. l. 32. ff. ad L. Aquil.* decisioni huic magis est affine brocardicum, ut si cognatio & affinitas quidem sit inter accusatorem & testem, ea non attendatur, quoties de affectione, quæ regulariter præsumitur de cognatis, non ex omni asse constat, quandoquidem experientia dictitet, sæpe co-
15 gnatos † sibi invicem existere inimicissimos, juxta illud:

——— Fratrum quoq; gratia rara est,
Non socer à genero, non hospes ab hospite tutus.

Ovid. *in Metamorph. lib. 1.* & Silius Itali: *lib. 16. de bello punico de corbe & orsua scribens fratribus Germanis, ibi:*

Concurrére animis, quantis confligere par est,
Quos regni furor exagitat, multoq; cruore,
Exaciata simul portantes corda sub umbras,
Occubuére pari visu per pectora adactus,
Intima descendit mucro super addita sævis,
Ultima vulneribus verba & convicia volvens,
Dirus in invitas effugit spiritus auras.
Nec manes pacem passi, nam corpora juncta,
Una cum raperet flamma rogus impius ignis,
Dissiluit, cineresq; simul jacuisse negârunt.

Sublata enim causa effectus tollitur, Eberh. *in top. in loc. ab effect. nu. 1.* Gabriel. Rom. *de testib. concl. 13. num. 13. & 31.* ubi adserit: arbitrio judicis relinquendum esse, sitne affectio cognatorum affiniúmve tanta, ut testimonio eorum fides sit detrahēda, qui si hoc vel illud non vano sed justo arbitrio censuerit, testis indicium plenum faciat, si solus sit atq; de delicto immediatè deponat, vel semiplenum, si de affectione constet, Gabr. *d. loc.*

CAPUT LXXVIII.

DE INDICIIS, QUÆ EX ATTESTATIONE testium inimicorum depromuntur.

SUMMARIA.

1. *Testis inimicus indicium quæstioni qualiter faciat?*
2. *Inimici capitalis testimonium omnis fidei expers est.*

3. Quantum in genere tribuendum ſit aſſertioni inimici non capitalis?

4. Inquiſitione pendente, reus inimicitiæ probationem offerre debet, quo durante proceſſu, inquiſitio ſilebit.

5. In cauſa civili exceptio non impedit ingreſſum litis, ſed dehinc demum ventilatur.

6. Inimicitia occulta ſolet eſſe intenſior apertâ.

7. Occultus hoſtis peior eſt eo, qui falſam monetam cudit.

8. Quid de inimico præſumpto ſtatuendũ?

9. An inhabilitas juvetur adminiculis adeò, ut qui teſtes inhabiles vulgò dicantur, per adminicula legitimentur?

10. Refutatur ſententia Farinacii in hac juris materia.

11. Farinacius nimis anxiè limitat & ſublimitat.

11. Pueri argentum vivum collecturi, id magis magisq; diſpergunt.

13. An fœmina inimica repellatur à teſtimonio?

14. Irritabile & vindex fœminarum genus eſt.

15. Animi magni eſt, quaſdam injurias flocci pendere.

16. Teſtis inimicus nõ habet jus accuſandi.

17. Teſtimonium inimici ad torquendum, non condemnandum ſufficit.

18. Quando opponenda ſit exceptio inimicitiæ?

19. Teſtis examinatus extra terminum, facit indicium.

20. Teſtis non examinandus quoq; indicium facit.

INimicum † teſtem indicium quæſtioni facere, tradit Bajard. *ad Clar. q.* 24. 1
num. 22. quam ſententiam intelligendam eſſe ait Farinac. *lib.* 2. *de teſt. tit.* 6.
quæſt. 53. de inimico non capitali, quoniam capitalis † hoſtis dictum ſit o- 2
mnis fidei expers, nec probationem, indicium, nec præſumptionem producat, Bald. *conſil.* 36. *lib.* 4. Crav. *conſil.* 9. *num.* 6. Menoch. *de arb. ju. lib.* 1. *q.* 28. *num.* 5. Boſſ. *de inquiſ. num.* 52. Carol. de Graſſ. *de except. c.* 24. *num.* 18. niſi judex circa inquiſitionem generalem formandam occuparetur, quo caſu inimici teſtimonium admitti poſſe, refert Boſſ. *d. loc. num.* 52. Menoch. *de præſ.* 1. *q.* 88. *num.* 13. ubi admonet judicem, ut cautus ſit, neque fidat nimiùm inimico etiam non capitali, quoniam † inquiſitio ejuſmodi, quæ ſoli famæ plerumq; 3
niti ſoleat, honorem & exiſtimationem hominis ſugillet & offendat, Johan. Baptiſt. Plot. *conſil. crimin.* 72. *num.* 19. *lib.* 1. quapropter inquiſitione inſtante, reus ſe ſiſtere atque probationem inimicitiæ offerre poteſt, quod dum agit, ſilere debet inquiſitio, † donec articulus hujuſmodi ſatis ſuperq; fuerit diſ- 4
cuſſus & expeditus, *c.* 7. *Novell. de teſtib.* quod paulò ſecus in civili † cauſa 5
ſe habet, exceptio enim illa non impedit examen, ſed differtur ad medium, vel finem uſque proceſſus, uti id aliis exceptionibus altiorem indaginem requirentibus, ſimiliter familiare & conſonum eſt, *d. c.* 7. *Novell. de teſtib.* Bart. *in l.* 1. *§. ſi quis, num.* 2. *ff. de qq.* neque diſtinguitur, ſive inimicitia illa ſit aperta ſive clandeſtina, modò per certos actus, unde inimicitia colligitur, ea probetur, Felin. *in c. quoties, num.* 3. *ext. de teſtib.* Menoch. *de arb. qq.* 1. *quæſt.* 28. *nu.* 7. Crot. *de teſtib p.* 3. *n.* 99. Bart. *in l.* 3. *ff. de teſt.* Menoch. 5. *præſumpt.* 43. ratio eſt,
quòd inimicitia occulta † ſoleat eſſe acrior & intenſior manifeſtâ, ut enim 6
ſcopuli marini, qui ſub aquis latent illis, qui apparent in conſpectu atq; emi-

nent, navibus multò sunt nocentiores, ita occultæ inimicitiæ sub specie falsæ amicitiæ latentes, majora dare damna solent, Lucill. *in antholog. lib.* 2. Camer. 3. *medit. hist. cap.* 54. quinimò amicitiam fingens, cùm tamen sit inimicus, pejor est illo, qui aduleratam cudit monetam, quia ille in rebus, iste in anima fraudem committit. Idem Camer. 3. *med. histor. cap.* 58. Porrò nec hoc
7 distinguitur, sive † inimicitia sit occulta vel præsumpta, qualis est inter inimicum & amicum inimici mei, gloss. *in l.* 1. *§. cùm patronus, in verb. cum inimicis, ff. de off. præf. urb.* Crot. *de test. p.* 3. *num.* 93. quò respiciunt autores citati per Wilhelm. Antonii *in addit. ad Andr.* Kohl *tract. de subfeud. cap.* 4. *num.* 94.
8 quantumvis ad fratrem, consanguineos & domesticos inimici, † hoc extendi nequeat, Crot. *d. loc.* prout nec amicorum hujusmodi testimonium prorsus nullum est, sed quemadmodum ipsius inimici non capitalis dictum saltem indicium generat, *per suprà notata*, ita fidem aliquam inimici præsumpti dictum quoq; facit, Dec. *in l. consilii, ff. de reg. jur.* cum primis si attestatio inimici fulciatur adminiculo: juxta illud: quod in genere unum indicium nunquam sufficiens sit quæstioni, nisi unus testis omni exceptione major deponat immediatè de ipso delicto, Roman. *consil.* 451. quæ extensio suspecta est, Farinac. *d. lib.* 2. *tit.* 6. *quæst.* 54. *in fin.* ubi hanc generalem statuit regulam, scilicet testiũ inhabilium depositiones non juvari adminiculis, & indiciis aliis, unà militantibus, siquidem inhabilitas tanta sit, quæ in totum à testimonio repellat testem; atqui (ait) inimicitia est talis. Ergo, &c.

Resp. Id quidem constare per se, non autem in hypothesi, quanquam
9 enim inhabilitas † personarum ipsum testimonium inhabile efficiat, juxta illud: qualis arbor, talis fructus, & qualia principia, talia sunt principiata, *l. quod si, §. qui mancipia, ff. de ædil. edict.* dubium tamen non est, quin in casibus adæquatis & habilibus, tanquam ex subjecta materia inhabiles quodammodò fiant habiles, subindeq; tollatur vitium illud testi inhærens, ejusmodi casus
10 aliquot recensuimus, & tot quoq; recenset † ipse Farinac. *d. loc.* immemor sui ipsius, dum nimis cautè & subtiliter regulas propositas limitat & sublimitat,
11 ut tandem † maneat nihil, lectorq; dubius & anceps cedere cogatur, nõ secus
12 ac si pueri argentum † vivum collecturi, illud omninò dispergunt, ita Interpretes nimis subtiliter jura distribuentes, veritatem dissipant, & sub manu perdunt, Mich. Mont. *lib.* 3. *expl polit. cap.* 13. Patt. Litig. *lib.* 2. *cap.* 5. Cæterùm, quod dicitur, testem inimicum non facere plenum testimonium, sed pro re
13 natâ saltem indicium, id in fœmina † inimica quoque verificandum esse dictitant, *c.* 1. *an mulier, vel al. imperf. & c.* 2. *feud. ubi Feudistæ commun.* licèt dicatur, mulierem non diu retinere inimicitiam, *gloss. in cap.* 1. *§. notandum, eod. de his, qui feud. dar. poss.* quod ἁπλῶς dici nequit, præsertim quoad actus judiciales, Farinac. *lib. de testib. tit.* 6. *quæst.* 53. *num.* 4. *ibi:* item procedit quoad actus extrinsecos, utpote incedere cum armis, vindictam & cæteros viriles actus facere,

facere, secus quoad odiū & rancorem animi, qui ita bene, & forsan plus cadit in fœminam, quàm masculū, &c hinc irritabile † & vindex mulierum genus, 14
partim ob rationis inopiam, partim ob animi humilitatem, nam vero verius est, ipsius magnitudinis esse adjunctum proprium, injurias omnes non censere, sed quasdam † negligere, nec homines quosvis dignari ira sua, juxta il- 15
lud Lucani:

Non dignus Cæsaris ira.

Erasmus *Chyl.4 cent.7.c.27.* ait, Hebræorum sententias negare, ullam iram ira muliebri atrociorem esse. Idem *eod.loco*, formidabile animal mulier, cùm ad sexus vitium accedit senectus, canis irritatus tantùm oblatrat, interdum sunt instructæ malis artibus, veneficiis, & incantamentis, hinc Juvenal. *in Satyr.6.*

——— quoties facit ira nocentem
Hunc sexum & rabie jecur incendente feruntur,
Præcipites, ut saxa jugis, abrupta quibus mons
Subtrahitur, clivoq; latus pendente recidit.

Aliàs notatum esto: quod testis inimicus † accusandi jus & potestatem 16
non habeat, Farinac. *d.loc.num.6.* quò vulgatum illud pertinet, si accusare sufficit, ecquis innocens erit? Cunrad. Harß *in tract. de inquis. in caus. crim. jurid. instit. in procem. num. 5. ibiq; Anonym. in not.* Idem de denunciatore dicendum esse nemo ambigit, prout quoque in exceptis delictis inimicus à testimonio repellitur, *cap. per tuas, ext. de simon.* quod hic singulare est, & exorbitans ab omni penè casu, ubi testis inhabilis admittitur in exceptis, Gomez. *3.resol.12.de prob.delict.num.14.* Menoch *de arb.qq.lib.1.quæst.28.num.2.* Clarus *in pr.crim.quæst.24. vers.item quæro, &c.* perinde in criminibus difficilioris probationis obtinet, *l. consensu, C de repud. l.5.§.6. ff. de re milit.* sed hæc quantum ad probationem inferendam, secus ad indicia, de quibus inimicus deponit, & fidem cæteris paribus facit, Cravet. *consil.99.num.10.* Alexand. *consil.94.lib.6.* Corn. *consil.172.num.20.lib.2.* Dec. *consil.85.num 20.* ubi asserunt, juvari attestationem inimici per testimonia viri, fidei præstantissimæ, & omni exceptione majoris, & sic non sufficit *(ajunt)* contestem esse fidei ordinariæ, Dec. *consil.85.* Cravet. *d. consil 99.num.10.* datur itaque casus, quo recipitur testimonium † testis inimici, sed quoad indicia tantùm, non ultra, 17
Gabr.Rom. *de test.concl.5.num.10. & num.12.* ubi dicit: suppleri dicta inimicorum ex magna fide contestis, ad torquendum, non condemnandum, & quanquam, ut suprà diximus, testis defectus examinari debeat sub medio vel fine processus, *Novell.de test. cap 7.* non ambigitur tamen, exceptionem inhabilitatis opponendam esse tempore productionis testium, Anchar. *in c. ex parte, num.6.ext.de testib.* nisi lite jam deducta & penè absolutâ reus expertus sit inhabilitatem testis, quo casu exceptio † ejusmodi quocunque tempo- 18

re, quavisq; processus parte, potest efficaciter opponi, *cap. præsentium, eod.* modò ante publicationem id fiat, Menoch. *de arb. qq. lib. 2. cas. 229.* cæterùm Novellam de testibus in hoc quoque non observat usus, quoniam exceptio criminis publici, excommunicationis contra testem statim, quo opponitur, etiam sub ingressu litis debet determinari, *cap. ex parte, ubi Canonistæ, ext. de testib.* Bart. & Alexand. *in authent. si testis, C. de testib.* quod ipsum quoq; de inimicitia capitali testi opposità affirmat *d. authent. si testis, ibi*: si verò dicatur, odiosus (*testis*) ex lite criminis inter eos motæ & hoc apparuerit, non antè audiatur, quàm de crimine judicetur, &c. Item, quoties testes reprobatorii sint senes & valetudinarii, ut metus subsit eos ad finem processus non supervicturos, Anchar. *in d. c. ex parte*, testes verò ejusmodi examinati, cùm examinari non debebant, non probationem, sed indicium faciunt, Felin. *in cap. cum delicti, n. 8. ext. de accus.* Marsil. *in l. 1. §. Divus, num. 1. ff. d. qq. & in pract. §. dili-*
19 *genter, nu.* 141 & Bart. *in l. 1. C. de app. recip.* ait, testem examinatum † extra terminum facere indicium, Farinac. *lib. 2. de test. tit. 6. quæst. 62. pag. 226.* Imò testes, qui propter reverentiam non debebant examinari, ut pater, patronus, dominus, non probationem, sed indicium faciunt, *l. 1. §. Divus & l. maritus, ff.*
20 *de qq.* sic propter ætatem vel sexum non examinandi indicium † pariunt, Bart. *in d. l. maritus, n. 3.* item non interrogandi, si interrogati fuerint, indicium inferunt, Felin. *d. cap. dilecti, nu. 10. de accus.* denique si certus numerus testium de jure in quapiam causa requiratur, isq; non integer fuerit examinatus, indicium non probatio sequitur, Bald. *in l. cum citra 15. in fine, C. de jure dot.* Marsil. *in sing. sing. 198.*

CAPUT LXXIX.

DE INDICIIS, QUÆ EX DUBIA ET OBSCURA testium depositione emergunt.

SUMMARIA.

1. *Testis depositio obscura & ambigua, indicium facit.*
2. *Testis per verbum, credo, deponens, nihil probat.*
3. *Quid si testis dicat se certò credere?*
4. *Si testes verbo, credo, concludentem rationem adjicit, depositio justa est.*
5. *Testis sine ratione deponens, pecus est non homo.*
6. *Aliàs testis addendo vel detrahendo aliquid testimonio suo, totum testimonium corrumpit.*
7. *Dubium per dubium non probatur.*
8. *Innocentia rei probatur per verba, credo, aliaq; verba ambigua.*
9. *Filiatio probatur testimonio credulitatis.*
10. *Verbum, dubito, nihil quoq; importat.*
11. *Testimonium ambiguum vel credulitatis concurrentibus indiciis, indicium parit quæstioni sufficiens.*
12. *Testis super æquivoco interrogatus, sese accuratè declarare debet.*
13. *Testis articulum manifestum depositione sua obscurans, puniendus est, ut falsarius.*
14. *Recensentur casus notatu digni, ubi testis*

stis non rogatus tenetur reddere rationem dicti sui.

15. *De eis, quæ partim juris sunt & partim facti, testes reddere rationem debent etiam non rogati.*

PORrò quòd testis † inhabilitas deroget ejusdem fidei, extra omnem dubi- 1
tationis aleam situm apparet per retro adducta, unde non probatio, sed in-
dicium exoritur, quin etiam testis habilis depositio obscura & ambigua indi-
cium solummodò parit, Campeg. *de testib. reg.* 209. *fal.* 5. Jas. *in rub ff. de jure-
jur. vers.* 7. Masc. *de prob* 3. *concl.* 136. *n.* 22.

Obscura autem & ambigua testis depositio est, quæ plures & diversos
continet intellectus, ut siquidem deponit per verba, credo, videtur, dubito,
nisallor, si bene meminerim, fortassè, salvâ veritate, circa respectum tempo-
ris, nisi vel plus vel ultra, &c. Si per, credo, deponit, regulariter nihil † de- 2
ponit testis, *gloss. in l.* 2. *§. pen. ff. de aq. pluv. arcend. c. quoties, ext. de testib.* Ma-
scard. *de prob.* 1. *concl* 458. Bald. *consil.* 19. *n.* 3. *vol.* 5. Marsil. *consil.* 4. *num.* 9. *ibi:*
deponens de credulitate, non est verus testis, ratio est, quia testis per sensum
corporeum de facto debet referre. *l.* 4. *l.* 18. *C. de testib. l.* 14. *in fine. ff. de testam.*
cumprimis in causa criminali, Boss. *de opp. contr. test. num.* 45. Novella 90. ubi
Cujat. *in exposit.* ubi de necessitate dictum testis concludere debet, *c. in præ-
sentia, extr. de probat. l. non hoc, C. unde cognati*, adeò ut si testis † dicat: se fir- 3
miter & certò credere, rem ita sese habere uti refert, nihil præstare censeatur,
Jason *in d. rubr. ff. de jurejur. num.* 1. quanquam Campeg. *de testib. reg.* 109. 18.
fall. opinetur, magis esse, ut credamus huic testi, cumprimis si adjiciat
dicto suo, verba hæc, ita esse rem, ita sese habere; Sed utut sit, res in idem re-
cidit, permanente credulitate, quocunque colore credulitas explanetur, Jas.
d. loc. secus est, si utatur testis verbo, credo, adjiciatq; hæc, quia vidi, audivi,
hæc adjectio profectò stringit, quia rationem habet concludentem, Dec. *in
l.* 1. *num.* 13. *ff. de reb. cred.* Cæpoll. *caut.* 43. Jason. *d. loc. num.* 6 *vers.* 4. *& in l.* 1.
num. 25. *ff. de ℈. & ℈* quinimò testis † per, credo, probat, contra producentem, 4
ita Jason *d. rub.* 9. *num.* 9. statuit: quod comprobari nequit, inde 1. quòd testis
de credulitate deponens, nedum nomen testis mereatur, *gloss. in l* 2. *§. pen. in
verbo meminerint, ff. de aq. & aq. pluv. arcend l. testium, Cod. de testib. c. quoties*
ubi Felin. & Dd. *com. ext. de testib.* Boss. *de opp. contra test. n.* 43. Marsil. *sing.* 19.
& consil. 4. *num.* 10. hinc singulare effatum hoc, quòd testis † sine ratione de- 5
ponens, pecus non homo censendus sit, Bald. *in l. edita, C. de edendo.* Alexand.
consil. 159. *lib.* 6. Cyn. & Dd *in d. l.* 18. *C. de testib.* 2. quòd æquè præstet, non ag-
gravari producētem informi & reprobata testis depositione, quàm reus ipse,
quia æqualitas in judiciis est tenenda, neq; quisque probatione legitima &
sufficienti haud convictus condemnari debet, *t. t. ff. & Cod. de prob.* 3. in tan-
tùm, ut testis † adjiciendo vel detrahendo nonnihil dictis suis, totam deposi- 6
tionem vitiet, *c. pura, §. simplex*, 3. *q.* 9. Jacob. de Arena. *in l.* 1. *§. si quis ita, n.* 3.

Zz 3 *ff. de*

ff.de V.O. ratio est,quia pura & simplex, ut canon loquitur, esse debet depositio, quàm dubia autem ancepsque sit attestatio in credulitate fundata,nemo non videt, sive interrogatoriis, sine motu proprio, vel officio judicis perquisitus testis deponat per,credo,contra producentem,hinc illud:dubium † per
7 æquè dubium haud probari, *d c.pura*, 3. *quæst.9.* Sed quia defensionis & innocentiæ † materia suos fautores merito sibi agglutinat,rectius placuit,probari innocentiam per verba testis,credo, videtur, &c. Felin. *in c.quoties,n.18. ext.de test.* Jason. *d.loc.n.7.& in l.3.num* 4. *ff. de J. & J.* Marsil. *in rub.de probat. num.*14. Dec. *consil.*469.*num.*9. Gilhaus. *in suâ arbor.jud. crim. c.* 6 *part.*1.§.24. *num.*4. Anonym. *in not.ad tr.crim.Cunradi* Hartz *de inquisit.jurid.inst.concl.6. num.*12.*vers.vel de credulitate.* Bursat. *consil.* 273.*num.*12. *lib.* 3. ubi ait:quod ad probandam defensionem obscura dubiaq; admittatur probatio, quemadmo-
8 dum & filiatio † testimonio credulitatis probatur, Abb. *in d. c.quoties de testibus matrimonium*, Jason. *d.l.num* 5. Mars. *in rub.de prob.num.*11. Socin. *reg.*429. *fall.*1. adulterium, ut si testes dicant, vidisse se adulterante unà in lecto decumbentes, nudos, & petulcos, unde adulterii præsumptio exoritur, Anton. de Butr. *in c.quoties,num.*12. & Felin. *ibidem, num.* 10. *de test.* in causa probandæ ætatis, Bart. *in l. de ætate,num.*70. *ff. de minor.* relationis de arte vel peritiâ, Felin. *in d.c.quoties*, probando valore alicuius rei, Mascard. *de prob.1.concl.*1363. *num.* 11.

Porrò qui testes per verbum (*videtur*) deponit,perinde nihil probat, Felinus *in c.de cætero.num.*51.*de homicid.* Alexand. *consil.*15.*n.* 5. *vol.*1. nisi testimonia ita essent comparata,ut discursum rationis requirent, ut si testes de valore & bonitate rei, Felin. *in d.c.quoties*, *num.*12. vel de tempore longævo deponant, Bart. *in l.quod tamen*, §.*si arbiter,ff. de arbitr.*

9 Præterea si per † verbum (*dubito*) testis respondet, similiter nihil probat, cùm ignorans & dubitans jure æquiparentur, *l.fin.C.de cond.indeb.l.fin.§. fin. C.de furt.* Wilhelm. Antonii *de rescript. morat.conclus.*25.*num.*8. Idem est, si per (*ni fallor*,) testificatur, Jas. *in l.* 1.*n.* 13.*ff.de J. & J.* Felin. *in d.c.* quoties (*per fortè*) Jason. *d.l.*1.*num.*27. (*si benè meminerim*,) Corn. *consil.*94.*num.* 4. *lib.*3. sicqui testes concludit dicta sua per verbum (*salvâ veritate*) Alexand. *consil.*92.*lib.*4.*num.*2. plus vel ultra, propter incertitudinem nihil probat, Viv. *opin.com.*963 *n.*7. Roland. à Valle *consil.*57.*n.*27.*lib.*1.

De hisce, aliisve formulis dubitandi hæc generalis statuatur maxima, ut quibus in terminis recensuimus dubitativa vel creditiva testis adsertio fidem plenam non facit, pariat tamen indicium concurrentibus adminiculis, quæstioni sufficiens, Campeg. *de test.reg.* 209.*fall.* 5. Jason. *in d.rub.de jurejur.*
10 *num* 9.*vers.*7. Mascard. *de prob.*3.*concl.*136.*num* 22. ubi indicium † hoc appellant efficacissimum, raro tamen vel nunquam solum atque unicum, tortu-
11 ram pariens. Campeg. *d. loc.* absit indubitatum † id dici posse nisi rationem quandam

quandam annexam habeat, quæ nõ nihil conclusionis infert, Aret. *in d.c.quo-*
*ties,n.*10.*& seqq.*Cyn.*in d.l.testium,C.de testib. num.* 9 indubitatum indicium
vulgò dicitur, quod fundatam intentionem habet in jure, vel præsumptione
juris, unde reum condemnari atq; ob indicia urgentia denuò torqueri, si pri-
ma quæstio non expresserit confessionem, etiamsi nova non supervenerint
indicia, statuit Eberh. *in top. in proœm.num.* 8. allegans Paul. de Cast. Alexand.
pluresq; DD. alios. Sed utut sit, quod præsumptiones legum attinet, ipsæ
suam habent in jure determinationem, & potiùs dicũtur probationes, quàm
præsumptiones & indicia, de quibus suprà egimus *c.16.* indicia urgentia verò
tantum operari, ut reus bis torqueri debeat, siquidem sub quæstione primâ
confiteri nollet, videtur reluctari communibus juris regulis, quibus placuit,
quæstione rigorosâ indicia, quavis ratione, contra diffamatum deducta, pur-
gari probata evacuari, & in nihilum redigi, *per Dd. in l.*18.*§.*1. *ff. de qq. su-*
*prà cap.*60.

Cęterùm testis super æquivoco interrogatus non seipsum † declarans, 12
pro obscuro habetur, & rejicitur illius testimonium, Lanfranc. *de testib. n.*91.
vers. hinc est, &c. Testis autem articulum manifestũ, de quo interrogatur, de-
positione sua obscurans, & quasi falsificans, punitur, Abb. *in cap. cum causam,*
num.6. de testib. sic qui † testis dolo, rationem, quam reddere tenebatur, sub- 13
ticens alioq; modo & pacto veritatem supprimens, falsi tenetur, Tindar. *lib.*1.
cap. 11. *num.* 21. Abbas *d. loc.* ubi attestatur, testem sine ratione deponentem,
nedum indicium facere, adeò, ut testis de fama vel infamia deponens, neque
rationem ultrò reddens dicti, indicium quoq; non pariat, Abbas *d. loc.* Cam-
peg. *num.6.col.3.* Felin. *in d.cap.causam.* Idem de notario asserunt, Abb. *d.loc.*
Campeg. *de test.reg.*192.*fall.*18. de interesse probando, *l.*1.*ubi Bald. de sentent.*
quæ pro eo, quod interest, consuetudine; Mascard. *de probat.3.concl.*1369.*num.*9.
mutuo, Curt. jun. *in l.*1.*num.*27.*ff. de reb. cred.* ebrietate † vel furore, Bald. *in l.* 14
solam, C. de testib. Curt. *d.l.*1. Spec. *in tit. de test.* §. *nunc tractandum, nu.*25. Boss.
in tit. de opp. contr. testes, num. 77. in probatione adulterii, Bald. *d.loc.* inimici-
tiæ, Bald. *d. loc.* valore rei alicujus, Lanfr. *de testib.* diligentia vel negligentia
hominis, Bart. *consil.* 73. Salycet. *d.loc.* iracundiâ, aliisq; humanis affectibus,
Spec. *d.loc.num.*25. doctrinâ & eruditione hominis, Sichard. *in d.l. solam nu.*4.
probanda stipulatione, Abb. *in cap. sicut, nu* 19. *ext. de re jud.* turbatione pos-
sessionis, Abb. *in d.cap. cum causam, num.6. de testib.* jurisdictione & decimis,
Abb. *d. loc. num* 46. Campeg. *de testib. reg.*192. *fall.* 20. Gomez. 3. *resol* 12. *rubr.*
de probat. vi illata, Socin. *reg.*401. *fall. fin.* ætate hominis, Alex. *consil. c.*29. *n.*1.
*lib.*7. probanda consanguinitate, Dec. *consil.*524.*num.*2. probando dolo, Bert.
consil. 103 *lib.*1. hæresi, Alexand. *cons.*15.*num.*6.*lib.*1. morte hominis. Rimin.
*consil.*34. confinibus probandis, Bald. *consil.*286. *num.*1. *lib.*2. probanda habi-
tatione, usufructu, & perceptione fructuum, Viv. *commun. opin.* 898. *num.*9.

deterio-

deterioratione & perditione alicujus rei, Lanfr. *de test. nu.* 20. tenore & clausulis instrumentorum, Campeg. *d. loc. reg.* 192. *fall.* 13. comparatione literarum, Campeg. *d. loc. num.* 19. & denique improbanda hypotheca, Nell. *de test. num.* 134. in quibus casibus enumeratis, testis haud rogatus rationem dicti sui reddere tenetur, quod si non fecerit, non modò obscura evadit ejus depositio, sed si plures quoque contestes idem sine ratione adsererent, inde indicium urgens haud nasceretur; ubi communis hæc tenenda est regula, quòd quæ
15 juris † partim sunt, & juxtà facti, de iis testes rationem reddere teneantur, etiam non rogati, Curt. *in d. l.* 1. *num.* 27. *ff. de reb. cred.* ubi dicit: inde teneri testem reddere rationem super mutuo, quia contractus mutui, quid juris est, & potius sub judicium intellectus, quàm sensum corporeum cadat, Bart. *in d. l.* 4. *num.* 2. *vers. hinc opinor, C. de testib.* Viv. *commun. opin.* 898. *num.* 2. *vers. verbi gratia, si deponeret sub mutuo*, Mascard. *de prob.* 3. *concl.* 1369. & licèt Felin *d. c. ob causam*, dissentire videatur, si tamen de numeratione reali, quàm contractu mutui ea, quæ proponit, accipimus, res clara & haud controversa evadit.

CAPUT LXXX.

DE INDICIIS, QVÆ EX ATTESTATIONE DE auditu descendunt.

SUMMARIA.

1. *Testes duo de auditu alieno deponentes, indicium faciunt.*
2. *Quando testis de auditu probet?*
3. *Delicta occulta per auditum probantur.*
4. *Recensentur aliquot casus, ubi testimonium de auditu plenè probat.*
5. *Testes de auditu deponentes, debent nominare authores suos.*
6. *Authores debent esse omni exceptione majores, non inimici, neque affines partibus.*
7. *Testes de auditu cumprimis probant in antiquis.*
8. *Testimonium de auditu proprio, plenè probat.*
9. *Quæ probatio auditus in causa civili plenè probat, in criminali saltem indicium generat.*
10. *Confessionis auditæ extrajudicialis testimonium plenè probat.*
11. *Historia de Poëta Ibico refertur.*
12. *Explicatur Aretinus dissentiens.*
13. *Adulter, fur & sacrilegus est.*
14. *Canones adulterium ponunt inter delicta leviora.*
15. *Cur Canones leviter puniant adulteria.*

1 TEstes duos † de auditu alieno deponentes, indicium ad torturam facere, tradit Brun. *in consil. crim.* 115 *num.* 22. Hector Æmil. *de testib. de test. de audit. pag.* 253. Marsil. *in pract.* §. *examinanda*, *num.* 28. ubi ait: in crimine assasinii testem de auditu indicium facere quæstioni, quod Farinac. interpretatur, scilicet adminiculantibus indiciis, *lib.* 3. *tit.* 7. *quæst.* 68. *num.* 17. probationem
2 verò facit de † auditu testimonium, 1. in casu defensionis reorum, 2. in delictis occultis, & 3. quoties reus de auditu proprio, quod de delicto immediatè emergit, deponit, quà de re infrà prolixius, aliàs testi, de auditu alieno deponenti,

menti, non creditur plenariè, licèt audiverit factum, à viro legali & excellenti relatum, vel ab ipso, qui præsens vidit & aspexit factum, Bart. *in l.1.nu.29.ff. de reb.cred.* uti nec in causis piis, hoc testimonium probat, Dec. *consil.159.n.6.* sic nedum famâ concurrente, plenè probat, *c. tam literis, num.* 12. quin verò indicium sufficiens quæstioni inde generetur, dubium non habet, Anton. de Butr. *in d.c.tam literis, num.* 12. dixi in causa defensionis admitti testimonium de auditu, id tradit, Cephal. *consil.678.num 25. lib.* 5. quemadmodum delicta occulta per auditum probantur, Natta *consil.170.num.4.lib.*1. eaque, quæ sunt probationis difficilioris, Cravett. *de antiq.temp.p.1.sect. viso. de fama, num.3.* atque quoties judicandum † est ex conjecturis & præsumptionibus, Natt. 3
d.loc. Aliàs de auditu testimonium regulariter de jure admittitur, 1. in omni casu, ubi testimonium credulitatis valet, Jason. *in rub. de jurejur.num.9.* 2. in probatione metus, quoad matrimoniales contractus rescindendos, Alex. *consil.99.lib.3.* 3. in causa possessorii, Rota. *decis.* 8. & *decis.* 458 ubi dicit: probari spolium per testes, deponẽtes, audivisse se quod Titius possederit, Felin. *in c.tam literis n 4.ext.de test.* 4. in factis, quæ contigerunt tempore pestis, Hector Æmil. *de test.pag.*275. 5. In causâ † matrimonii, Burs. *consil.359.n.* 4
13. *lib.* 4. 6. In causa, ubi testes adhibiti fuère, quando testes ad perpetuam rei memoriam examinarentur, Felin. *d.loc.* debent autem testes, de auditu deponentes, nominare authores, id est, eos, ex quibus facta vel gesta † audive- 5
runt, Mascard. *de prob.lib.1.concl.396.* neque sufficit unum, sed plures authores nominari, *c.licet ext.de test.* nisi ipse facti auctor esset nominatus, Cravett. *consil.*277. Relatores verò illos & nominatos ab auditore, adeoq; hujus probationis vel indicii, de qua quæritur, authores, omni exceptione majores esse oportet, *d c.licet, ext.de test.* neque parti litis adversæ familiares, consanguineos, vel quibus aliquando commodum contingere posset, siquidem actor obtineret, qui in famâ † vel auditu suam intentionem fundavit, Riminald. 6
consil.60.num.2. lib.2. imò si plures testes de auditu examinantur, singuli deponere debent de non eodem, sed diversis authoribus, si secus agerent, testes singulares dicerentur & vix indicia præ se ferrent, *gloss. in d.c. licet, de testib.* Prosp. Farin. *d l.3.tit.7.quæst.69.num.* 85. ubi prolixè hæc examinat & prosequitur, indicium verò hactenus faciunt testes de auditu, † siquidem authores 7
fuerint mortui, Menoch. *de arb.qq. lib. 2. cas.* 475. *num.6.* 7. sic testes de auditu probant in antiquis, Felin. *in d.c.licet*, Bald. *in l.si arbiter, ff.de prob.* Marant. *in aur.prax.p.6.in vers.testis productio. num.* 18. Ferrar. *in pr.in form. opp. cont. test.post publ.in vers.de alien.jud.* Menoch. *de arb.qq.2.cas.*475.*n.*10. Mascard. *de prob.1.concl.*104.*num.*1. Decius *consil.* 333. *lib.*1. uti in materia usu capionis, Felin. *in d.c.licet*, vel ubicunque testes rogantur de tempore, cujus initii memoriam non extare allegatur, *l 2.§.idem*, Labeo. ubi Dd. *ff.de aq.& aq.pluv.arcend.* Sic jura patronatus in antiquis per testes de auditu probantur, Jas. *consil.*
 225.*num.*

225.*num.*5,*lib.*2. Menoch. *consil.* 241. *num.* 23. *lib.* 3. facta antiqua verò, hoc in loco dicuntur, quæ ante tempus 100. annorum gesta vel facta proponuntur, ut si testis deponat, se audivisse ex majoribus, facta, de quibus quæritur, supra tempus 100. annorum accidisse, illud enim propriè dicitur antiquum, Cephal. *consil.* 250. *num.* 18. *lib.* 2. Farinac. *d.loc.quæst.* 69. *cap.* 3. *nu.* 142. existimans, tempus antiquum dici terminum 60. annorum, &c.

Dixi ab initio (*num.* 3.) testimonium de auditu proprio, cumprimis inferre probationem, quod ita explicatur, ut si quis de actu, quem audivit, vel sensu auditus immediatè percepit ab actu, quem audivit, vel sensu vel facto, quod in quæstione versatur, deponit, *gloß.in l.*28. *ff.de probat.vers. nam.in quibus,&c.* Bart. *in d.l.*2. *ff.de aq.& aq.pluv.arcend.* Cùm enim testis dicit, audivisse se, 1. quod Titius conclave intraverit, 2. locutus & rixatus sit, 3. quod
8 cum strepitu percusserit hominem, certè hoc testimonium † de auditu plenè probat, Alexand. *consil.* 24. *num.* 1. *lib.* 4. Menoch. *de arb.quæst. lib.* 2. *cas.* 475. *num.* 19. atque hæ vel aliæ facti circumstantiæ nisi ad auditum concurrunt, solus vocis auditus non probat, qui nec indicium quæstioni sufficiens parit, Farinac. *d.quæst.* 69. *cap.* 5. *num.* 168. ubi latè hanc rem explicat & illustrat, quò lectorem remitto, neque refert, sive Titius per interstitium separatè audierit res ejusmodi gestas, sive in eodem conclavi, Spec. *in tit.de test. §.*1. *nu.*53. *vers. quid ergo si viro*, Deci. *consil.* 163. *num.* 3. quæ sententia tamen communiter reprobatur, Felin. *in cap.præterea,ext.de test.* Pacian. *de prob. l.*1. *cap.*11. *nu.*58. ubi probabiliter adserunt, inferre hujusmodi depositionem non nisi indicium ad torturam, quantumvis in causa civili attestatio illa plenam fidem inducat, per rationem tritam, ut quæ probatio de auditu in civilibus plenam fidem facit, eadem in criminalibus † solummodò fidem semiplenam, adeoque indi-
9 cium, quæstionem producens, pariat atque efficiat. Excipiuntur tamen delicta excepta, cumprimis autem læsæ majestatis crimen, cujus conatus si spectes, utplurimùm inter privatos parietes illud tractari reperies, adeò, ut quasi proprium videatur, huic delicto soli conveniens, talis probatio, tum quod aliâs ea, quæ probationis sunt difficilioris, probentur testimonio de auditu, Cravet. *de antiquit.temp.p.*1. *sect.viso de famâ, num.*3. *vers.& ubi sufficeret testimonium de auditu,&c.* hinc text. *in cap.quam si grave,ext.de exceß.prælat.* Joan. Andr. Anch. & Hostiens. *in d.cap. ex literis, ext.de test.* ubi statuant, nedum indicium, sed plenam probationem inferre depositionem auditæ confessionis
10 extrajudicialiter † factæ, ut si testes dicant, audivisse se Titium publicè de delicto commisso gloriantem, Menoch. *consil.* 149. *num.* 24. Sic Poëtæ Ibici, cujus toties Horatius *in Odis* meminit, interfectores manifestati sunt: cùm
11 enim † Poëta in solitudine à sicariis necaretur, videns neminem adesse, cui vindictam mortis suæ committeret, grues prætervolantes acclamavit, petiitque elatâ voce ab his, ut mortem indignam ulciscerentur, sicarii post aliquot menses

menses in theatro sedentes, videntesq; grues fortè supervolantes, memores occisi nuper gruum ante suprema fata exposcentis vindictam, sibi invicem dixêre: Ecce grues Ibici ultrices: quæ relatio licet probationem non induceret, inde, quia rectà non confessi erant facinus sicarii, produxit tamen indicium quæstioni sufficiens, sicarii enim ad verba hęc suspecta, in carceres missi, examinati, & postquam delictum fassi essent, condigno supplicio fuêre mulctati, vide *suprà cap.* 5. Aretino † non obstante *in d. cap. causam, de testibus.* 12
ubi latè evincit, testimonium de auditu proprio non inferre indicium sufficiens, sed requiri adhuc adminicula. At res plana est, & expedita, nos suprà de confessione audita diximus, ille de auditu vocis clamoris agit, quod indiciũ, quia sæpè fallere potest, rectè statuit, inde non plenum & integrum manare indicium. Sic Mascard. *de probat.* 1. *conclus.* 64. *num.* 12. non obscurè sentit, auditum confessionis extrajudicialis probare quoque fornicationem, prout testimonium de auditu in causa adulterii plenè probare, famâ concurrente, scribit Pontifex *in c. præterea, ext. de testib.* ubi Innocent. hanc rationem subjicit, quia *(inquit)* in causa adulterii admittuntur præsumptiones. Ergo multò magis depositiones de auditu, sed junctis adminiculis, adeò, ut si testes in separato conclavi vel domo existentes, audivissent tergiversationes, voces notas, crepitus lectorum, &c. *gloss. in d. cap. præterea*, Farinac. *d. l.* 3. *tit. q.* 69. *cap.* 7. *num.* 211. *ibi*: isto casu testis non debet dicere, vidi commixtionem, sed audivi, Menoch. *de arb. jud. qq. lib.* 2. *cas.* 474. *num.* 17. Perinde de causa furti, si non majori, certè pari ratione dici potest, cumprimis quod furtum soleat committi cum effracturâ, & non absque strepitu, sed non nisi adminiculantibus aliis indiciis, *argum. d. cap. præterea, de testib.* quod alias non adeò turpe, quàm adulterium esse, disputat Alciat. *in l.* 24. *verb. furtum, ff. de V. S.* hinc est, quod de omni crimine possit transigi, excepto adulterio & falso, *l. transigere, C. de transact.* unde Rex Salomon *cap.* 2. *Proverb.* mulierem adulteram dicit perfidè deserere herum suum, & frangere fœdus Domini, quinimò continet adulterium † speciem quandam furti, quia persona peccans jus sui corporis suffura- 13
tur, innocenti, 1. *Corinth.* 7. nec non sacrilegium, quia temerat sacrum jus connubiorum, & adeò circumpositum vinculum ausu temerario convellit, Corras. *in annot ad arrest.* Tholos. *annot.* 85. hinc adulteri dicũtur sacrilegi nuptiarum, *in l. quamvis, ff. ad L. Jul. de adult.* quanquam Canones † referant adul- 14
terium inter delicta leviora, *cap. at si clerici*, §. 1. *ubi Abb. de adult.* adeò, ut clericus propter commissum adulterium non removeatur ab officio, *cap. cum non de jud.* ratio est, ait Luc. de Pen. illorum † Canonum *in l. mulieres, C. de in* 15
col. lib. 10. quia proniores sumus ad id facinus, Ergo majori veniâ digni, egregia, si aliis placet, ratio, vide Dn. Arnis. *in tr. de jur. conn. c.* 5. *n.* 60. *&c.*

CAPUT LXXXI.

DE INDICIIS, QUAE EX LUSU PROHIBITO resultant.

SUMMARIA.

1. *Lusor persona turpis est.*
2. *Lusus ad quæstum & emungendam hominis peram inventus, indicium quæstioni parit.*
3. *Quæ sponsio quæq; ejusdem quantitas lusu admissa sit?*
4. *Sub lusu reprobato, solent committi blasphemiæ in Deum, aliaq; scelera infinita.*
5. *In lusu tot sunt peccata, quot puncta in taxillis.*
6. *Non est consuetum magnati, ut cum principe lusore fœdus cōtra hostes pangat, juxta Politicorum tradita.*
7. *Lusus indicium delicti est, & sæpe in ipsum delictum degenerat.*
8. *Clericus aleator beneficio privandus est, imò incarcerari exinde potest.*
9. *Laicus aleator excommunicatione dignus est.*
10. *Quæstus lusus publicari potest.*
11. *Qui collusorem blandiciis ad lusum induxit, pœnam luat.*
12. *Lautumia quid sit?*
13. *In pœnis infligendis sæpe nobiles atrocius, quam ignobiles coërcentur.*
14. *Propter scandalum evitandum, alias impunibile, puniri debet.*
15. *Nobilis falsum committens, gravius punitur ac plebejus.*
16. *Decurio propter falsi suspicionem torqueri potest.*
17. *Falsi crimen hominem ad nihilum redigit.*
18. *Cædes sub lusu commissa atrocius puniri debet.*
19. *Qualiter indicium ex lusu formetur?*
20. *Lusorum receptator licitè offendi potest.*
21. *Si receptatori nonnihil suffurantur lusores, furésve alii, sive etiam prædones eum re & bonis spoliant, actionem contra eos exercere non potest.*
22. *Meretrix licitè spoliari potest quæstu meretricio.*
23. *Locus Taciti de moribus Germanorum, ipsam libertatem lusui exponentium, citatur.*
24. *Ludendo homines sæpenumero ad desperationem adiguntur.*
25. *Lusor non potest esse testis.*
26. *Lusor quod vicit, restituere tenetur.*
27. *Rerum lusu acquisitarum nullus titulus esse potest.*
28. *Nullus judex judicet super lusu.*
29. *Lusus liciti quoq; tollantur, si abusus eos cœperit corrumpere.*
30. *An consuetudo improba excuset à pœna temporali?*
31. *Reprehenditur lusus puerorum Bononiæ, qui se invicem lapidibus petere & vulnerare possunt.*
32. *De lusu Schachico vide speciosa.*

1 TUrpitudinem personarum † indicium generale producere suprà aliquoties evicimus, sed quia turpitudo hominis varia habet objecta, & causas, unde ea nascatur, hominemq; irrepat atque contaminet, non inconvenienter hic annumeramus lusus noxios illicitos, & reprobatos, Alber. de Rosat. *in l.1 ff. de aleat.* Hostiens. *in summa de excess. prælat.* ubi testantur, luso-
2 rem agere vitam turpem, ut idcircò dubium non sit, quin lusus † turpis, qui ad quæstum, & emungendam collusoris peram exercetur, passimq; continuatur, indicium quæstioni faciat, Alber. *d. loc.* quapropter JCtus Paulus *in l. 2. ff. de aleat.*

de aleat. ait: SCtum vetare in pecuniam ludere, & Marcian. *in l.3.ff.eod.lege publica & Cornelia*, dicit, quidem ſponſionem † ſuper luſu ad miſſam, ſed quæ 3
virtutis non vitiorum certamen præ ſe ferat, quâ in parte aſſem ſeu ſolidum deponi certo pacto permittit, Juſtin. *in l.1.& l fin. C.h.t.* ubi luſus liciti exprimuntur hi, μονόβολον, κοντομονόβολον, κύνζακον, κύνζακα χῶρις τῆς πορτῆς, &c. *d.l.1. & l.2.C.de aleatorib.*

Ratio autem illius prohibitionis & annexæ turpitudinis, quæ in luſu conſiſtit, exprimitur. *in d.l.fin. Cod. de aleat.* quia, ait textus, quidam ſubſtantias perdiderunt, nocte diuque ludendo, argento, apparatu lapidum, & auro, conſequenter etiam ex hac inordinatione † blaſphemare Deum conantur, 4
quin quod furta, ſacrilegia, perjuria, mendacia, tanquam adjunctum proprium quoque ſoleant ineſſe luſibus, Hoſtienſ. *in ſumma de exceſſ. prælat.* Farin. *de teſt.lib.2.tit.6.quæſt.56.pag. mihi* 103. ubi ſcitè dicit: in luſoribus † tot 5
eſſe peccata, quot puncta in taxillis conſpiciuntur, hinc juxta politicos meritò deciditur, ne fœdus † pangere volens Rex vel Princeps, cum principe 6
aleatore contrahat, Waremb. ab Erenberg. *de fœd.c.1.p.1.num.*70.*p.*60. hinc Cobilonem (*ajunt*) Lacedæmoniorum, cum fœderis ſanciendi cauſa miſſus eſſet legatus ad regem Perſarum, & aulicos fortè inveniſſet ludentes alea, ſtatim diſceſſiſſe, & re infectâ rediiſſe domum, rogatū vero cur ea neglexiſſet facere, quæ publicè in mandatis acceperat, reſpondiſſe, quod ignominioſum exiſtimaſſet id fore reipublicæ, ſi fœdus cū aleatoribus percuſſiſſet, &c. Waremb. ab Erenberg. *d loc.num.*71. Quæ cum ita ſint, meritò conſuetudinem ludendi depravatam inter indicia † ponimus, idque inde eo magis magisq́;, 7
quò luſus illicitus ſæpenumero inter delicta ipſa recenſetur, ſuasq; jure habet determinatas pœnas, jure Canonico clericus † aleator beneficio privatur, *c.*1. 8
*diſt.*34. quod de triennio exaudit authent. *interdicimus, Cod. de Epiſc.& Cler.* & nonnunquam incarcerari poteſt, pro immanitate & frequentiâ luſus, *d. auth.* & Caccial. *in tr. de lud.num.*61 Porrò jus Canonicum & Laicos † quoq; 9
coërcet luſores, quibus excommunicationis pœnam comminatur, referente Menoch. *de arb.jud.2.cent.4.caſ.399.n.6.* exiſtimante, ita Sinodo Eliberti na fuiſſe conſtitutum, *c.*79.

Jus civile diſtinguit, aut ludus noxius & illicitus per ſe conſideratur, aut conſideratur prout annexa vitia admiſit, de ludo in genere ſancit, ut quæſtus ludi † confiſcetur, luſorq; plectatur pœna arbitraria Caccialup. *d. loc. nu.*60. 10
Clar. *lib.5.ſent.§.ludus, verſ.ſed quæro.* Cujus ſententiam huic deciſioni congruam eſſe, aſſerit Menoch. *d.loc.num.*8. atque hæc pœna arbitraria cumprimis locum habere, quoties colluſor falſificavit taxilla, aleas, ait Bald. *in rub. C.de condit. ob turp.cauſam:* cæterùm luſu admixta vitia habente, quo illa immaniora, eo graviores decernantur pœnæ. Etenim placuit pœnas commenſurandas eſſe delictis, per notiſſima, &c.

11 Qui itaq; vi, suasione, & blanditiis † injustis, collusorem ad hoc flagitium induxit, gravius plectendus erit, Caccialup. *d. loc. l. 1. §. fin. ff. de aleat.* dis-
12 ponit, lusorem ejusmodi in lautumias † vel vincula publica esse conjiciendum, pro lautumiis alii legunt latomias, id est loca latentia, & subterranea, quæ pridem Tarquinius superbus instituit, juxta Tullianum, & forum piscarium, Alex. ab Alex. 3. *dier. gen. 5.*

Sed opponet hic aliquis, atqui jus Canonicum, vel etiam *d. authent. interdicimus*, idem de ludo simplici sine vi, aliisque vitiis adjacentibus, perpetrato, loquitur. Ergo quoad pœnam infligendam nihil interest, sive quis vi, blanditiis, sive simpliciter cessante vi & persuasionibus, ad colludendum perveniat. Resp. Distinguendum esse inter personas delinquentes, & delictum ipsum, Jus Canonicum atq; Dd. allegati, citatis locis, de clericis agunt, hic de laicis disponitur. Cum autem jus totum ita comparatum sit, ut in pœnis infligendis † non tam ipsius maleficii quàm personarum ratio habeatur, ut idcircò eveniat meritò, non pari atrocitate puniri ingenuos, quàm servos, nobiles
13 quam ignobiles & viles personas, ita quoque † contingit, ut in casu converso sæpe nobiliores ipsis ignobilibus, quoad pœnam irrogandam deteriores fiant:

Omne animi vitium tantò conspectius in se
Crimen habet, quantò major, qui peccat, habetur.

14 Idque potissimum propter scandala † evitanda receptum esse, tradit Bald. *in l. 1. ff de offic. ejus, cui mandat. est jurisdict.* ubi dicit, quod propter scandalum, interdum quis puniri debeat alias non puniendus. Nam propter scandala evitanda multa sæpè fiunt contra jus commune, vide Tiraquell. *de pœn. causa, 46. num. 3.* Quam grande scandalum verò præbeant Clerici lusores, nemo non videt, ut itaque absurdum videri nequeat, siquidem Clerici in hoc passu paulò durius, quam ipsi laici coërceantur. Quinimò propter scandala, multa fieri contra decorem, ait Rom. *in rep. l. si verò, §. de viro, num. 7. ff. sol. matr.* Barbat. *consil. 1. col. 8. lib. 1.* Felin. *in c. 2. de præscript.* quinimò cessante scandalo, etiam non rarò evenit, ut nobiliores, ut diximus, sint ratione pœnarum deteriores
15 ipsis plebejis, nobilis † enim falsum committens, gravius punitur, quàm ignobilis, Alber. de Rosat. *in l. 14. ff. de pœn.* Matth. de Afflict. *in decis. Neapol.* 404 *inde text. l. presbyteri, C. de Episc. & Cler. ibi:* multò magis pœnâ digni sunt, quibus cumplurimùm honores per nostram jussionem delatum est, oc-
16 culto inveniantur in crimine, hinc licèt decurio † torqueri regulariter nequeat, *l. decuriones, C. de quæstion.* Cunrad. Harß *in tract. de inquis. in caus. crim. juridanstit. conclus. 9. nu. 16. ibiq; Anonym. in addit.* ob commissum falsum tamen jure quæstioni exponitur, *l. si quis decurio, C. de falsis*, Cyn. *in l. transigere,*
17 *col. 3. C. de transact.* ubi dicit: quod falsi crimen hominem † ad nihilum redigat: sic nobilis contemnens jussa Principis, gravius puniri debet, quàm ignobilis,

bilis, Bald. *in c.1. § si quis verò, de pac. jur. firm.* imò nobilis in fide errans, plus punitur, quàm vir plebejus, Felin. *in cap. cum quidam, de jurejur.* nam quis neget, ait Tiraquell. *de pœn. cauſ.* 21. nobilem, qui Deo ſuam nobilitatem debet, ſi in fide & religione ipſius, Deo Opt. Max. erravit, multò magis in eum peccare, quàm ignobilem? &c. Sed de reſolutione hujus inſtantiæ quantum ſatis, &c. Porrò ſi delictum aliquod atrox ſub uſu fuerit commiſſum, ut homicidium † blaſphemia, quæ maleficia, ut umbra corpus concomitari ſolent 18
aleatores, maleficus eò atrocius procul omni dubio eſt puniendus, & ſiquidē de crimine luſui annexo, vel ſub luſu commiſſo nondum plenè conſtat, ludi probatio indicium † urgens parit contra colluſorem, poſito, homines quoq; 19
alios interfuiſſe conventui, ubi ludebatur. Hoſtienſ. *prædicto loco,* non ſecus ac in rixa adverſus eum præſumitur, qui vetus vel recens aliquod odium conceperat contra occiſum, vel qui geſtaverit arma ad nocendum, occidendumque expedita, uti hoc infra de indiciis ſpecialibus, in cauſa homicidii prolixius deducetur, quin quod & receptator † aleatorum pari laboret ſuſpicio 20
ne, pari prægravetur odio, adeò, ut licitè cædi & offendi poſſit, *tot. tit. §. item, ff. de aleat.* Caccial. *in tract. de ludo, num.* 65. ubi tradit: quod occiſor receptatoris ordinariâ legis Corneliæ pœnâ non teneatur, Paris de Put. *de lud. n.* 46. planè ſi idem † re & bonis ſpoliatur, vi vel furto bonis privatur, actionem 21
furti contra furem exercere non poteſt, Paris de Put. *d. loc.* Menoch. *de arbitr. jud. lib.* 2. *cent.* 4. *caſ.* 399. *num.* 23. *& caſu* 400. *num.* 16. non aliter, ac ſi meretrix † ſpolietur bonis, meretricio quæſtu partis, *gloſſ. in ſumma* 14. *quæſt.* 5. Petr. 22
Roiz. *in deciſ. Lituan. deciſ.* 3. *num.* 558. *pag.* 311. *ibi*: adde illicitè cuiquam quæſita, malisq; rationibus parta, in ejus bonis non eſſe, nec furtum in iis quem poſſe pati videri, &c. Hinc defendi quodammodò poſſent ædium fractores & inquiſitores in bona Cipperorum, nuper hoc in loco incarcerati.

Præterea & hoc refert hoc in loco, aleator continuis, ut indulgeat luſibus, indeq; quæſtum quaſi faciat, una hirundo enim, ut ajunt, ver non facit, Menoch. *de caſ.* 399. *num.* 21. hæc conſuetudo, quæ in mores abiit hominum, hic cumprimis attenditur. De Germanis ſcribit Tacitus † referente Joan- 23
ne Bodino *lib.* 1. *cap.* 5. *de Republ.* quod aleis libertatem alienam ſibi mancipaverint, ſcilicet ad ludos, resq; ludicras adeò proclivibus, quam laſciviam hodie Italis aliisq; nationibus levioribus non inuſitatam eſſe conſtat, qui ære deficiente proſtituunt libertatem, ſeq; ad triremes luſu vendunt, ut vero verius ſit, quod communi circumfertur diverbio:

Luſori cupido ſemper gravis exitus obſtat.

Hinc Proſper. Farinac. 2. *de teſtibus, tit.* 6. *quæſt.* 56. *art.* 12. *num.* 142. atteſtatur, ludos alearum ſæpenumerò homines † ad deſperationem adigere, ubi ſta- 24
tuit, pœnas & odia contra luſores inducta, locum habere ſolummodò infrequentia, adeoq; conſuetudine, ut diximus, ludendi, Dec. *conſil.* 163. *num.* 10.

Maſcard.

25 Maſcard. *de prob.concl* 995.*num*.6. atq; hic luſor † ille eſt, quia teſtimonio di-
26 cendo arcetur, Farinac. *d. loc.* hìc luſor † quod lucratus eſt, reſtituere tenetur,
cap.clerici, de vit.& honeſt.cler.c.inter dilectos, de exceß prælat. quia (*inquit Bal-
dus*) quanquam luſor apponat pecuniam, vigilet, ſudet, maceretur, perdat
27 pecuniam, aliquando lucretur, non tamen dici debet, ſi quid luſu † acquirat,
id titulo bono acquiſitum eſſe *in l. fin. C. ſi quid in fraud. patron.* neque enim
cenſeri poteſt gravamen, quod per media illicita quæritur, Jaſon *in §. item ſi-
28 quis, inſt.de act.n.*28. Könning. *in proceß.c.*57.*ibi:* Das kein Richter † vber dop-
pel Spiel richten soll / vide Joh. Sneid. *in d.§.item ſi quis, de act. num.* 34. luſus
29 cæteros † quantũ attinet jure & conſuetudine rationabili admiſſos, ii ſic ex-
erceantur, ne inde abuſus & ſcãdala proveniant, quæ ſi gliſcere cœperint, ipſe
tollatur ludus, utpote noxius & reprobus, Menoch. *d.loc.* quanquam conſue-
tudinem † improbam à pœna temporali immunem eſſe ſtatuat, *gloſſ. in c.ve-
30 nerabilis, de conſuetud.* quam ſententiam collaudare non poſſumus cum con-
ſuetudo reprobata, inhoneſta, & irrationalis, ne nomen conſuetudinis, ſed
peccati & corruptelæ magis mereatur, Dd. *in l.*31. *ff. de legib.* Menoch. *d. caſ.*
31 400. ubi reprehendit conſuetudinem, qua Bononiæ permittitur pueris, † la-
pidibus certare, ſeq; invicem vulnerare.

Clericis per authenticam intercidimus, *C. de Epiſc. & Cler.* quodcunq; ludorum genus interdicitur, qua de re paulò ſuprà, ibi nec ad tabulas ludere, aut actis ludentibus participes eſſe aut inſpectores fieri, aut ad quodlibet ſpe-
32 ctaculum ſpectandi gratia venire, &c. Ubi Alber. de Roſat. Schacorum † luſum Scholaribus haud permittendum eſſe adſerit, indicia ſcilicet fomitesq; irarum, contentionum, cædium, juramentorum temerariorum, quorumcunque aliorum maleficiorum. Atqui ejuſmodi exceſſus indicia delictorum pariunt. Ergò & luſus ille: probatur major, nam quicquid eſt cauſa cauſæ eſt quoq; cauſati cauſa, Eberhard. *in top. in loc. ab effect.* Deinde moveri poteſt. quod Juſtinian. *in authent. alearum, Cod. de aleat.* certos, eosq; definitos luſus permittat, ut intelligendum ſit, luſus ibidem haud expreſſos, in genere eſſe prohibitos, cum exceptio confirmet regulam in caſibus non exceptis. Idem Eberh. *in loc. ab except. ad reg.* Sed regeri poſſet: forſan Juſtiniani tempore non fuit hic luſus in uſu. Ergo prohiberi non poterat. Reſp. per inficiationem, refecit enim Polyd. Virgil. *de inv. rer.* 2.*c.*13. Xerxem virum prudentem anno mundi 3635. hoc ludi genus reperiſſe, & vixit Xerxes procul dubio Philoſophus, ſub Evilmerodoch filio Nebuchdonoſoris regis Chaldæorum, de quo Danielis. *cap.*4. inter feras beſtias annos 7. degentis, poſt captivitatem unà cum rege Joachim, in regno ſuccedente, at homine impio & ſacrilego, patris oſſa ex ſepulchris producente, atque in fruſta diſſecta feris beſtiis exponente, nec minus in ſubditos ſæviente tyranno, illi Xerxem virum aulicum & prudentiſſimum conſulant, eumque regem ad mores ſaniores exhortan-
dum

dum sollicitant, ille re diu multumque deliberatâ, ludendi formulam, quam suo idiomate Scachiam appellavit, finxit, quam aulicis primum, deinde regi obtulit, & edocuit, rex videns exercitium, usumq; rei, acu tetegisti causam ait, mi Xerxes, victum me fateor tuâ me lubens prudentiâ. Amore teneor insatiabili tui ludi, regium quicquid est, qui sapit, qui exercitum instruit, metatur castra, areā metitur, insidias ponit, deliberationes instituit, fugat, cædit, enervat hostem: Præclara omnia sua via fructuosa hic video, imò quod caput atq; anima ludi est, quid fidelium subditorum præsidium, suo quod afferunt regi valeat, quoq; stet ille talo iisdem denudatus, conspicor. Age ergo (tibi enim me nunc obsequi par est) edissere, & me quicquid est artificii, quod profectò totum est in hoc ludo edoce, idoneum me scio præcinctum pectus candida illa Dea, constantiam reor: Tu perge cum Diis, præmium feres posthac suscepti laboris. Hoc facto Rex illicò in meliùs convertisse mentem, pia induisse viscera, & prioris detestatus vitæ flagitia deinceps mitius egisse, vixisse laudabiliter, suumq; extremum multa laude cumulasse ac perennasse fatum scribitur, Lucas Wiel. *de lud. Schac. cap.* 2. alii inventionem hujus lusus adscribunt mulierculæ cuidam Ausoniæ, aut Danais, ad Trojam pugnantibus, quod displicet Wielio *d. loc.* deductâ ab Etymologia confutatione, quoniam Schach sit Chaldaicum idioma, regem significans, formâ tabulæ quadratâ & spaciis 64. distinctæ ab urbis Babylonicæ situ petita, quæ mœnibus paribus per quadrum fuit disposita, ambitu 480. stadia conficiens, referente Plinio & Strabone. Alii, nominant authorem hujus ludi Palamedem, ad comprimendas exercitus otiosi seditiones, ut ludendo quasi militando, cum hoste pugnando pacis tædia depelleret inventi, ex Alexand. *lib.* 3. *gen. dier. cap.* 21. refert Johan. de Pineda *in Job. cap.* 19. *vers.* 12. *num.* 4. hinc Martial. 14. *cap.* 20. *ibi:*

Insidiosorum si ludis bella virorum,
Gemmeus iste tibi miles & hostis erit.

Argumenta dubitandi suprà relata quod attinet, ponderis sunt modici. Ecquis enim nescit, rem quamlibet licet nobilissimam, sua quoq; secum trahere incommoda, abusus, juxta illud:

Omnis commoditas sua fert incommoda secum.

Vinúmne idcircò damnabimus, cum perniciosas cotidie pariat fœtus? secundum Horatianum hoc:

Quid non ebrietas designat? &c.

Utrum fugiemus Theologiæ studium, cum animæ naufragium in eo vacillantibus immineat? An sophistica studium Logicum denigrabit. Agyrtarum & præstigiatorum circumforaneorum temeritas, arti medicæ inuret maculam, an juris prudentia inde audiet malè, quod rabulæ forenses eam jactitent, omnes causidici leges jactant, ait Meisner. *in discurs. theolog.* contra Reihing. *pag. mihi* 169. num vero hinc leges ad decidendum ineptas esse, nec

Bbb certum

certum parere sensum consequitur? Repudietur res per se bona utilis & honesta, propter abutentium improbitatem & clades noxias? Nequaquam:

———— Verum quousq;,
Terra cœlum media libratum feret,
Nitidusq; certas mundus evolvet vices,
Numerusq; arenis deerit, & solem dies,
Noctem sequentur astra, dum siccas polus
Versabit arctos, flumina in pontum cadent.

Nunquam prævalebit nequitia, ut è suo volvatur cardine honestas, utilitas, æquitas, malo cedat bonum, propter malum accidens bonum tollatur. Cæterum quod Justinian. in citata authentica nullam faciat hujus lusus mentionem, utpote rei haud dubitabilis, nihil ad rem præstat, neq; etiam Cæsaris mens fuit instituere in illa authentica sufficiẽtem partium specierumve enumerationem, &c. quin quod glossa & Dd. passim in authent. interdicimus, *C. de Episc. & Cler.* lusum schacorum expresse commendent, nec inter lusus interdictos constitutum velint, &c. Frustrà quoque dissentiente Alberic. de Rosate Schacorum ludum studiosis pestiferum esse clamitante, quibus tempus perdant, aliaque noxia hinc congerantur, cujus verba de mero abusu subintelligamus, vel prorsus explodamus, necesse erit: facilè res transit in abusum, non inde res ipsa reprehendenda, Albert. Crantz. *in Sax. 11. cap. 35.*

CAPUT LXXXII.

DE INDICIIS, QVÆ EX EBRIETATE ET CONsuetudine potandi depromuntur.

SUMMARIA.

1. *Ebrietas & ebriositas distinguuntur.*
2. *Ebriositas delictum per se est.*
3. *Quam pœnam bibulis decernant Constitutiones Imperii?*
4. *Emphatica verba recessus reform. polit. August. contra ebrios referuntur.*
5. *Ebrietas affectata omninò debet pœnis coërceri, atq; in potatores inquiri.*
6. *Ebrietati solent adhærere quævis delicta.*
7. *Consuetudo potandi indicium parit delictorum.*
8. *Coërceri in quantum potest, nimia adbibendi consuetudo debet.*
9. *Quomodo indicium propriè ex ebrietate struatur? disquiritur.*
10. *Laudator excessus & criminis à se patrati, præsumitur habuisse animũ delinquendi.*
11. *An ebrius offensus injuriarum agere possit?*
12. *An consultum sit cum ebriosis fœdus pangere?*
13. *Quâ de causa Imperii Constitutiones de abroganda potandi libidine à statibus non observentur?*
14. *Consuetudo Flandriorum potatorum describitur.*
15. *Quomodo Iehova soleat exequi justitiæ suæ leges?*
16. *De Balthasaris Babyloniæ Regis temulentiâ, quædam notabilia.*
17. *Quot potatores una vice spectante Alexandro Magno, vini fortitudine interierint?*
18. *Mos Græcorum potantium describitur.*
19. *Exemplum indocti clerici inducitur.*

20. *Dicta aliquot memorabiliora de vitanda ebrietate recitantur.*

21. *Locus ex Athenaeo perjucundus commemoratur.*

22. *Quomodo potator naviganti in medio maris comparetur?*

23. *Prudentia & notitia sui ipsius adumbratur ebrietate.*

EBrietas † & ebriositas qualiter à se invicem distinguantur, tradit Gail. 2. *observ.* 110. *num.* 27. illa quandoque veniam delicti consequitur, *l. unica, C. si quis Imp. maledix. l. 6. §. 7. ff. de re milit.* Bart. *in l.* 11. §. 2. *ff. de poen.* Bald. *in l.* 11. *C. qui accus. non poss.* Tiraquell. *de poen. caus.* 6. ratio juris exprimitur *in cap. venter, dist.* 35. haec & poenam per se parit, quia † delictum infert, Gail. *d. loc. num.* 29. crimenq; per ebriositatem commissum aggravat, & poenam pro admisso flagitio auget & accumulat, Tiraquell. *d. loc. num.* 9. Gail. *d. loc. num.* 29. proinde est, quod nō pauci arbitrentur, ebriosum poena duplici † afficiendum, praesertim modernis Imperii Constitutionibus, Constit. Maximil. de anno 152. Trevir. & Colon. ubi pepigère Imperii Ordines, se in aulis bibulos ministros haud toleraturos, privatisq; quotidiè Baccho servientibus, poena gravis ibidem indicitur *in refor. polit. August. de anno* 548. §. nachdem / ubi haec emphatica † verba habentur: Daß das Zutrincken sey ein endliche Ursach alles Ubels / vnnd dem Menschen an seiner Seelen Seligkeit / Ehren / Gunst / Vernunfft / langem Leben / vnd Mannheit nachtheilig / rc. transcripta haec videntur ex Valerio Maximo *lib.* 9. *cap.* 1. *ibi*: quid his vitiis foedius? quid damnosius? quibus virtus atteritur, victoriae languescunt, sopita gloria in infamiam convertitur, animi pariter ac corporis vires expugnantur, adeò, ut nescias ab hostibus ne, an ab illis capi pernitiosius habendum sit? *Haec ille.* Et Jacob. Menoch. *de arb. jud. cas.* 326. *num.* 9. ait: ebrietatem † affectatam poena gravi dignam esse, allegans Francisc. Ripam *in l. fin. C. de rev. donat.* Adrian. Gylman. *in symph. tom.* 2. *praejud. Cameral. in fine*, ubi testatur in ebriosos, & vehementiores heluones inquiri, iisq; poenam mortis, pro atrocitate criminis, jure dictari posse. quae cùm ita sint, nemini obscurum esse debet, quin ebriositas, cui rarò aut nunquam adhaerere † non solent vitia propemodum infinita, ut stuprum, adulterium, incestus, *cap. sanè, c. inebriarunt Loth* 15. *quaest.* 1. Tiraq. *de legib. connub.* caedes, blasphemiae, perjuria, idem *d. poen. d. caus.* 6. indiciū pariat † quaestioni, adminiculantibus indiciis, exemplo lusuum prohibitorum, de quibus *in cap. praeced.* diximus, & quia exacerbantur poenae delictorum sub ludo commissorum, ita quoq; ebriosorum poenae exasperandę sunt, Blanc. *in tract. crim.* §. *ebrius*, Bald. *in l.* 1. *num.* 40. *C. unde vi*, Gail. *d. observ.* 110. *num.* 29. idq; potissimùm, propter frequentiam hujus flagitii, quod penè per Germaniam in mores degeneravit, cum multis grassantibus opus sit exemplo, & delictis crescentibus, poenae quoque crescere debeant, per vulgata, quapropter Aristoteles hoc vitium suo seculo familiare, si quod subinde delictum perpetratum esset, duplici poena † coërcendum statuit, 3. *Eth.* 5. Ad fundandum au- 8

tem hoc indicium probari debent duo hæc extrema: [1] temulentia Cravet. *consil.* 169. *num. in fine.* [2] & frequentia potandi, Menoch. *d cas.* 326. & quanquam Gail. *d. loc.* quoq; requirat consuetudinem delinquendi, ut si reus ebriosus sciat, se certo cuidam flagitio esse addictum, &c. non tamen hoc infringit ea, quæ modò diximus, distinguenda enim sunt indicia, neque eadem teme-
9 rè confundenda. Nos ipsi diximus, concurrentibus indiciis, indicium † præsens sufficiens quæstioni esse, interim diversa non sunt eadem, investiganda est equidem consuetudo illa delinquendi, at ex loco suo peculiari, qui agit de consuetudine delinquendi, ac per se diversum ac separatũ aliquod indicium constituit. Sanè quantum ebrietatem concernit, maleficiaq; subinde commissa, etsi priscis ac modò obsoletis constitutionibus *d. l.* 7. §. 7. *ff. de re milit.* & *l. unic. C. si quis imperat. maledix. eamet.* ordinariis legum pœnis non coërcerentur *d. l.* 6. non tamen ambigendum est, quin si sobrius facinus commissum laudaverit, atque hoc ipso in malitia sua gloriatus factum jure aliàs haud justificandum, ratum habuerit, ex omni asse teneatur, Ripa *in d. l. fin. num.* 79.
10 *C. de vocant. donat.* cùm laudator † sui excessus retro & ante ebrietatem videatur habuisse προαίρησιν, atque animum delinquendi, Menoch. *d. loc. adde const. crim. Carol. V. art.* 32. Ergò.

Porrò, quod capite præcedenti de lusore vel susceptore lusorum dicebatur, si quâ in re violaretur, denegandam eis actionem, illud sanè eodem, si non
11 majoris rationis, judicio, de ebrioso † potest prædicari, is enim, quo viciis lusorem, quibus inquinatur potatio, præponderat, eo sanè majori odio dignus, actione carebit injuriarum, quoties temulentus manu, fustibus cæditur, pulsatur, cum à minori argumentum ad majus deductum in jure validissimum sit, *l.* 21. ubi Dec. & Cagnol. *ff. de R. J.* Eberhard. *in top. in loc. à minor. ad maj.* Menoch. *de arb. jud. cas. num.* 399. in fine.

Porrò sicut fœdera secura cum aleatoribus non contrahentur, uti c. præ-
12 cedenti diximus, ita nec cum ebriosis: † Ebrio enim quatuor tantum porrigimus pocula, ait Waremb. ab Erenberg. *c.* 2. *lib.* 1. *de fœd. pag.* 213. Primum ad sitim, secundum ad lætitiam [3] ad voluptatem [4] ad Ebrietatem, ebrioso ulterius, & [5] ad iram [6] ad litigium [7] ad furorem [8] ad somnum [9] ad morbum [10] ad insaniam perpetuam. At quis cum insano & furioso fœdus pangat? *Hæc ille, &c.*

Hodierno jure & consuetudine, quâ utimur, ebrius delinquens neque veniam delicti consequetur, neq; pœnæ remissionem vel supplicium extraordinarium merebitur, quocunq; colore etiam crimen adumbretur, idque
13 novissimis imperii constitutionibus † quæ distinctionẽ illam prorsus ignorant, ut itaq; lege non distinguente, perdurum sit hominis distinctionem admittere, deplorandum autem est, qui ordines S. R. imperii, tam salutares jurátasq; constitutiones non severiori, quâ par observantiâ coluerint, factum id pro-

id procul dubio, quia ipſimet partim guloſi & vinoſi principes ſunt, vel fue-
runt, ut itaq; zelo recto corrigere non poſſint, quale vitium in ipſis eſt in-
corrigibile, moleſtum ſentientibus, qui cum Flandricis † ebrioſis, quot cali- 14
ces ſupra menſam, tot matulas ſub menſâ ſepoſitas videant, referente Henri-
co Stephano, quem adducit Waremb. ab Erenberg. *p. 1. c. 2. de fœd. pag.* 251.
jam juſto Dei judicio, ut quas pœnas Jehova † comminatur, potatoribus, 15
Eſa. 5. & 8. Johan. 1. modo exequatur ipſe. Ita divinitus conſtitutum eſt, ait
Peucerus *de divinat. pag.* 80. ut rectè facta ſequatur perpetua felicitas, malos
& depravatos mores ſequantur pœnæ, quoties enim judex in terris vicarius
enſem, ſibi à Deo commiſſum, fruſtra gerit, ſæpenumero ipſe legem ſuæ ju-
ſtitiæ exequitur, & qui ad iram erat tardus, jam velox ſupplicii gravitate tardi-
tatem recompenſat. Balthaſar Babyloniæ Rex per temulentiam miſerè perie-
bat, *Dan. cap.* 5. quem trucidâſſe ſcribit Xenophon Gobriam & Gadatã prin-
cipes duos de regno Balthaſaris, † & refert idem regem Gobriæ filium paulò 16
ante in venatione occidiſſe, Gadatam quoque non levi offenſa fuiſſe à rege
affectum, memores injuriæ, & vindictæ cupidiores, in regis necem conſpi-
raſſe, quod etiam commemorat Philippus Melanth. *in explic. Dan. c. 5. in fine.*
Alexander Magnus talenti præmium propoſuit ei, qui pocula vini ampliora
exſiccaret, in quo certamine 40. viri, † una cum eo qui præmium tulerat, 17
effuſis viſceribus propemodum, ſpectante rege crepuerunt, & miſerè perie-
runt. Rex quoque poſthac, nullâ felicitate floruit, quod idem contigit Mi-
thridati, Bodin. *de republ. lib. 4. pag. mihi* 70.90. *Plutarch.* in vita Alexandri,
præmii latorem Colanum appellat, & potatorum, quæ extemplò mortui
fuerunt, fuiſſe numero 41. *(ait)* Antequam à Furca vinceretur nobiliſſima
illa imperii corona, quæ Græcorum erat, crapulæ & temulentiæ adeò fuêre
dediti miſeri Græci, † ut quoq; arbitros potatorios eligerent, lites de inæ- 18
qualibus hauſtibus ſubortas, determinantes, refert Joan. à Buchenbach *in*
itinerario lib. 5. Gail. *d. obſ.* 110. Hannibalis exercitus inebriatus in Italia pe-
riit cum ipſo, ut haud vanè olim dictum, una Hannibalem hyberna ſolverunt,
& indomitum illum nivibus atque alpibus enervarunt fomenta Campaniæ,
Valer. Maxim. admodum graviter *lib. 12. cap.* 1. Reinkingk *de regim. ſecul. 2. cl. 3.*
c. 5. hinc illud Virgilii:

Invadunt urbem ſomno vinoq; ſepultam.

In Norvegia ante translatum regnum, nimiam potandi conſuetudinem
invaluiſſe, penes clericos pariter ac laicos, refert Wolff. *cent. 15. lect. memor.*
pag. 793. quam ſubſecuta eſt barbaries nimia, ut cum imperãte Suenone Re-
ge Norwegiæ, capellanus † pro more teneretur recitare cantu precationem 19
pro ſalute regis, ut Deus protegeret regem, famulum ſuum, æmuli ſacerdoti
indocti, primam ſyllabam in famulo delerunt, inde preſbyteri, ut Deus mu-
lum ſuum protegeret, cecinit, idem Wolff. 14. *lect. memor. pag.* 634. vulgò no-

ta est historia Diaconi Hildesheimensis vino potius quam studio imbuti lite-
rarum, missæ cantus actusq; sacros in Concilio Constantiensi habentis, de
20 quo Gissen. facetè *in disp. Theol.* Quapropter divus † Augustinus in libro
de pœnitentia: Ebriosus, *ait*, si vinum sorbet, ab eo absorbetur, ab homini-
bus deridetur, à dæmonibus confunditur, conculcatur ab omnibus, idem
ibidem. Ebriosus confundit naturam, amittit gratiam, perdit gloriam, & in-
currit damnationem æternam. Vel, ebrietas est flagitiorum mater, culparum
materia, radix criminum, origo vitiorum, turbatio capitis, subversio sensus,
tempestas linguæ, procella corporis, naufragium castitatis, amissio tempo-
ris, insania voluntaria, ignominiosus languor, turpitudo morum, dedecus
21 vitæ, honestatis infamia, animæ corruptela, refert Athenæus † *lib. 2. cap. 1.*
Juvenes aliquot ebrios suo seculo in tantam pervenisse insaniam, ut omnem
supellectilem foras ejicerent, quibus visa erat domus quasi navis, ebrietas,
tempestas maris, navem huc illuc allidens & projiciens, ebriosis, dies ali-
quot, tantâ capitis vertigine vexatis, amici eorum exploraturi, cum res suas
ita pro derelicto haberent, & diripiendas exponerent, accessere ad domum,
ubi commorabantur, sciscitantes quid infortunii? Responderunt juvenes
oneribus navem oportuisse evacuari. Illis stuporem ebriosorum dudum ad-
mirantibus, alter juvenum dixit: ego, amici, ob timorem in hosce me recepi
lectos, ut quam maxime liceret inferius cubarem. Ecce quæ vini & diabo-
li, cujus lac vinum dixêre quondam Manichæi, vis & potentia in vinosos &
ebriosos homines? quapropter Scriptura sacra non obscurè loquitur, ebrium
22 similem esse dormienti in medio maris, † & dormienti in fastigio ejus, *Pro-
verb. 23. in fine*, vel ut Plato de ll. *lib. 3.* ait: ebrietate gravatos ubi terrarum sint,
nescire, Theod. Reinkingk 2. *Class. 1. de reg. sec. c. 8. num. 24. & seqq.* prolixè, ad-
de Luther. *de cens. lib. 2. cap. 3. ibi*: ex ebrietate imaginationem depravatam,
judicia stulta, in qua oblivionem sui, &c. subsecutam fuisse deprehendimus,
23 deniq; vino prudentiam & ignorantiam sui adumbrari, † & respectivè gene-
rari. Dixit Alphonsus Rex Neapolitanus, uti scribit Sen. 1. *Epist. ad Lucill. 83.*
Ut alia taceamus incommoda, dispendia vitę & mortis immaturæ, juxta illud:
Ex ebrietate morbi, ex morbis mors: Vides ut morbi & corporis dolores
sint frequenter ebrietatis supplicia, nam qui nostri corporis est auctor & do-
minus, atq; humorum & sanitatis contemperator, cùm videt nos abuti cor-
pore & viribus, vires adimit & sanitatem, atque vinculis dolorum constri-
ctos, & compedibus imbecillitatis detentos, atque lecto jacentes, tan-
quam cippo alligatos, tradit tortori, ait Joan. de Pineda *in
Job. tom. 2. cap. 33. vers. 9.*

CAPUT

CAPUT LXXXIII.

DE INDICIIS, QVÆ EX APOSTASIA nascuntur.

SUMMARIA.

1. *Apostasia indicium parit.*
2. *Quo odio prægravetur Apostata?*
3. *An delinquēdi conatus pœnitentia purgetur?*
4. *Seductores Christianorum capite plectendi.*
5. *Apostata non potest testari.*
6. *An confessor Augustanus possit in foro Pontificio testari, habendusq; pro hæretico?*
7. *Explicatur l. 5. l. 6. l. fin. C. de Apost.*
8. *An Apostasia concurrente famâ, plenum indicium faciat?*
9. *Vtrum duo indicia generalia quæstionem producant?*
10. *Omne indicium duobus testibus omni exceptione majoribus debet probari.*
11. *Omnis extensio criminalis est odiosa & prohibita.*
12. *An transactio Passaviensis, sive recessus Imperii de pace religionis, per Concilium Tridentinum subsequens, sit sublatus?*
13. *Papa in rebus Imperii nullam habet-præ vel interventionem.*
14. *Actor coram Camerâ producens promotoriales ex Rota Romana, inde mulctatus fuit.*
15. *Discursus exotici de pace religionis Germanicæ referuntur.*
16. *Voluntas coacta quoq; voluntas est.*
17. *Clausulæ salutares recessibus annexæ tollunt quasvis metus, doliq; suspiciones.*
18. *Non creditur referenti, nisi declarato constat.*

DIximus suprà, Judæum, quâ Judæum indicium facere quæstioni, con-
currentibus indiciis, Ergò multò fortius Judæus, quà Apostatam † agit, 1
atque ex Christiano Judæus effectus sese sacrilegi cœtibus aggregat, ut lo-
quitur *l. 1. de Apost.* indiciis premitur, adeò, ut concurrente famâ, mendacio,
vel consuetudine delinquendi, Apostata quæstioni subjugari queat, *argum. c.
infames. 6. qu.* 1. Farinac. *de testibus lib. 2. tit. 6. quæst. 56. nu.* 441. *ubi per. capp. 6.*
evincit, quòd Apostata † infamis, sacrilegus, perjurus & excommunicatus 2
sit ipso jure, *cap. 2. ne cler. vel monach. se secul. & in 6.* cui & testamenti factio, &
si quæ ei hereditates, vel legata relicta sunt, adimuntur, *l. 2. C. de Apostas.* cu-
jus conditio etiam ita aggravatur, ut quanquam redire mallet, ad cœtum fi-
delium, id tamen ei haud liceret, *l. 3. C. ead.* Menoch. *de arb. quæst. cas. cent.* 4.
cas. 360. *num.* 11. prout exportanti frumenta contra dispositionem statuti, redi-
re permissum non est, atque conatum suum † pœnitentia corrigere, Rip. *in* 3
tract. de pest. tit. de remed. ad consf. libert. num. 75. ratio illius est, quia, ait Theo-
dos. Imp. *in d. l.* 3. errantibus quidem subvenitur, perditis verò, hoc est, san-
ctum Baptisma prophanantibus, nullo pœnitentiæ remedio, quæ aliis crimi-
nibus solet adesse, succurritur: adeò, ut seductores † & corruptores Chri- 4
stianorum cum dispendio fortunarum capite puniendos esse jure statuatur,
l. 5. C. ead.

Tantum abest, ut Apostata † testificari, postulare pro aliis possit, *c.* 5

non

non potest, 2. q. 2. & *alieni*, & 3. q. 4. Farinac. *d. l.* ubi statuit, idem de quovis Apo-
6 statâ; si dicendus est Apostata, qui à fide Concilii Tridentini † ad partes Protestantium secesserit, & vice versâ, prædicandum esse, neque referre (*ait*) sive resipiscat ille, sive non? probat id *l.* 3. *C. de Apostatis*, quæ tamen à sententiâ hac longè aliena est. Nam quòd Apostata Judæus factus pœnitentiâ non possit purgare crimen, rationem hanc habet, quòd circumcisio suscepta deleri non possit, quam quidem in Judæis natis salutari fonte abluere & abolere poterat. Quia verò causa hæc in schismatico & defectore à fide vel Concilii Tridentini, vel Augustanæ Confessionis articulis prorsus non stringit, profectò *d. l.* 3. eò usq; produci & extendi non debet, cùm à diversis malè inferatur *d. l.* 32. *fin. ad L. Aquil.* in odiosis causæ restringantur, *cap. odia, de reg. jur. nu.* 6. neque quod potissimùm hic attendendum est, non apostatam propriè dici eum, qui errat in articulis fidei, qui deficit ab hac in illam sectam: sed qui prorsus abnegat Christianitatem, ex Christiano Judæus, Paganus, vel Mahumetanus factus, *Dd. in d. l.* 1. *C. de Apostat.* Sic Angeli deficientes à Deo, dicuntur Apostatæ apud Esaiam, & stella matutina (lucifer) dicitur Apostata, & Apostatarum dux, à Dionys. Beda, aliisq; pluribus, qui statuére, quod stellæ quædam Angeli essent, juxta illud Jobi *cap.* 37. *vers.* 7. *ibi:* Cùm me laudarent simul astra matutina, & iubilarent omnes filii Dei, vide Joan. de Pineda *in Job. tom.* 2.
7 *d. cap.* 37. *pag.* 972. & *vers.* 13. *pag.* 981. quinimò *l. fin. C. eod.* palàm † inter Apostatas & hæreticos distinguit, quod ex irrogatione vel cõstitutione patet pœnarum, nam quæ pœna Apostatis decernitur *in l.* 5. *eod.* non repetitur lege sequenti 6. ubi Imperator ad Constitutiones & titulum præcedentem de Hæreticis & Manichæis se simpliciter remittit, repetitq; inde pœnam exilii contra hæreticos jam pridem decretam, &c. sed quoniam, uti meminimus, Apo-
8 stasia crimen adeò atrox & nefandum est, quæritur: Annon sola fama, † alióve indicio generali concurrente indicium faciat? Resp. Vigore Constitutionis criminalis Caroli V. *art.* 27. quidem indicia duo generalia plenum indicium torturæ sufficiens producunt, quæ sententia tamen non crudè adeò percipi, & ad usum practicum transferri potest. Pone enim reum agere Apostatam, reum mendacem esse, vagabundum ac vilem hominem, quæ prædicata singula distincta præbent indicia, uti id ex capitibus antecedentibus abundè constat. Sed quis mortalium commisso quodã grandi maleficio probabiliter concludet: Titius Apostata, mendax, vagabundus interfecit Cajum, furatus est res Caji, quare? hìc duo indicia concurrunt: Sanè nimis larga foret consequentia, interim tamen verum est, quod duo indicia generalia generent quæstionem, *d. const. art.* 27. Resp. Constitutionem loqui de indiciis generalibus, iisq; propinquis propemodum delicti, uti textus exempla evincunt, præsertim *causa* 1. 2. 3. 5. 7. 8 *art.* 25. non de remotis longeq; petitis suspicionibus, quibus rei non obscurè premuntur, aggravantur. Sed instas: Atqui

qui Constitutio remota illa, longeq; petita indicia non tradit: perdurum itaque statuere id, quod lex sive constitutio, quæ regulariter stricti juris est, non exprimit nec decidit. Erubescimus enim sine lege loqui, per notissima. Resp. Unius inclusionem non esse alterius exclusionem, seu remotionem, neque enim lex ita scribi potest, quin omnes in universum complectatur casus, decidatque factorum casus contingentes, *l. scire, cum legib. seqq. ff. de leg.* Wilhelm. Anton. *de rescript. morat. in procem. num.* 14. tum quod ipsa constitutio ingenuè fateatur, se materiam indiciorum non perfectè & absolutè tradidisse; remittit itaque judicantis arbitrio ea, quæ decisa in hac juris parte expressè non fuerint, *art.* 27.

Manet itaq; duo indicia † propinqua, nec admodum longè petita indi- 9
cia parere ad quæstionem, *art.* 19. quinimò & indiciũ unum speciale, & maxi-
mè urgens duobus ad minimum testibus, † iisq; omni exceptione majori 10
bus probatum, torturæ sufficiens esse, *art.* 30. Alexand. *cons.* 13. *in fin. lib.* 1.

Et quia odiosa † est omnis rei criminalis extensio, *c. odia. de R. J. in.* 6. 11
Prout etiam ex *l. fin. Cod. de Apost.* est evictum, *l.* 3. *C. eod.* non pertinere ad hos,
qui in fide citra Symbolum Apostolicum non conveniant: Sanè indicium hoc
capp. cessare debet, nempè ne indè prægravetur reus, tanquam Apostasiæ
conscius, *d. l. fin. recess. imperii Augustani, de Anno* 1555. *ibi*: Daß hinfüro ein je-
der Stande/ 2c. Et quanquam hic moveatur: At ille imperii † recessus non 12
præjudicat Ecclesiæ Catholicæ; 1. cujus authoritate tandem per Concilium
Tridentinum definitæ controversiæ in causis Theologicis fuêre. 2. revocatus est recessus ille prædicto Concilio, vel etiamnum revocari debet à Cæsare; non tam quòd lites Theologicæ à Concilio sint postmodum decisæ, quàm quòd Imperator instante tunc temporis maximâ clade & penè ruinâ Imperii, quæ quoque subsecuta fuisset, nisi pax illa Religioni data fuisset, concussus, metuq; coactus sit promulgare illã constitutionem. 3. ajunt, Protestantes primi fregere fidem datam, juramentoq; vallatam. 4. denique libertas religionis divinæ, doctrinæ Catholicæ repugnans in pactum religionis nequaquam potest transire, Becan. *in disp. Theolog. de fid. hæret. serv. c.* 10. *n.* 2. 3. & 88.

Ad 1. Resp. Quòd Papa † post constitutionem aureæ bullæ in nego- 13
tiis imperii publicis nihil juris quacunq; interventione vel prætextu sibi ven-
dicare queat; quis unquam audivit, in recessibus Imperii sanciendis, Impera-
tores Romanos consensum Pontificis adhibuisse vel etiam voluisse, ait Wa-
rem. 71. ab Erenberg. *de fœd p.* 1. *pag.* 1511. 1150. unde actor † quidam aliquã- 14
do promotoriales ex rotâ Romanâ pro se in Camerâ producens, graviter inde mulctatus est, referente Tileman de Bening. *in Syntag. jur. Camer.* quinimò ipsorum Pontificiorum nonnulla scripta attestantur, quòd Papa sine omni titulo sibi potestatem universalem super omnes Ecclesias attribuat, contra exemplum Divi Petri, quâ de re Joan. Casimiri Außschreiben/ de Anno

84. unde Lipſ. *adverſ. Dialog. de unit. relig.* Valentiani Imperatoris moderationem ſecutus eſt in Germaniâ Carolus V. de cujus facto qui callidè & protervè pronunciat, injuriam facit maximo Principi, ut meritò reponatur ſcurrilitati illi, *l.3.C.de crim.ſacr.* proinde *diſcurſ.* Monſ. de la Noç. Je priſe auſſi le concorde, qui eſt en germanie, qui eſt ponit alter eſſe pour la diverſite en la religion en pour les eſtats differens auſſi eſt elle ſi floriſſante autant, que
15 elle en ques eſte; qui receſſus à viro hoc exotico † adeò laudatus, non ſublatus eſt, neq; tolli potuit Concilio Tridentino *arg. tot. aureæ bullæ & reſcripti,* Joan. Caſimiri, cumprimis verò conſtitut. Imperat. de Anno 1555. *ibi:* Weiln noch bißher etliche Religions-Vergleichungen/ durch die Wege eines Christlichen freyen General Concilii nicht erfolget/ so soll nichts desto weniger dieser Friedes-Standt/ in allen seinen Puncten vnd Articulen/ bey seinen Kräfften stehen vnd bleiben/ biß zu endlicher Vergleichung/ ꝛc. *Vide Epiſtolam* Æneæ Sylv. 55. ubi diſputat, utrum hic receſſus imperii habeat vim Concilii?

Ad 2. Reſp. Non omnem, ſed juſtum metum, ſi quis metus hîc doceri poſſet, contineri ſub edicto Prætoris, de quo *tot.tit.ff.quod met.cauſſ.* Dein-
16 de voluntas † coacta quoque voluntas eſt, adeò, ut quod ex coactione voluntatis procedit, ex voluntate rectè quoque fieri dicatur, *l. 2. 1. §. 5. ff. quod met. l. 22. ff. de tit. nupt. l. marito, l. is qui,* unde *gloſſ. in l.3. ff. de amittend. & retinend. poſſeſſ.* ait, quod meticuloſa voluntas in ſuperficie habeat volitionem, licèt in radice nolitionem præ ſe ferat, Johan. Schneid. à Weſenb. *ſupplet. in §. poſſidere, inſtit. de interdict. num.* 174. Porrò ſi qua vis, ſi quid coactum cauſam dediſſet tranſactioni, dicatur, illud quodcunq; obſtaculum, tolletur per clauſulas
17 † receſſui annexas ſalutares, adeoq; potentes, Schurff. *conſil.* 14. *cent.* 1. Corn. *conſil.* 67. *vol.* 1. Bald *in l. nec damnoſa, C. de precib. Imper. offerend.*

Ad 3. Reſp. Quod demonſtratione, hoc argumentum, quia facti eſt, indigeat, *l. aſſeveratio, C. de non numer. pec.* neq; enim credimus referenti, niſi de relato conſtet, *authent. ſi quis, Cod. de edend.* 18.

Ad 4. Reſp. Becani argumenta confutat ſat nervosè Andr. Crani. *in diſſert. juriſd. polit. p. 2. probl.* 4. quò lectorem remitto, &c.

CAPUT LXXXIV.

DE INDICIIS, QUÆ EX FELONIA DESCENDUNT.

SUMMARIA.

1. *Felonia quibus modis committatur?*
2. *Cucurbitare dominum quid ſit?*
3. *Felonia eſt turpis & infamis exceſſus.*
4. *Res de facili redit ad ſuam naturam.*
5. *Malus diu non latet, quin delinquat.*
6. *Qualiter indicium ex felonia formetur?*
7. *Totus mundus repletus eſt proditoribus.*
8. *Principes inſcii multos latrones fovent in aula.*
9. *Unde eveniat, quod mali perpetua felicitate floreant?*

10. *Pœna*

10. *Pœna proditorum & exploratorum qua?*
11. *An excusari jure possit Luditha caput Holoferni proditoriè auferens?*
12. *Matthias Vngariæ Rex noluit hostem suum Podibrachium veneno exstingui.*
13. *An stratagemata laudanda sint?*
14. *Exploditur sententia VVarcmundi ab Erenberg quoad fœdus cum exploratore sanciendum.*
15. *Non omnes feloniæ species indicia pariunt.*
16. *Crimen læsæ Majestatis etiam in confœderatos Principis Romani committitur.*
17. *Conatus delinquendi, in criminibus non exceptis, non parit pœnam ordinariam.*

FEloniam † pluribus modis committi à vasallis jure feudali proditum est, 1 *tit.c.1.quibus causis feud.amitt.* Committitur enim Dominum malitiosè & perfidè deferendo, manifestando secreta Domini, amicitiam cum hostibus Domini contrahendo, in caput Domini conspirando, Dominum prodendo, debellando, eumque periclitantem indefensum relinquendo, stationem in acie, fuga turpi, deserendo, Dominum † cucurbitando, Wann er seinen Lehn-Herren zum Hanenrey machet / Domini fratrem vel agnatum occidendo, *c.un. §.item.quib.mod.feud. amitt.c.un. an ille, qui interfecit fratr.* ubi Alvar. Duaren. Hottoman. Schenck baro de Tautenb. Pet. de Ravennat. passim, &c. Quæ feloniæ † species utpote graves turpesq; excessus hominem 3 inde imbutum ad multò atrociora & nefanda audacem facientes inter indicia quoque non immeritò recensentur. Perpetua enim experientiæ argumenta evincunt, hominem perfidum, sceleratum, perjurum, qualis ille vasallus est, scilicet qui verecundiæ, & integritatis & honestatis terminos in tanto gradu excessit, perrarò resipiscere solere: quoniam 2

Quo semel est imbuta recens servabit odorem
——— Testa diu, &c.

Hinc dicitur *in l. 27. §. de pact.* quod res † de facili revertatur ad suam naturam, *c. ab Exord. dist. 35.* Socin. Sen. *consil. 35. col. 6.* citans versus Severini, quos etiam allegat Tiraq. *in tr. de pœn. causs. 51. n. 18.* 4

Repetunt proprios quæq; recursus,
Redituq; suo singula gaudent.

Et latere † usque in finem ne putes malus existens; imò difficile est, ut malus quis semper lateat, Plat. *lib. 2. de just.* consiliorum enim ac finis vitæ idem, Jovian. Pontan. *lib. 1. de Bell. Neapol.* 5

Τȣ̃ πονηρȣ̃ βίȣ πονηρὸν ἐστι τέλος, juxta diverbium tritum. Quapropter reum proditionis, explorationis, perfidiæ, & adulterii diffamatum accedente Feloniæ prædictæ unâ vel alterâ specie, indiciis † illius flagitii, quod cumprimis est familiare crimini, de quo quæritur, teneri inde, reddique quæstioni obnoxium, nemini obscurum esse potest, cùm vero verius sit, in indiciis etiam habere locum regulam illam: 6

Et quæ non prosunt singula, multa juvant.

Cothman. *conſil.* 15. *vide ſuprà cap.* 29. adeò ut vaſalli ejuſmodi honeſtis offi-
7 ciis quoq; indigni reputentur, quantumvis totum orbem † proditoribus re-
pletum eſſe dixerit Franciſc Sfortia, referente Fulgoſ. *lib.* 9 *cap* 6. Bemb. *lib* 4.
Crantz. in Wandal. 2 *c.* 31. *& lib.* 9. *Saxon. cap.* 37. dicens: Principes inſcios
8 † multos fovere latrones in aulâ, & quos pro optimis & fidelioribus habe-
ant, plerunque eſſe deterrimos, integritatem egregiè ſimulantes, & quod
mirandum, in hoc mundo feliciſſimos, non ſecus ac Alexand. 6 proditionis,
perfidiæ monſtroſæ, & nefandæ libidinis & inauditæ avaritiæ exemplis no-
tatum, ab ineunte ætate ad extremum uſque vitæ diem, ſingulari ac perpetuâ
9 felicitate † fuiſſe uſum, refert Guicciard. *lib.* 6. *pag.* 550. Cujus quòd Deus in
hoc mundo non fuerit memor, (ait Warem. ab Erenberg. *in tr. de fœd. p.* 1.
c. 2. *num.* 215. ſignum eſt potentiſſimum futuræ reſervatæ pœnæ, quamvis de-
prehenſi proditores, ut rei criminis læſæ Majeſtatis coërceantur, *t. t. ff. ad leg.*
10 *Jul. Majeſt.* prout pœna † eſt exploratorum, ut vivi exurantur, vel furcâ ſuſ-
pendantur, *l.* 3. §. *fin. ff. ad L. Cornel. de Sicar.* quos tamen jure divino admiſſos,
& à Deo conſervatos fuiſſe conſtat ex Joſu. *cap.* 2. *& cap.* 13. *Sam.* 2. *c.* 10. *&* 1.
Sam. 14 qua de re, quid de fœnore furtoque Hebræorum, quid de cædibus
Samſonis, Deboræ, Judith judicandum, ſtatuendum, alibi diximus neque
enim, ut vulgò loquimur, jus ſingulare ad conſequentias producendum, *l.* 16.
11 ubi Bart Jaſ & Dd. *ff. de ll.* Taceo reprehenſores cædis à Judithâ † factæ, cu-
jus modò facta eſt mentio, prætendentes inde, quòd inſidiis & venenis pu-
gnandum non ſit, non licuiſſe fœminæ illi ſub ſpecie amoris adimere caput
Holoferni, *vide* Gentil. *lib.* 2. *de jure belli, c.* 6. *pag.* 249. Bald. *conſil.* 434. *lib.* 5.
hinc Plutarchus in Camillo nec Romanos in pace nec bello injuſtitiæ ope-
ram dediſſe refert, cujus amores non cadunt in virum bonum. Sic Matthias
12 † Rex Ungariæ Georgium Podiebrachium hoſtem ſuum veneno necari no-
luit, Podiebrachium admonens, ne cibos prius prægustatos caperet. Sed Re-
ſpond. Factum Judithæ Deo placuiſſe, & plenum eſſe myſterii, licèt non imi-
tandum, Scipio Ammirat. *lib.* 2. *diſcurſ in Tac pag* 88. vel uti Albert. Gentil. ait
d. loc. fuit id factum juris extraordinarii à Domino permiſſum, *d. loc. c.* 8. *pag.*
271. Bodin. *lib. fin. de republ c.* 2. Quid? quod jure civili quoq; factum hoc tan-
quam dolus bonus juſtificetur & ſuſtineatur, *l.* 1. *ff de dol. malo*, cùm & ſtrata-
13 gemata † ll. conceſſa legamus, *l. nihil intereſt*, 26 *ff. de capt. & poſtliminio re-
verſ. l.* 2. *Cod. de com.* adeoque nec jure divino reprobata, ut *Ioſu.* 8. *Numer.* 2.
Sam. 1. *c* 5 *Judith.* 70. Danæ. *in Polit. Chriſt lib.* 7. *c.* 6. Gentil. *lib.* 2. *cap.* 3. ubi
evincit, cum inſidiis belligerari poſſe etiam bonâ conſcientiâ, &c. vel ut Lipſ.
lib 4. *civil. doct.* 14. ſcribit, ſemper aliquid doli mali miſcere poſſumus, ut ve-
nena medicamentis laudabiliter in publicis in privatis minimè, ubi cave inſi-
diis uti, quo ſpectat locus *Deuter.* 16. *ibi:* quod juſtum eſt, juſtè exequere,
nam abominatio Domini eſt omnis illuſor, *Proverb.* 3. Submirandum verò
eſt,

eſt,quod Waremund. † de Erenberg.*in tr.de fœd.p.1.cap.2.pag.*184.pangi poſ- 14
ſe fœdus cum exploratoribus exiſtimet,quam ſententiam probat *l.6.§.4.ff.de
re milit* idq; maximè [1.] quòd ipſemet *in ſuo tractatu de fœd.p.1.pag.*35.jus
belli indicẽdi,fœderis ineundi ſoli Imperatori Romano jure majeſtatis com-
petere,& nõ niſi his,quibus Cæſ.Rom. jus fœderis ſanciendi ſpeciali reſcri-
pto conceſſerit,ſtatuat,cum cumprimis *p.2.*contra fœdus Hanſaticum diſpu-
tet, aliaq; fœdera, cui communitates, civitates Imperio Romano mediatè
ſubjectæ, locoq; privatorum jure habitæ implicantur, *l. eum qui, ff. de V.S.l.
nihil intereſt,ff ad SCtum Macedon.* Gail. 1.*obſervat. pract.*1.*num.*18. [2.] quòd
ibidem non niſi cum potentioribus, juſtis & omni exceptione majoribus
confœderandis contrahenda fœdera ſuadeat. Ac ecquis ſanæ mentis explo-
ratorum genus turpe, infame & injuſtum in prædicamẽtum confœderando-
rum transferendum rectè dixerit? Ergò [3.] nec jota probat ſententiam auto-
ris *d.l.6.§.4.ff.de re milit.* quæ exploratores ferro feriendos, capitali pœnâ
coërcendos, non in ſocietates publicas, vel privatas recipiendos eſſe dictitat.
Cæterùm, quod reliquas feloniæ † partes attinet, ut juſtificatio feudi, ſervi- 15
tiorum fœdalium denegatio,feudi alienatio,injuria domino illata, & quæ ſi-
miles beneficii amittendi cauſæ; illæ profectò non huc ſpectant,neque felo-
niæ excepta cucurbitatione, cùm ipſum adulterium quoque delictis cæteris,
unde reus diffamatur, viam ſternat,quoad infligendas quæſtiones, in priva-
tos dominos commiſſæ, quales hodie ſunt nobiles, ſuos ſubinfeudatos ha-
bentes, cùm & ruſtico feuda dare permiſſum ſit, indicium nec quæſtionem
pariunt: Ratio eſt, quod ſpecies feloniarum ſuprà dictæ propriè committi
non dicantur reſpectu privatorum,ut eſt proditio, exploratio,conſpiratio,in
caput domini alicujus privati conjurare, meritò arguatur non leve ſcelus,
cùm hominem homini inſidiari nefas ſit,teſte JCto *in l.3 ff de juſt. & jur.* in-
terim tamen hoc non ſequitur:Ergò inde indicium emergat;Sequeretur n. [1.]
omne delictum publicum parere indicium criminibus aliis: quod negamus:
Niſi delictum ſit, quod indicium parere aſtruimus, delictum nempè exce-
ptum, quales illæ ſpecies in dominos, qui jura majeſtatis exercent, directæ
exprimunt, cùm enim in ipſos Conſiliarios Cæſaris Romani committatur
quoque illud grande facinus, *l.5.C.ad L.Jul.de adult.*quidni in cætera Impe-
ratoris Romani membra, ut, Electores, Duces, Comites præter Imperato-
rem, ſuperiorem non recognoſcentes? cùm etiam in fœderatos Cæſaris læ-
ſæ † majeſtatis crimen committatur, Menoch. *conſil.99.num.*39 Warem. ab 16
Erenberg. *p.1.de fœd.cap.3.num.9.* Tiber.Decian.*in tract.crim.lib.7.c.5 nu.*19.
Hier.Gigas *de crim.læſ.majeſt.lib.3.rubr. de rebell. quæſt.*21. [2.] Porrò ſequere-
tur ex præſuppoſitis,etiam conatus † deliquendi pares cum delictis indiſtin- 17
ctè commiſſis, parere effectus, quod abſurdum eſt: cùm vero verius ſit, il-
lam L.Corneliæ partem, ſi quis cum telo ambulaverit hominis necandi cau-

 ſa,non

sa, non inferre pœnam ordinariam, Jul. Clar. *5.sent.§.fin. quæst.* 92. Menoch. *de arb.quæst.q.2.cent.*4.*cas.*360. Petr. de Ravennat. *tit.*53.*lib.*2.*feud.* adde Gail. *de pp.lib.*1.*cap.*14. ego *in lect.feud.cap.* 8.*pag.* 61. Quòd cucurbitationem excepimus, rationem habet, quandoquidem adulterium inter delicta excepta connumeretur, adeoque comparatum, ut nedum de hoc transigere liceat, *l. transigere, ff. de transact.* exosum legibus, ut quod non nisi magistratui publicè licet, privato concedatur, nempe vindicta acceptæ injuriæ, *l.*22. §. 23. *ff. de adult.* supplicium ipsum adulterii *d.*§.3. quòd nullibi alias permissum constat. Et licet occisorem relegationis pœnâ coërcendum esse dictitet, *l.*38.§.8. *ff. de adulter.* inde tamen nec atrocitas adulterii, nec quæ indicia ex adulterio ad alia delicta emergunt, evacuantur, &c. Atque tantum quoq; de hoc indicio.

CAPUT LXXXV.

DE INDICIIS, QVÆ EX ILLICITIS COLLEGIIS pravaq; coitione proficiscuntur.

SUMMARIA.

1. *Collegium quid?*
2. *Collegia illicita quæ propriè dicantur?*
3. *Latrocinia inter venationis genus antiquitus relata.*
4. *Explicatur locus Polybii, de deprædatione Romanorum licitâ.*
5. *Collegia opificum ut plurimùm solent esse suspecta, & indiciorum plena.*
6. *Delicta occulta majora solent adferre damna Reipublicæ.*
7. *Vtrum is indiciis læsæ majestatis obnoxius sit, qui confœderatis Principis Romani adhæret?*
8. *Diffidationes indicia homicidii pariunt.*
9. *Conspiratio & fœdus quomodo differant?*
10. *Omne fœdus debet excipere caput augustum Imperatoris.*
11. *An illud fœdus licitum dici mereatur, quod ad extirpandas religionis sectas pangitur.*
12. *Nedum Iudæis manus inferri debet religionis intuitu.*
13. *Iudæis permissum est Synagogas agere.*
14. *Augustus nimium indulsit Sacraticiis Iudæorum.*
15. *Qui exitus futurus sit bellis adversus sectas motis?*
16. *Quomodo Rex iniquus dicatur minister Dei, & executor divinæ justitiæ?*
17. *Lutheri locus de tyrannis, pravisq; magistratibus.*

1 COLLEGIA † definiuntur à Dd. *in l.* 1. *ff. quod quis univers. non.* Bart. *in l.*1. *ff. de colleg.* hominum aliquorum societates, bona pecuniámve in commune quærentium, quam definitionem impugnat Bodin. *de Republ.lib.*3.*c.*7. *pag.*527. nec immeritò: quòd hæc definitio genus definiti exprimat, eiq; solummodò conveniat; quandoquidem societas à Justiniano definiatur κοινωνία, *princ.inst.de societat.* Collegium potius definiens cœtum, sive conventum lege principísve concessu tributum, cujus vigore certis locis atque temporibus Collegii membra cogantur, atque de rebus Collegii inter se mutuò agant. Cautè dicit, cœtum lege vel permissione Principis coactum, scilicet ad diffe-

ad differentiam Collegii illiciti † lege vel constitutionibus interdicti, qui 2 conventus, quæ societatis rarò vel nunquam solent esse non suspectæ, & ad nocendum, insidiandum, & offendendum comparatæ, non secus ac Collegia & societates seculis primis usitatæ, quæ ex cœtu piratarum, latronum, furumque constabant, nec eapropter hominum improborum consociatio non immerito dici potest. Quantum enim ex historiis apparet, latrocinii causa societates vulgò contrahi potuisse, certum est, quo sensu latrocinia † inter venationis genus relata refert Bodinus *d. loc.* Constat quoque ex 3 primo inter Romanos & Carthaginenses fœdere, licuisse Romanis civibus prædæ & latrociniis operam dare, quod exprimitur in iis verbis: Ne ultra promontorium Pulchri, prædæ aut mercaturæ gratia Romani naviganto, Polyb. † *lib.* 3. quanquam verius dici possit hoc induciarum pacto potius li 4 mitatam fuisse prædandi licentiam, hostibus hisce antehac maximè usitatam, quàm ut inde demonstrari possit, latrocinia ex omni asse, & indistinctè etiam adversus non hostes contra privatos homines fuisse permissa, tametsi Julius Cæsar de Germanis scribat: latrocinia nullam penes ipsos peperisse infamiam si modò ea extra fines cujusq; civitatis fierent, atque ea juventutis exercendæ, ac desidiæ minuendæ gratiâ, facta probaretur. Sed mittamus ista sodalitia prava, injusta, quibus nec recta ratio, nec civilis prudentia astipulari potest. Quia autem definitio Collegiorum suprà dicta, Collegia illicita & illegitima per contrariorum ἀντίθεσιν quoque declarat & exhibet, cùm contrariorum contraria sit ratio, jus & juris dispositio, *princ. inst. de his, qui sunt sui vel alien. jur.* sequitur, ut quicunq; homines cœtum vel Collegium constituunt, contra tenorem ll. constitutiones Imperii, bono publico, bonis moribus, & saluti singulorum adversantes, illi pernitiosè errent, graviter delinquant, & pœnis Constit. Imperii se dignos constituant. Si itaque † opifices, 5 quibus Collegia jam temporis per abusum attribuuntur, *tot. tit. ff. de colleg. & corpor.* vel annonam flagellant, peculatus, stellionatus, residuorum se implicant sceleri, monopolia, quorum nihil frequentius hoc passu, exercent, falsis mensuris & ponderibus usurpantes, contra ll. ædilium Curulium hinc inde prævaricantes, & nihil, quod ad defraudandum, fallendum & emungendum proximum spectat, non intermittunt, non intentatum relinquunt, meritò suspecti & pernitiosi, & intestini Reipublicæ hostes dici, atque ad perpetranda publica scelera cumprimis, quoties justo Dei judicio falliti fiunt, proclives meritò præsumuntur. Ut idcircò dubium non sit, indicium nasci contra sodales modò dictos, tum quia in ll. Collegiorum honestorum delinquunt, *tot. tit. ff. de colleg.* tum quòd tot tantisque facinoribus, prætextu illius sodalitatis se reos constituant, *tit. de annon. repet. & recess. reform. polit. August.* von Monopolien/ 2c.

Quibus flagitiis & sceleribus in Republicâ gliscentibus, scandalo majori locum

ri locum dari nemo non intelligit: nõ secus ac scopuli marini sub aquis latentes, illis qui apparent in conspectu, adeoq; eminent, navibus multò sunt nocentiores: Sic occulta † illa ac sub specie recti grassantia delicta in Rebuspu-
6 blicis maxima solent dare damna, Lucull. *in Anthol. l. 2.* Quapropter dubium non est, quin collegiis illicitis divincti, delicti alicujus publici delati, inquisiti sive denunciati, eo ipso, quòd Collegiis ejusmodi implicati sint, indiciis generalibus, ut modò dixi, urgeantur, nec non inde delicti, de quo quæritur, concurrentibus indiciis, rei jure dicantur. Cùm ex potentiâ causæ effectus judicetur, Eberh *in top. in loc. ab effectis.* de hoc indicio locus extat penes Justin. *lib. 20. ibi*: Sed 300. ex juvenibus cum Sodalitii jure, quodam sacramento nexi separatam â civibus cæteris vitam exercerent, quasi cœtum clandestinæ cõjurationis haberent, (legislator) eos, cùm in unam domum convenissent, concremare voluit. Familiare hoc indiciũ est societati occultæ, de qua suprà cap. nec enim honestius meretur nomen malorum congregatio, cujus Satan ipse est præses & consul, uti videre est ex memorabili illo relatu & casu, quem ex Eginaldi historiis recenset Wolff. *tom. 2. lect. memor. pag. 291.* Cùm enim Ludovicus & Carolus, Germani fratres, filii Ludovici Cæsaris convenirent toties clanculum, & tandem Francofurti deliberantes, quo fato obviarent patris ultimæ voluntati, ne sese exheredes scriberet, præferretq; Carolomannum confratrem quoque Germanum, cui maximè invidebant: Diabolus, cum sic deliberarent, collegialiter cum asseclis in forma Angeli eis apparuit, & dixit Carolo, quod parens ejus ei intentaret & pararet mortem, ut possit præferre & evehere ad regni fastigia fratrem ejus Carolomannum, & de hoc facto Deum valdè irasci, & offendi gravissimè: Constituisse enim Deum, dare imperii potestatem Carolo. His verbis Carolus totus fuit attonitus & ex pavore aufugit in templum loco illi proximum. At Diabolus eodem subsequitur eum, & dicit illi, cur timidus es tu, & fugis? Cogitas tu, quòd si verba mea non essent ex Deo, in hoc ingressum essem templum, igitur credas mihi velim, & recipe sacramentum Domini ex manibus his (offerebat ei formam hostiæ cujusdam) meis. Verùm quid fit? continuo ingressus in eum est Diabolus, & obsedit corpus ipsius, & incepit clamare & boare horrendum, Diabolo vexante. Ex hoc igitur pater ejus & universa nobilitas fuit maximoperè perturbata & perterrefacta, & curaverunt cantari missam, eo præsente: hac durante, interea ipse, præsertim verò, cum cantaretur Evangelium clamavit horribiliter, & alta voce confiteri cœpit, hoc infortunium supervenisse ei eò, quod conspiraverit contra parentem suum. Sed quid de fœderibus illicitis, quoad crimen læsæ Majestatis, perduellionis, explorationis? Utrúmne im-
7 plicatus illis fœderibus, tanquam collegiis illicitis, si dicatur læsæ † Majestatis, proditionis reus, ex hoc, quod fœderatus est, prematur indiciis, quæstioni sufficientibus? Resp. Aut fœdus contra certos quosdam status, aut genera-

generaliter ſaltem defenſionis ergò, ut vulgò fieri ſolet, conceptum eſt. Quo-
ad primum res expedita eſt, 1. quoniam minarum inſtar publicarumq; diffi-
dationum, paſſim fœdera illa habentur, arg. aur. bull. de fœd. receſſ. Imperii Au-
guſt. Von Religion vnd Prophan Friede/ Anni 555. & ſeqq. receſſ. reform. polit.
Atqui minæ & diffidationes † ad torturam quæſtionem faciunt, l. metum, C. 8
quod metus cauſſ. Marſil. conſil. crimin. 3. n. 13. vide ſuprà c. 35. de minis. Ergò.
2. Aggravat fœderatum ipſa fœderis illiciti turpitudo, cui cùm ſe in-
nodat & ingerit, operam dat rei illicitæ, & dicitur potius conſpirationem, † 9
quàm fœdus inire. Illa enim dicitur conventio, quæ fit ad everſionem ſtatus
vel dignitatis alterius, gloſſ. in c. per tuas. Bellamer. in c. conjurationem, num. 91.
Gigas de crim læſ. Majeſt. q. 22. Anchar. in c. conſtitutionem. de V. S. Zabarell.
in c. Paſtoralis, n. 2. de ſent. & re judicatâ, Panormit. in c. fin. nu. 1. & 16. de teſtib.
ubi poſt auream bullam de fœderibus tradunt, quæ fœdera illicita propriè di-
cantur? Planè quantum fœdus illicitum attinet, quod caput † C. M. Augu- 10
ſtum non excipit: Siquidem negligentiâ ſaltem, non dolo omittatur perſona
Cæſaris, confœderati incidunt in mulctam 100. librarum auri puri, Ware-
mund. ab Erenberg. in tr. de fœd. p. 1. c. 2. num. 232. pag. 280. atq; hinc uſitata ju-
ramenti clauſula ſtatuum Regalia ab Imperatore petentium: Daß ſie nim-
mermehr wiſſentlich in dem Raht ſein wollen / da ichts wider Keyſerliche Ma-
jeſtät Perſon/ Ehr/ Würden vnd Standt gehandelt/ oder fürgenommen wird/
noch darein willigen oder gehälen/ ꝛc.
Sed an illud fœdus † illicitum dicatur, quod ad extirpandas ſectas reli- 11
gionis pangitur, utiliter quæri poteſt?
Reſp. Quanquam Magiſtratus officium quoq; in hoc occupetur, nem-
pe, ut exequatur juſſa Dei, Deut. 17. cap. Reg. 23. quæſt. 5. hinc ipſe Nebucad-
nezar dicitur Dei ſervus, cui quoq; felicitas rerum gerendarum à Deo pro-
mittitur: Non tamen inde concluditur: Ergò Liga facienda ad evertendos
ſtatus non Catholicos, &c. Taceo hîc imperii receſſus quæſtionem hanc ſa-
tis ſuperque declarantes, quâ de re ſuprà cap. 83. facit l. 6. C. de pagan. ubi Ju-
dæis quietè degentibus nedum manus † inferri debent religionis intuitu, 12
Oldrad. conſil. 264. Cujat. 7. obſerv. 30. Bodin. 1. de Republ. 3. c. 7. Auguſtin. 4. de
Civit. Dei, cap. 18. Lamb. Dan. 2. Ethic. Chriſtian. 13. Jaſon. in l. apud Julian. §.
conſtat, num. 29. ff. de leg. 1. quid? quod Judæis † expreſsè ll. concedant Reli- 13
gionis cauſa coire & Synagogas agere, t. t. C. de Judæ. adeò, ut Octavian. Au-
guſtus † Præſides provinciarum & Norbanus proconſul Epheſiorum magi- 14
ſtratus interdicto vetuerint Judæorum cultus & Collegia perturbare, aut
quominus religionis cauſa coirent, prohibere. Quinimò Auguſtus ſacrifi-
cium diurnum & perpetuum Hieroſolymis tauro, hirco & ariete pro Rei-
publicæ ſalute fieri juſſit, ac diurnis largitionibus Judæorum tenuitati opem
tulit, referente Bodin. 3. de republ. cap. 7. pag. 528. Quod ſi Judæis conceſſum?

15 quæ profectò rabies, † quæ scabies canum curialium humanum sanguinem adeò sitientium principibus non tolerandas in regno sectas, regem propter hæresin regno privandum suggerentium, & persuadentium, Bercla. *l.6.c.*10. contra Monach. fœdera ad extirpanda schismata sancienda esse? contra tot juratus recessus, illorum clausulas, contra fidem publicam, pacta, transactiones, quibus sublatis, ecquid restabit, nisi immanis belua, confusio ordinum, ac tádem certissima regni, vel imperii ruina? non tutum hic conscribere plura, exitus acta probabit. Sanè ut flumina ingentia alvum mutare videmus vel naturæ miraculo, vel alia vi occultiori exarescere, sic regna populiq; transferuntur cum fides publica exaruerit, vincula regni certis pactis & repagulis constricta rumpuntur, quia jam subditi deserunt principes, aliosque amplectuntur magistratus uti scriptum est, fluvios scindes terræ, Johan. de Pineda *in Job. tom.2.cap.34.v.24.& pag.799.*

16 Cæterùm, quod dicebatur, † 1. Magistratum teneri jussa Dei exequi, cum sit custos utriusq; tabulæ Decalogi: Id de excessibus & criminibus, nam gladium non frustrà magistratus gerit, nempe ut puniat eo malos, & protegat juxta bonos, accipiendum est. Inde hìc nihil infertur. 2. Licèt Nebucadnezar dicatur servus Dei, id κατά τι quoq; intelligi debet, minister Dei est tyrannus, ut Diabolus sæpenumero jussa Dei exequitur, & demum transacto

17 hoc seculo executurus est. Unde Lutherus † *tom.3.pag.*320. Gott lesset einen Buben vmb des Volcks Sünde willen regieren / Item, sein die Tyrannen gleich einem Knüpffel dem Hunde an den Halß gebunden / solten sie besserer weise zu regieren seyn / Gott würde auch andere Ordnung über sie gesetzet haben / *& tom.3 pag.*321. Imò tyrannus est executor divinæ indignationis, quo respectu ad Deum se habet, ut securis & serra ad architectum, quo sensu servus Dei dicitur, Henricus Efferen. *homil.3.de Gog.& Magog. cap.38.Ezechiel.* vide Waremund. ab Erenberg *de fœder.p.1.c.2.num.242.& p.2.pag.54* ubi inter alia disputat, an & qualiter ad conciones audiendas compelli possint subditi: apprimè hic quadrat dictum Jobi *cap.34.v.30.* Qui regnare facit hominem hypocritam propter peccata populi, ubi ex Vatablo Pineda *in d.loc.* scribit: Quòd quæ eveniant mala sive genti universæ sive hominibus singulis, de causis duabus evenire soleant, vel propter principem pravum, vel peccata populi, quam decisionem Politicè & legaliter declarat, sed ne ab instituto digrediamur prolixius, hic pedem figo, saltem addens hoc: Quod Plutarch. *de ser.num vindict.* scribit *cap.*4. Deus *(inquit)* quibusdam malis, tanquam carnificibus utitur ad sumendas de aliis malis pœnas. Cum enim, vel Hyenæ & Phocæ, aliorumq; fœdorum animalium coagula aliquid habeat ad sanandos morbos utile: Sic nonnullis morsum & pœna indigentibus Deus injiciens Tyranni alicujus sævitiam implacabilem aut magistratus molestam asperitatem non ante id, quod excruciabat ac turbabat, sustulit, quam vitiosos

ſos morbo liberaſſet ac purgaſſet. *Hæc ille.* Anaſtaſ. *quæſt.5. in ſcript. S.* meminit Monachi Conſtantinopolitani, cum Deo ſic expoſtulantis: quando Phocas tyrannus eximius ſæviret crudeliſſimè. Cur, *inquit*, Monachus, Domine eum feciſti imperatorem? Reſponſum ei cœlitus datum. Quoniam non inveni pejorem: Monachus hypocrita, ſpecie quidem monachus, ſed re ipſa flagitioſiſſimus Angeli monitu Thebaidæ civitatis corruptiſſimæ Epiſcopus creatus, cum ad reliqua flagitia, denuò ex ſacro honore ſuperbiret & inſoleſceret: Cur (*inquit*) illi Angelus ſuperbis & magnificè tibi places? ô infelix? non es creatus Epiſcopus, quod dignus ſacerdotio ſis, ſed quod civitas tali digna erat Epiſcopo, &c. Proinde Theognidis Megarenſis ſententia gnomica extat, *ibi*:

Uterum fert civitas hæc, timeo autem ne pariat,
Virum correctorem malæ inſolentiæ veſtræ.

CAPUT LXXXVI.

DE INDICIIS, QVÆ EX OBSTINATO LEGVM, ſtatutorumq́; contemtu exoriuntur.

SUMMARIA.

1. *Qualiter indicia ex hoc loco formentur?*
2. *Contumaces in judicio, ad rebellandum motusq́; ciendos præſumuntur eſſe prompti & proclives.*
3. *Miles juſſa ducis haud exequens pœnam mortis incurrit.*
4. *Actus humani conſilio non eventu ponderandi.*
5. *Plus & minus non conſtituunt differentiam ſpecificam.*
6. *Ceſſante dolo ceſſat pœna ordinaria.*
7. *Publicæ neceſſitatis ergò multa præter ordinem permittuntur.*
8. *Actus humani hanc tacitam admittunt clauſulam: rebus ſic ſtantibus.*
9. *Qualitas homini naturaliter inhærens, immutabilis exiſtimatur.*
10. *Regula: rebus ſic ſtantibus non habet locum in mandatis.*
11. *Qualiter indicium hoc ſtringat in re militari?*
12. *Qui arguitur in pluribus, arguitur quoque in particulari.*
13. *An contemptus poſitivus pariat indicia?*
14. *Petulantia Neratii deſcribitur.*
15. *Nero convicia omnia flocci fecit.*
16. *Cautela Alcibiadis recenſetur, quâ effecit, ne homines vitia ſua paſſim ſpargerent.*
17. *Magnates à nemine volunt judicari.*

DE contemptu præceptorum † judicis, unde contumacia exoritur, ſuprà 1
cap.36. de contumaciâ, ſatis ſuperq́ue diximus. Quia autem ad contumaciam ſtrictè ſic dictam, illa ſpectant, à Dd. Practicis in locis de contumaciâ judiciali paſſim, atque à nobis *d.loc.* fusè tractatam, ſuperſedebimus illam contumaciæ ſpeciem, quæ circa ll. contemtus verſatur, modò diſpiciemus. Producit itaque obſtinata ll. ſtatutorumq́ue prævaricatio indicia quæſtioni ſufficientia

cientia, quatenus 1. hic contemtus contumaciæ speciem exhibet, *t. t. ext. de*
2 *dol. & cont.* 2. quia perniciosi & seditiosi † hi homines ad rebellandum, motus, turbasq; in republica excitandas promti & proclives jure existimantur, *Dd. in l. 6. §. 2. ff. de re milit.* Menoch. *de arbit. jud. cas.* 153. Vide Joan. de Pined. *tom. 2. cap. 36. vers. 9.* ubi hoc indicium explicat, & contemptus ejusmodi scelera appellat, modo prævaricationes, perfidiam, contumaciam & rebellionem nec non mendacia multis scandalis & delictis viam substernentia. Sed
3 obstas: Atqui *d. l. 6.* de milite † contumace loquitur, de quo communiter receptum esse apparet, ut siquidem rem à duce prohibitam fecerit, aut mandata non servaverit, capite puniatur, etiamsi res benè cesserit, *lib. 3. §. 15. Acad.* hinc Epaminondas insignis Thebanorum Rex filium Stesimbrotum contra patris jussa satis feliciter pugnantem interimi jussit, Plutarch. *in Paralel. c. 13.* Et Manlius Torquatus eâdem de causâ filium securi occidendum pronunciavit, referente Livio 1. *decad.* 8. Plutarch. *d. loc.* Valer. Max. *lib. 4. rer. memorab.* neque enim, qui facta hæc improbant, ajunt, mala facienda sunt, ut eveniant bona, *c. ex tuarum, de sortileg. cap. super, ext. de usur.* quandoquidē actus
4 † humani consilio non eventu sint æstimandi, *l. 11. §. 4. ff. de minorib.* Resp. Nihil inde inferri: Ecquis enim affirmet minorem parendi necessitatem inesse legibus forensibus, quàm militaribus. Etiamsi non æqualis hinc inde eve-
5 niat executio, cùm plus & minus † non constituant differentiam specificam, *l. fin. ff. de fund. instr. leg.*

Dubitari autem non immeritò posset, utrum illa prævaricationis exempla, indicia quæstionis non secus ac in foro paganico generare debeant? Negari poterit, 1. Quia videatur prorsus extra dolum esse capitaneum, qui dum videt pugnandi opportunitatem adesse, eam haud præterire sinat, cùm
6 dolo cessante † etiam pœnis ordinariis non sit locus, *tot. tit. ad L. Cornel. de sicar.* 2. Quòd perinde sit, quâ occasione pugnetur, modò quovis pacto sub-
7 sequatur, cùm aliàs publica utilitatis † ergò plura extra ordinem concedan-
8 tur, Gail. 2. *observ.* 3. Quod actus † humani hominumq; mandata hanc tacitam admittunt clausulam: Rebus sic stantibus, &c. *l. 54. §. 1. ff. locati. l. fin. ff. qui satisd. cog.* Tiraquell. *in l. 8. nu. 130. C. de revoc. don.* Dn. Aleman. *de mon. p. 2. cons. 8. p. 720.* 4. Quòd prædicta exempla insidias bellicas & dolum malum
9 præ se ferre nequeant: qualitas enim, quæ homini † naturaliter inest, semper adesse præsumitur, Mod. Pist. *in process. jur. p. 2. c. 6.* Wilhelm. Anton. *de rescr. morat. conclus. 22. num. 12. & 35.* & jura sanguinis immutabilia sunt, ait Justin. *§. 3. Instit. de adopt.* 5. accedit, ut siquidem quis actum patraverit, qui vulgò licitus existimabatur, cùm tamen contrarium sit in veritate, actum facientes pœnam non sustineant, Bart. *in l. 17. §. 12. ff. de ædil. edict.* Covar. *in tract. de matr. p. 2. c. 7. §. 3. n. 7.* Roland. à Valle *consil. 75. vol. 1. n. 45.*

Resp. 1. ex antecedentibus, non hic rei eventum, sed mandati contemptum

temptum conſiderari, quæ contumacia pœnam ſuam determinatam habet, *d.l.3 §.15.ff.de re milit.* hinc Cicero *in Paradox.* non peccata rerum eventu, ſed vitiis hominum metienda eſſe. Quod verò dicebatur, dolo carere eum, qui pugnandi occaſionem egregiam nactus, eam negligere noluerit. Reſp. 1. per Inficiationem: Quòd imò in dolo verſetur, qui operam dat illicito, atq; ſub pœnâ capitali prohibito facto, *d.l.3* quæ lex transgreſſorem punit, etiamſi res feliciter ceſſerit.

2. Reſp. nihil inferri: Quanquam enim tempore belli multa extra ordinem concedantur, non tamen inde ſequitur: Ergò juſſus ſuperioris negligendus contra *d.l.3.*

Ad 3. Reſp. Quod regula illa: *Rebus † ſic ſtantibus*, cùm non promi- 10
ſcuè & inſubidè ſit accipienda, ne ſub ejus velamine cuncta hominum judicia everterentur, ut ex Bart. & Cacher. declarat Theodor. Reinkingk *in tract. de retract. conſang. quæſt.* 2. *num.* 143. tum præſertim in mandatis non habeat locum, quorum fines diligenter cuſtodiendi ſunt, *§.9. Inſt. de mandat.* & quanquam Hoſtienſ. *in cap. cauſam, de procurat.* Eberhard. *in Top. pag.* 404. *d.§.9.* quodammodò limitent, dicantq; actum confinem proximumq; mandato, haberi pro ipſo mandato: tradunt tamen prædicti Dd. §. illum nunquam limitari, quoad mandatum militare, propter *d.l.3.*

Ad 4. Reſp. Non attendi perſonam delinquentis, mandata transgredientis, idq; ob generalitatem textus *d.l.3.* & ſubſecutam obſervantiam, quæ ex allegatis exemplis patet, atq; optimâ Dd. & Legum eſt Interpres, *l.* 23. *& l.* 37. *ff. de legib.*

Ad 5. Reſp. ex *d.l.3.* inficiando ipſum antecedens, neque enim vulgò licitum putari debet, quod expreſsâ lege interdictum apparet, *d.l.3.§.5.ff. de re milit.* Utrum verò hæc legum transgreſſio, adminiculantibus indiciis, puta violatorem mandati militaris laborare ſuſpicione proditionis, ſubindeque ſuſpenſam eſſe hujus delicti, quo majora exprimantur Capitaneo delicta, pœnam (de filiis Ducum hìc nulla quæſtio) pariat quæſtionem delicti alterius?

Reſp. Non hoc ἁπλῶς ſtatuendum, deficientibus ſat rerum argumentis. Sive enim ante, ſive poſt pugnam, operam cum dediſſe proponatur proditioni, utiq; vel ex antecedenti, vel conſequenti ad antecedens rectè arguitur, Capitaneum temerè vel doloſè pugnaſſe, ſive exitum fato præter intentionem, ſive inſidiis ſtructis, quia hoſtes non ſeriò, ſed ſimulatè ceſsêre, idque ſingulari induſtriâ, ſpe conſequendi ſubſequentis commodi, aſſcribamus. Quod *inquam*, variis rerum circumſtantiis depromi & excuti debet, *argum. l.1.§.4.ff. de qq.* ubi Ulpian. ſcitè ait: argumentis cauſam indiciorum eſſe examinandam. Interea dubium non eſt, † concurrentibus indiciis legitimis, 11
transgreſſionem mandati militaris parere delicti iſtius indicium. Cùm, ut ſuprà in cap. præced. aliquot evicimus, maleficii excepti probationem inferre

indicium generale delictis, aliisq; non exceptis. Quandoquidem in materiâ indiciorum recepta illa maxima sibi locum vendicat: *Et quæ non prosunt singula, multa juvant.* Menoch. *lib. 2. præsumpt. 41. nu. 8. & seqq.* Cunrad. Hartz *in tract. inquis. in caus. crim. jurid. instit. concl. 5. n. 21. vers. atq; ita locum,* ibique Anonym. *in not. & ibid. ad conclus. 2. num. 21.* Hinc Hieronym. ad Pammach. referente Petro Lotichio *de vind. German. in ext. pag. 62.* qui arguitur in plu-
12 ribus, † arguitur quoque in particulari, & qui in diluitione delictorum aliqua prætermittit, ea confiteri videtur. Quanquam Andr. Gail. in hypothesi quæstionem hanc limitet, existimans, Capitaneum ex novâ causâ supervenientе posse transgredi mandata Ducis, dummodò, si causa aliqua nova emergat, quæ Ducem tempore mandati latebat, *per l. si hominem, ff. mandat.* quem textum diligenter notandũ esse ait à Legatis & Oratoribus, nempe ad mandata domini pro re natâ transilienda, quod tum maximè permissum esse statuit, quoties mandatis inserta est hæc generalis clausula: Reliqua tuæ prudentiæ committimus, &c. Qua limitatione admissâ (prout credibile non est, Capitaneum hodie extra mandatum feliciter pugnantem, & hostem profligantem plexum iri, *juxta d. l. 3.*) dubium non est, quin prædicta indicia quoque jure tollantur:

Cum quoq; fixa ruant, subductis tecta columnis.

Quemadmodum nec indicia parere existimârim contumaciam sive con-
13 temtum, † ut vocant positivum, de quo Petr. Frider. Mindan. *lib. 2. de mandat. cap. 17.* ut si jussus facere, neget se velle parere, asserens, se non teneri, vel nihili se ea mandata facere, &c. Considеranda verò est hoc in passu conditio & mandantis & mandatarii, scilicet, an mandanti jus competierit jubendi, illi obsequendi necessitas, ratione mandatoris indicium fallit, tum extra territorium jus docenti, impunè non pareatur, vel si supra jurisdictionem suam velit jus dicere, ut ait Paul. *in l. fin. ff. de jurisdict.* mandatarii intuitu, cùm ipse non obediens magistratui in nullo peccet, nisi sit judex ordinarius, & competens, cui qui resistit, ordinationi divinæ se opponit. At durum, contra stimulum calcitrare. Valet verò tùm maximè hic contemtus, siquidem is positivus sit, atque per vices reiteratus, Menoch. *de arb. jud. qq. cas. 416. n. 29.*
14 Quò pertinet Neratii † exemplum ab A. Gellio 20. *noct. attic. 1.* citatum. Cum enim 12. tabularum ll. inter cætera sancitum esset, dispositumque hisce verbis: Si injuria alteri faxit, 25. æri pœnæ sunto. Neratius homo improbus pro delectamento habens, os hominis liberi manus suæ palma pulsare. Eum servus sequebatur, crumenam plenam assium portitans, quem cùm herus depalmaverat, numerari juxta duodecim tabulas 25. asses jubebat. Quam legem abolitam inde, & relicta, atque à S. R. injuriis æstimandis recuperatores datos, refert Tiraquell. *de pœn. causs. 31. num. 28.* Præterea quæ legum atque disciplinæ publicæ ludibrium parit indicia, ea quoque morum famæq; ho-
nestioris

nestioris contemtus efficit & producit, causâ penè in idem recidente, cùm justitia sit constans & perpetua voluntas suum cuiq; tribuendi, *princ. instit. de J. & J.* ubi non inconcinnè Dd. passim constantem illam voluntatem habitum, quo homo moribus justis præditus ea facit, quæ ll. & disciplinæ legali sunt ex omni asse consentanea, *Dd. in princ. inst. de J. & J.* Quod ut exemplis declaremus, præsupponemus hominem famæ & integritatis prodigum, similem esse mulierculæ, quam describit Juvenalis ibi:

——— —— Famam contemserat olim,
Cujus apud molles minima est jactura, &c.

Vel similem Neroni, † de quo scribitur, quòd eos, qui convicia in se gravio- 15
ra congesserant, pœnâ affici prohibuerit, atque id solo obstinatoq; infamiæ contemtu, Tiraquell. *in præf. tr. de pœn. n.* 17.

De Alcibiade † quoq; famæ contemtore, viro aliàs ingenioso & versu- 16
to, memoriâ proditum est, quòd canem pretio 70. Coronatorum emerit, eique caudam præcidi curaverit, ut deformitas & mutilatio naturæ contraria, & eo tempore insolita in omnium oculos & sermones incurreret, scilicet, ut talem loquendi occasionem civibus daret, quo interea in facta sua alia minùs inquirerent, Waremund. ab Erenberg. *in tr. de fœder. par.* 1. *num.* 238. non secus ac vir quidam nominis magni, sub venatione factum aliquod turpe committens, ne sermo solus hac de re spargeretur, nates (salvâ veniâ) linguâ delambendi canis cujusdam venatici, morionem suum coëgit. Sed hæc indicia, ut diximus, adminiculantibus indiciis demum stringunt, utpote personæ levitate, famâ de delicto, in quod inquiritur: de magnatibus, † nulla hîc quæ- 17
stio, contra quos haud scribere tutum, cum possint proscribere, quibus quoque id ossibus inhærens applaudit, se à nemine judicari debere, cùm soluti sint ll. stetque iis voluntas pro ratione. Quæ & alia alio in loco opportuniori prolixius tradendi occasio nascetur, &c.

CAPUT LXXXVII.

DE INDICIIS, QUÆ EX CAPITIS DIMINUTIONE proficiscuntur.

SUMMARIA.

1. *Capitis diminutio quid?*
2. *Tribonianus ICtus perperam compellavit nonnullos institutionum titulos & paragraphos.*
3. *In gyrum sæpe ducuntur juris interpretes propter obscuros quosdam juris locos.*
4. *Explicatur hoc aliquot exemplis.*
5. *Quomodo ex hoc loco formetur indiciũ?*
6. *An capitis diminutio possit per restitutionem in integrum aboleri?*
7. *Non videtur re exclusus, quem prætor se restituturum pollicetur.*
8. *Quilibet pacto conditionem suam facere potest deteriorem.*
9. *An restitui debet actio de peculio vindicando capite diminutus?*

10. Ma-

10. *Magna vis est regularum juris, quas pro se quis allegat.*
11. *Quâ de causa inventa sit capitis diminutio.*
12. *Qua pœnâ afficiantur receptatores capite diminutorum?*
13. *Propter delicta merè capitalia civibus Romanis capitis diminutio decreta fuit.*
14. *Dissimulatio non potest diu latere.*
15. *Comparatio relegationis & deportationis antiqua, quæ?*
16. *Relegatio indicium parit novi delicti, de quo quæritur.*
17. *Regula: surrogatum sapit naturam surrogati, quoq; in materia indiciorum stringit.*
18. *Peregrini & deportati an differant?*
19. *Correlativorum synonimorum regula, est ipsa parium regula.*

1 Capitis diminutio † dicente JCto *in l. 1. ff. de cap. minut.* est prioris status mutatio, *princ. 1. de cap. dim.* quam Justin. triplicem esse dictitat, atque huic definitioni, si definitio dicenda est, distributionem ejusmodi subjicit, quæ tamen non nisi mediæ & minimæ capitis diminutioni propriè conveniре potest, cùm maxima diminutio sit potiùs capitis, quàm status mutatio & perditio, ubi vel homo liber atrocitate sententiæ fit pœnæ servus, quod in damnatis ad mortem hodie accidere vulgò dicitur, *Dd. in* §. 2. *& 3. instit. eod.* nec refert, quanquam Imperator quoque *in princ. h. t.* in genere capitis diminutionem dicat esse status mutationem, Resp. id καταχρηστικῶς potiùs, quàm propriè dici, propterea, quòd status amissio & interitus, qui in servis accidit, mutatio seu permutatio status nulla ratione esse possit, adeò ut idem Justin. *in d. tit.* adserat, nedum caput servo attribuendum esse, *§. 5. d. tit.* Sed hic
2 aliúsve Tribonianismus † quoque in præsenti hujus juris materiæ compilatione occurrit, uti videre palàm est in hoc ipso titulo, de quo non incongruè dici potest illud Horatianum:

Humano capiti cervicem pictor equinam,
Jungere si vellet, risum teneatis amici?

Ecquid enim connexionis *in §. fin.* cùm toto hoc titulo *de cap. dimin.* qui potius §. 3. tituli præcedentis, *just. de legib. agnator.* tutela erat adscribendus, isq; inde supplendus, prout reverà eò pertinet, & spectat. Eadem negligentia commissa *in tit. de donat.* cui ad calcem prorsus inconvenienter subnectitur, *§. fin. ibi: erat olim, &c.* Sic § *uno casu. instit. de act.* quisnam ille casus sit, infausto
3 silentio præteritum est, ubi quasi in gyrum † ducuntur interpretes, tot ibidem incerti & nondum reperti finguntur casus: neque procul injuria hoc: Quandoquidem teste Johan. Baptista de Caccialup. *in tr. de mod. stud. in jur. p. mihi* 190. jus civile prata habeat adeò spatiosa, & lata, scilicet, in quibus bos herbam, ciconia lacertam, canis leporem posset quærere, quæsitum repe-
4 rire. Atque hinc *Dd. in §.* uno casu. Tribonianum † factitasse ajunt, non secus, ac qui cervam silvæ inesse contendunt, neq; fagum, ubi requiescat, demonstrant. Sic Justinianus *in l. fin. C. de prætor. pignor.* ad jus aliquod sese refert, quod nullibi extat, attestante Menoch. *in tr. de recup. poss. remed.* 12. *nu.* 13.

pag.

pag.mihi 186. Sed ad rem ipſam: Quæſtioni indicium † præbere capitis di- 5
minutionem ſtatuimus, non tam iccircò: Quòd [1] diminuti hoſtes Reipu-
blicæ capitales facti ſint, *l.5.§.2.ff.de cap.minut.* deſperabundi, variorumque
ſcelerum cùm futurorum, tum præteritorum lue infecti, *argum.d.l.5.* [2] infa-
mes turpesque homines, *l. 2.ff.de his, qui not.infam.* quibus & jus civitatis (ſi
de media loquamur diminutione) & actiones adimuntur, *l.1.ff. de bon.damn.*
neq; intereſt, ſive ob delictum perpetratum ſervi pœnæ fiant, ſive in ſervitu-
tem voluntariam, nullo præcedente delicto, ſeſe ipſos detruſerint, Donell.
lib.2.comm.5. Ratio connexionis eſt, quòd vix parſurus videatur aliis, qui ſi-
bi ipſi non pepercerit, cùm ordinata caritas incipiat à ſe ipſa, *t.t.Cod.de his, qui
ſibi ipſ.mort.conſciver.* quibus hodie aſſimilantur, adeoq; juris ejuſdem cen-
ſentur hi, qui libertatem ludo, eoque ad remigia & ſervitutem perpetuam
proſtituunt, quemadmodum de Germanis pravâ opinione ſcribit Bod. 1. *de
Repabl.* 5. quòd profusâ & inordinatâ ludendi cupidine tandem ipſam liber-
tatem aleis expoſuerint, quod in tantum ſtringit, ut libertatis prodigi nedum
actiones, quæ diminutionem † capitis extirpant, per in integrum reſtitutio- 6
nem recuperare valeant, quæ enim amiſſio bonorum eſſet, quæ per reſtitu-
tionem redintegraretur, quæ pœna, quam hoc pacto reſtitutio infringeret?
Quapropter rectè dictum eſt, neminem re excluſum † videri, quem Prætor 7
in integrum ſe reſtituturum pollicetur, *l.nemo, ff. de reſtitut.in integr.* Quid?
quòd minimam capitis diminutionem paſſus, de rebus amiſſis quoque non
poſſit beneficium reſtitutionis poſtulare: Ratio eſt, quòd ſponte rebus, pro-
prioq; juri ſemel ſeſe abdicantes, adeoq; remittentes actiones ſuas, iis ad
eaſdem rarò vel nunquam jure detur regreſſus. Etenim placuit, licere unicui-
que voluntate ſua conditionem † ſuam deteriorem facere, *l. quæritur, §. pe-* 8
nult.ff.de edit.edict.l pactum, ff.de pact. cùm nihil tam conſentaneum ſit ratio-
ni naturali, quàm domini rem ſuam in alium transferentis voluntatem ratam
haberi *d.l. quæritur.* Proinde Prætor in edicto quoq; reſtitutionem minutis
non pollicetur, *l.1.§.1. ff.de cap.minut.* cujus edicti uſus, an hodie adhuc obti-
neat, diſputat Treutler. *p.1.ad parat.diſp.11.th.16.* ubi adſtruit, quod capitis di-
minutionem minimam paſſo reſtituenda † ſit actio, quam de peculio ca- 9
ſtrenſi ſibi comparaverat? quia autem autor ille ſententiam hanc abſq; ulla
ratione textuq; juris proponit, eam meritò explodimus, regulæ prædictæ po-
tius inhærentes: Cùm regula ſit eò uſque ſtandum, donec de exceptione do-
ceatur, Donell.14.*comm.* 11. imò tanta eſt vis † regulæ, ut qui eam prætendat, 10
habere fundatam intentionem cenſeatur, donec exceptio, vel everſio regu-
læ doceatur, Dec. *in l.1.num.6.de reg.jur.* Cephal. *conſil.346.num.*1. Roland. à
Valle *conſil.15.num.1.vol.1.* Decian. *conſil.80.num.16.vol.3.* ubi dicit: Quòd re-
gulam pro ſe habens, dicatur habere rei proprietatem, idem *conſil.53.num.8.
volum.1.*

Porrò quod per mediam capitis diminutionem, aquæ & ignis interdictionem nasci, tradit Justin. *d. loc.* hanc habet sententiam, non quod rei ad inediam usque adigerentur, ne extra urbem fas esset aqua & igni uti, juxta illud Ovidianum:

Quid prohibetis aquas, usus communis aquarum:

sed quia sic jure prisco constitutum erat, ne civis Romanus invitus urbe ex-
11 pelleretur, multò minus ultimo supplicio afficeretur, inventa est † hęc mulcta & privatio ignis & aquę intra urbem, scilicet ut destituti hisce subsidiis damnati in alias terras migrare, seq; in aliam terram, seu civitatem conferre cogerentur, in quam recepti Romanam amittebant, quod duarum civitatum eos cives esse æquè, ac Romanorum instituta legesq; non paterentur. Interdictioni cumprimis hoc familiare erat, ut nemo civium posset interdictos te-
12 cto mensáve recipere, Paul. 28. *sent.* ubi attestatur, receptatores † in pœnam legis Juliæ de vi incidisse, qui pœnæ ritus usq; ad Imperatorum tempora permansit, donec in ejus locum ipsa deportatio introduceretur, proinde deportati sic fuère paulatim habiti, quasi aqua & igni interdicti essent, *l. 2. §. 1. ff. de pœn. l. 3 ff. ad L. Jul. pec. l. pœn. in fin. ff. de var. & extraord. cognit.* proinde aqua & igni interdictos nostri deportatos interpretantur, ait Barnabas Brisson. 2 *Antiq. Roman.* 5. *l. 1. §. hi quibus. ff. de leg. l. 2. ff. de publ. jud.* Et quia, ut diximus, pro-
13 pter delicta † capitalia hæc capitis diminutio reis irrogabatur, sanè dubium non est, quin inde homines infames, &, ut suprà diximus, desperabundi ad delicta similia perpetranda evaserint multò atrociores, atq; hinc indicii præsentis causa & ratio. Idq; eò potissimùm, quoniam aliàs vulgò soleat efferri, nec res scrupulum foveat, nempe, rem de facili ad naturam suam reverti, *l. si unus, §. pactus, ff. de pact. c. ab exordio, distinct.* 35. Wilhelm. Antonii *de rescript. morat. conclus.* 67. *num.* 7. Socin. senior. *consil.* 35. allegans illud Severini:

Repetunt proprios quæq; recursus,
Redituq; suo singula gaudent.

14 *cap. origo, 32. quæst. ibi:* nulla dissimulatio † multo tempore latebit, hinc Seneca *ad Neronem de Clement.* Nemo potest diu fictam perferre personam, ficta citiùs in naturam suam recidunt. Et *in cap. consuluit.* 17. *quæst.* 4. dicitur: Quod Judæis nuper conversis non sit facilè credendum, non admittendis ad officia publica, &c. Eberhard *in Top. in loc. à contr. num.* 3. allegans *c. constituit, cum glossa* 77. *q.* 4.

Quia verò Romanorum pœnæ illæ modò obsoletæ sint, manente re-
15 legatione, † quæ modo aliquo priscam illam redolet deportationem, & largo dicendi modo pœnam capitalem infert, *l. licet, ff. de V. S.* Anton. Rubæ. *de potest. proc. pag. mihi* 32. *num.* 29. consequentia juris dictitat, ut quibus indi-
16 ciis † olim gravabatur deportatus, modò iisdem prematur relegatus, cùm surrogatorum eadem sit potestas, juris dispositio, & judicium juxta commune Bro-

ne Brocardicum, quo placuit, Subrogatum † ſapere naturam ejus, in cujus lo- 17
cum ſurrogatur, *l.1.§.hæc actio, ubi Bart.ff.qui teſt.liber eſſ juſſ.fuer.& l.ſi eum, §.qui injuriarum, ubi idem Bart.ff.de cautionib.l.unica, §.1.C.de rei uxor.act.* quam regulâ in materia criminali, niſi quicquam aliud lege expreſſum reperiatur, quoque ſtringere docet Eberhard. *in Top.in loc.à vi ſurrog.num.12.* Illud autem cumprimis hìc attendendum, an relegatus ejuſdem delicti reus dicatur, ob quod antea condemnatus, & civitate pulſus erat. Quod ſi apparet indicium, ſtringit fortiſſimè, quò trita pertinet regula: Qui ſemel malus, ſemper præſumitur malus in eodem delicti genere. Denique ut deportatorum idem, † quod peregrinorum jus erat, Ulpian. *in Inſt. tit.* 22. ubi ſcribit, pere- 18
grinos effici, quibus aqua & ignis interdicebatur, ita quoque relegati hodie pro peregrinis habeantur, neceſſe eſt, cùm parium idem ſit indicium, Eberh. *in Top.in loc.à pari,* & regula correlativorum † Synonymorum ſit ipſa parium 19
regula, *argum.l.13.§.25.ubi Bald.ff.de act.empt.* idem *in l.9.C.ſi cert.petat.* De maxima capitis diminutione, quæ ipſam ſervitutem infert, modò diſpiciemus, *cap.ſeq.89.*

CAPUT LXXXVIII.

DE INDICIIS, QVÆ EX SERVITVTE deſcendunt.

SUMMARIA.

1. *Servi quot modis fiant?*
2. *Indicium à ſervitute ſumptum fortiter ſtringit.*
3. *Servi olim uti boves, aratra & currus trahere tenebantur.*
4. *Quot domi ſervi, tot hoſtes.*
5. *Atrox ſervi factum deſcribitur.*
6. *Nunquam plures fuêre latrones vel pyratæ, quam auctâ ſervorum multitudine.*
7. *Ad pileum vocati ſervi, quinam dicti fuerint?*
8. *Servus non homo liber teſtimonii ferendi cauſa torqueatur.*
9. *Servi teſtimonium extra ordinem recipitur.*
10. *Servi, parte non opponente, etiam repellendi ſunt à teſtimoniis.*
11. *Sine indiciis nedum ſervus torqueatur.*
12. *Indicia ſcientiæ antecedere debent, quàm teſtes teſtimonii cauſa torqueantur.*
13. *Quando demum etiam indiciis ſtringentibus torquendi ſint teſtes?*
14. *Quomodo per decimationem hac in re procedendum?*
15. *Argumentum à quæſtione ad pœnam in jure validum eſt.*
16. *Quid judex præſtare debeat, priuſquam teſtis torqueatur?*
17. *Quali & quanta torturæ teſtis ſubjiciendus?*

SErvi † fiunt vel captivitate, *l. 4.ff.de J. & J.* vel capitis diminutione maxima, *§ 2.inſt.de capit.minut.l.fin.ff.eod.* vel ut Juſtin. ait *in §.3.inſt.de jur.perſonarum.* ſervi aut naſcuntur, aut fiunt. Naſcuntur ex ancillis noſtris, aut fiunt jure gentium captivitate, vel venundatione. Ut cum homo liber major 20. 1

annis, se ad precium participandum venundari passus est, &c. hoc in loco parùm vel nihil refert, quâ occasione servitus, qua de quæritur, nata vel suborta fuerit, modò teneamus, idque partim ex capite antecedenti 87. perdidisse
2 hominem caput, quem indiciatum esse volumus. Atque hoc indicium † à servitute sumtum tantò fortius firmiusque stringit, quantò pejor deteriorq; conditio servorum est respectu ingenuorum. Et quanquam compedibus, vin-
3 culis, catenis tenerentur servi, † quibus catenatim junctis non secus, ac bobus, agri vertebantur, ut refert Columell. *lib. 3. de re rust.* nec non, quò tutiùs domini dormirent, servi per scalas mobiles noctu in antra dimitterentur, ne vel cæde dominos, vel incendio domos perderent, dubium tamen non est, quin atrociora à servis semper fuerint commissa ubivis terrarũ flagitia. Hinc
4 illud: Quot domi servos, † tot hostes. Refert Jovian. Pontan. à Bodino citatus 1. *de Republ. 5.* facinus suo seculo à servo commissum admodum tragi-
5 cum. Servus, † *inquit*, cùm acerbius tractaretur, domino absente ostia concludit: uxorem Domini contumeliosè affectam vinculis constringit, ac tres ejus filios comprehendit: ubi dominum videt redeuntem, unum ex altissimo solario præcipitem dat, deinde secundum: pater tantâ rei atrocitate obstupefactus, precibus & lacrymis supplex servum exorare, ac modis omnibus placare conatur, ut tertium morti eripiat: servus paciscitur salutem filii eâ lege, ut dominus sibi ipsi nares præcidat: naribus ex pacto amputatis, servus cùm tantâ clade & contumelia dominum ultus esset, tertium quoque dejecit, ac postremò ultionem de se ipso, quam dominus cogitabat, præcipiti casu cepit.

6 Cæterùm annales referunt, pyratas † ac latrones nullis ætatibus plures fuisse, quàm auctâ servorum multitudine. Qui enim servitutem pati non potest, erumpere tandem, ac ne deprehendatur vias obsidere, & latrocinari cogetur, argumento sit, quòd Spartacus gladiator sexaginta millia servorum ex ipsis Italiæ visceribus ad pileum evocaverit, cum eodem tempore plùs, quàm octoginta millia pyratarum mari mediterraneo cum nongentis navibus prædarentur, & quingentas urbes maritimas tanta vi cepissent, ut Romanum Imperium terra marique grassatoribus obvallatum teneretur. Bodin. *lib. 1. de Republ cap. 5. in fine.* Plutarch. *in sertorio, pag. mihi* 273. scribit, servos Marii dominos miserè mactasse, vimque dominabus intulisse. Sertorium verò indigna hæc facinora ægrè ferentem, eorum ad quatuor millia occidisse. *Hæc Plutarch.*

7 Ad Pileum † vocati servi dicebantur jam manumittendi, quoniam pileus libertatis signum erat: servis enim pileos gestare haud conveniebat, quo argumento Brutus, occiso Cæsare, numisma percuti faciebat sub figura pilei, quasi populum Romanum jam de dominio & potestate Julii Cæsaris tyrannica liberasset. *Idem Plutarchus in vitâ Cæsaris.*

Præterea

Præterea indicium hoc inde quoque fundatur: Quòd servi facinoris in
familia, domo, vel vicinia suborti, conscii illius, reiq; præsumantur, solùm
inde, quia servi sunt, prout supra Judæum, quoad Judæum, indicium facere
diximus, suprà c. de indiciis contra Judæos. Hinc jure accidit: Quòd quanquam
homo liber, † in caput alterius, solius testimonii ferendi causa non torquea- 8
tur, l. 15. ff. Dd. qq. Bart. in l. 1. §. 3 ff. eod.

Servus tamen hoc ipso, quod servus est, sine omni distinctione quæ-
stioni subjiciatur, l. 1. §. 7. 8 11. 12. 13. 14. 15. ff. de qq. modò teneamus hoc: ne in
causa civili torqueatur indifferenter, Marsil. & Dd. in l. 15. ff. eod. Farinac. de in-
dic & tort. q. 42. num. 49. cumprimis quòd servi testimonium † jure stricto 9
sustineatur, scilicet qui regulariter à testimonio dicendo repellitur, l. quo-
niam, C. de test. l. pridem, C. de qq. §. sed neq; instit. de testam. 20. §. 7. ff. qui test. fac.
poss. ibi: cum juris civilis communionem non habeat in totum, &c. adde c. fo-
rus in fine, de V. S. Quapropter Dd. non immeritò statuêre, servum à judice,
parte † etiam non opponente ad testimonia ferenda haud admittendum es- 10
se. Angel. in Novell. de testib. Quod utcunque sese habeat, non desunt tamen,
qui expressè scribunt, etiam in causa civili torquendos esse servos, Bart. Mar-
sil. in d. l. 15. & quod plus est, liberos quoq; homines, Paul. de Cast. in l. judi-
ces, n. 4. Cod. de fid. instr. Brun. de ind. & tort. p. 2. quæst. 4. num. 11. Tessaur. decis.
Pedem. 42. Cæpoll. consil 60. num. 8. & 11. Cyn. in l. fin. vers si quæratur, ff. de qq.
Boss. de tort. test. num 14. ubi Dd. scribunt, testes viles & ignotos torqueri pos-
se in casibus civilibus, quam quæstionem quia latè enodavit Farinac. in tr. de
test. lib. 3. tit. 8. quæst. 8. pag. mihi 590. eam hìc non prosequar, lectorem ad Dd.
citatos remittens. Non dissimulandum autem, quoniam sine indiciis † ne- 11
dum servus torqueatur, l. 1. §. 2. ff. de qq. adhæc ut testis quæstioni subjugetur,
requirenda ante omnia indicia esse, d. l. 15. ff. de qq. ibi: maximè cum illis intrin-
secis argumentis accusatio impleatur, &c. l. 18. §. 2. ff. de qq. Brunus de ind. &
tort. q. 4. Boss. de tort. test. num. 1. adeò, ut torti sine indiciis præcedentibus ni-
hil probent, non secus ac ipsi rei, deficiente quæstionis causa nonnihil confi-
tentes sibi haud præjudicare jure existimantur, Bart. in l. 1. §. idem, ff, de qq. In-
nocent. in c. cum P. Manconellæ. post num. 3. de accusat. quia ait Ulpian. in d. l. 1.
in princ. de qq. à tormentis non est incipiendum. Hinc Boss. d. l. reprehendit
judices Ecclesiasticos, in terris Ecclesiæ à quæstione statim initium sumentes
contra reos sine indiciis præcedentibus. Porrò uti reorum quæstionem an-
tecedant necesse est delictorum † indicia: sic testium scientiæ indicia appa- 12
rere, imò doceri non aliter debent, ac ea, quæ delictorum indicia propria es-
se dicuntur, Bart. in d. l. 1. §. 21. ff. de qq. Et quanquam Bald. in l. milites, §. fin. vers.
sed ut torqueatur testis, &c. existimet, haud oportere contra testem indicia præ-
cedere, sufficere autem solam vacillationem vel præsumtionem scientiæ,
Brun. d. quæst. 4. num. 22. Ruin. consil. 7. lib. 5. non tamen id ἁπλῶς asserendum,

non tam propter immanitatem quæstionis damnum irreparabile præ se ferentis, quàm judicum iniquorum innatam inhumanitatem, quibus inde nimia tribueretur grassandi in vitam corpusque hominis liberi licentia & arbitrium. Atqui malitiis hominum indulgendum non est, *l. in fundo, ff. de R. V.* Ergò.

13 Meminisse autem decet hoc in loco, ne aliter torqueantur † testes, etiam legitimis indiciis stringentibus, quam si veritas aliter haberi nequeat, Bertaz. *consil* 153. *lib.* 1. *num.* 18. Porrò si plures torquendi sunt, non omnes eidem, sed duo vel tres saltem, quibus facilius veritatem exprimi posse videbitur, quæstioni subjiciuntor, Brun. *de indic. p.* 2. *q.* 4. *vers. illud tamen.* Foller. *in pr. in verbo, capiat quæstionem, num.* 38. Boss. *de tort. test. n.* 10. Sin verò pauciores illi veritatem dicere nolint, multitudinem torquendam esse putat Clar. *in prac.* §. *fin. quæst.* 25. quæ quoque sententia nobis suspecta est, existimantibus,
14 per decimationes † testes requirendos, torquendos esse, per ea, quæ scribit
15 Frontin. *lib.* 4. *Stratag. cap.* 1. Dionys. Halycarnass. *lib.* 9. cùm argumentum † à quæstione ad pœnam deductum in jure validum sit, quæ se invicem, ut consequens & antecedens respiciunt, Eberh. *in top. in loc. ab anteced. ad cõsequens* nec non in quæstione æquè ac in pœna infligenda ea sententia sequenda, quæ
16 benignior æquiorq; apparet, *Dd. in l.* 25. *ff. de ll.* Deinde uti reus † specialiter interrogandus non est, ita nec testis, *l.* 1. §. 21. *ff. de qq.* modò nondum de ipso constiterit autore delicti, Bart. *d. l.* 1. §. 21. Brun. *de indic. p.* 2. *q.* 5. *num.* 56. Inquisitione speciali verò jam cœpta, secus sese res habet, Brun. *d. loc.* Tandem
17 ubi testis quæstioni exponendus, cavere judex † debet, ne is instar rei torqueatur, sed, ut quæstio modica, non aspera & atrox decernatur, Bart. *in l.* 1. *in fine, ff. h. tit.* Innocent. *in cap. cùm in contemplatione, vers. pro crimine, de reg. jur.* levem torturam appellat, Riminald. *consil.* 360. *lib.* 4. *num.* 74. quoties testis per spacium unius Ave Mariæ (uti ille loquitur) elevatur sursum, & postea deponitur, quem modum sufficere subdit, quandocunque testis dictum temerè revocans, illud repetere tenetur, atq; ut ajunt, convalidare testimonium. Ut verò quæstio non nisi novis indiciis supervenientibus repeti potest, ita nec tortura testis, Clar. *in pr.* §. *fin. qu.* 25. *vers. torq.* posito casu, reum revocasse dictum, idq; in gratiam rei, quò impunis hic evaderet, Clar. *d. loc.* Bursat. *consil.* 216. *num.* 115. tametsi alii tradant, revocationem illam non relevare, nec prodesse reo, cùm præsumatur in favorem rei facta, perindeq; habeatur testis depositio, ac si jurata esset. Testi autem jurato plena fides tribuitur, per notissima: nisi nonnihil intercederetur, quod quæstioni fidem derogaret, *argum. d. l.* 1. §. 23. *d. c. qq.* Ut vulgò inde placuerit, ratificationem necessariam esse, eamque, indiciis novis emergentibus, ut modò diximus, quæstione repetendam, Farinac. *in tract. de test. lib.* 3. *quæst.* 79. *oppos.* 33. *n.* 83. Alii statuunt, respiciendam esse conditionem testis, utrum is modicam illam torturam flocci pendat,

dat, an ipsam corporis imbecillitate, vel impatientiâ doloris tanti fecerit, ut potius mentitus, quàm veritatem dixisse videatur. Vide Farinac. *d. loc. in fine.*

CAPUT LXXXIX.

DE INDICIIS, QVÆ EX DESERTIONE MILITIÆ, agriculturæ, alteriusq́; stationis honestæ depromuntur.

SUMMARIA.

1. *Desertor militiæ quisnam dicatur?*
2. *Animus degener & timidus gladio coërceatur.*
3. *Qualiter ex hoc loco formetur indicium.*
4. *Privati possunt impunè occidere desertores militiæ.*
5. *An idem indicium stringat contra colonos malitiosè agriculturam deserentes?*
6. *An adscriptitii sint servi?*
7. *Bartolus auriga juris universi, & oculus veræ jurisprudentiæ.*
8. *An monachi servi sint?*
9. *Quæ causæ faciunt, quod indicia hæc non operentur?*
10. *Quæ corporis imbecillitas excuset à desertione.*
11. *Filius militiam deserens, ut patris valetudini consuleret, an desertor sit?*
12. *Qui cognatorum gratia contra prohibitionem extra castra vagatur, veniam merebitur.*
13. *Notarius falsum committens, ut patris honori consuleret, excusandus est.*
14. *Cicero defendit duos Pompeji filios, qui contra Cæsarem arma pro patre sumpserant.*
15. *Tyrocinium excusat à desertione.*
16. *In quibus casibus adolescentia veniam delicti consequatur.*
17. *Quâ oratione veterani obtinuêre suas ab Augusto immunitates.*
18. *Quomodo hoc stringat indicium contra desertores stationis suæ, præter militiam?*
19. *Subjicitur generalis quædam superiorum limitatio.*

DEsertorem † militiæ definiunt Gratian. Valent. & Theodos. *in l. 1. C. de* 1
desertor. lib. 12. quemcunque militem belli tempore à signis abeuntem,
sive is rudimenta militiæ timescens degeneres latebras quæsierit, sive ignaviâ
flagitiosâ torpescens hinc inde delituerit, uti verba Imperatorum sunt *in d.*
l. 1, sive collectæ multitudini prædonum per regna discurrentium vel rebellantium,
defectorum sese associaverit, de quibus Constit. Ferdin. Imperat. *in*
recess. August. de Anno 55. §. So haben wir/ rc. *cum* §. *seqq.* & §. Wer sich aber/
Ordin. Cam. part. 2. *tit.* 15. & *in recess. de Anno* 59. §. Damit dann hinfüro/ & *recess. de Anno* 55. §. Und damit angeregte/ rc. Hi defectores 1. quia in constitu-
tionem Divorum Imperatorum Gratian. Valent. adeoq́; pœnam capitalem
incurrunt. *tot. tit. C. de defect.* juramenti religionem, quâ se signis emancipa-
verint, violantes, indeq́; perjurii rei facti, quinetiam exinde solùm, quòd ani-
mum degenerem † & timidum prodant latitatione. gladio feriendi sint, *d. l.* 1. 2
ipso jure in bannum Imperii cadant, vigore *d. recess. de anno* 59. §. Damit dann/
c. 1. *de homicid. in* 6. quibus teste Gail. 1. *de pace publ. c.* 4. *num.* 35. propriissimè
convenit illud:

Ius

Jus & jura negant homines & numina fallunt,
Nec Jovis imperium, nec Phlegetonta timent.

Sanè dubium non est, quin convicti illius criminis se reos variorum flagitiorum ultrò constituant, nec refert, quod sæpè accidit, quantumvis remissionem veniamq; pœnæ consequantur, Tiraquell. *de pœn. cauſ.* 47. *num.* 3. multitudine enim peccante pœnam ad paucos, exemplum ad multos pertransire convenit, *l. quoniam, C. de vi publ.* hinc illud:

Ob populum multum crimen pertransit inultum.

Quandoquidem mores semel corrupti inde non diluantur aut emendentur,
3 *argum.* §. 13. *Inst. de susp. tut.* Atq; hinc causa & radix hujus indicii, † unde tandem inquisitio vel quæstio, concurrentibus indiciis aliis, progerminat, atque enascitur, *d. l.* 1. *C. de desert.* Animadvertendum autem hîc erit, hæc aliaq; non respectu desertionis, sed delicti alterius alicujus, utpote desertorem militiæ postquam ad aliud vitę genus redierit, diffamari suspectumq; reddi cujusdam, qualecunq; autem id sit, flagitii, adminiculantibus indiciorum suffragiis, hoc ipso, quod reus desertorem aliquando egerit, indicium strui, quod ipsum aliis quoque delictis convenit, quibus reus denuò diffamatus antehac fuit contaminatus: Etiamsi non idem delicti, sed diversum ejusdem genus occurrat, cumprimis, si unum crimen familiaria vel peculiaria habere soleat annexa delicta. Connexorum idem est judicium, Alciat. *de præsumpt. regula* 2. *præs.* 7.

Aliàs desertorum conditio adeò odiosa pravaque est, ut etiam privatis
4 † permittatur eisdem manus inferre, proprio privatoq; ausu trucidare, quod tamen sic accipiendum, siquidem desertores militiæ itinera frequentata cœperint insidiis obsidere, agros nocturnâ vel diurnâ violentiâ devastare, diripere pagos, vicos, &c *l.* 1. *C. quando liceat unicuiq; & c. l.* 2. *eod. ibi.* Cuncti enim adversus latrones publicos, desertoresque militiæ jus sibi sciant pro quiete communi exercendæ publicæ ultionis indultum, &c. Ut scilicet mortem, quam minabantur, ipsimet excipiant, & quod intendebant, incurrant, *d. l.* 1. rebellibus in ipsis temeritatis suæ conatibus oppressis, *l.* 2. *C. de desert.* egregiè Andr. Gail. 1. *de pp. c.* 4. *n* 36. *& seqq.*

5 Cæterùm de agricolis † fundorum desertoribus par idemque jus esto; *l.* 1. 2. *&* 3. *C. de fugit. Colon.* Agricolæ nomen Hebræum Baghab maritum significat agri cui addictus est, unde ex eadem radice Baal idoli nomen, cui sese subjugat populus & veluti marito nubit, hinc idolatria, fornicatio, fornicatio καταχρηστικῶς agri desertio vel divortium dici potest agricola subagitans & sulcans terram & seminans, maritum repræsentat, vide Joan. de Pined. *in Job. cap.* 31. *vers.* 29. An verò agricolæ hodierno usu facti milites, remittendi sint ad agriculturam? *juxta d. l.* 3. *C. ead.* negamus per eundem textum de adscriptitiis loquentem, qui lato dicendi modo, quo rubrum cum nigro concilietur, quoq; coloni dicuntur, *l.* 19. *C. de agricol. & cens.* Forster. *disp. instit.* 2. *th.* 3
ubi

ubi in ll. Alemannorum *t. 9.* adſcriptitios colonos appellari teſtatur. Quæ
verò adſcriptitiorum † conditio, vita, victusque ratio, parum vel nihil ab i- 6
pſis ſervis diſtantium, olim fuerit, ſupervacaneum nec operæ pretium eſt,
hoc in loco explicare, qua de re *t.t.Cod.de agric.& cenſit.* Donell.2.*com.*9.*Con-
nan.*3.*com.*10. Forſter. *d. loc.* qui eos planè ſervos eſſe contendit *per l.* 21.*l.fin.
C.de agricol.& cenſit.* cui contradicere videtur. 1. Novell.*de Sacroſ.Eccleſ.in* §.
ſervus, qui diſponit adſcriptitios clericorum munere fungi poſſe. Quod ſi ita
eſt, certè ſervi dici nequeunt, quorum nulla eſt ſacri ordinis communicatio,
t.t.de elect. & poſt. prælat. 2. deinde contradicit *l.* 1. 20. 23. §. 1. *Cod. de agricol.
& cenſit.*

Reſp. ad 1. Quod in dicta novella ſervus adſcriptitio, ut genus ſpeciei
opponatur, nec inconveniens & incongruum videatur, adſcriptitium eo in
loco, cui adſcriptus eſt perpetuò, ſacris perfungi, quod officium non abſor-
bet nec conditionem hominis nec jura Dominorum in ſervos, atq; hoc fuit
procul dubio, quod movit Bartolum † juris univerſi aurigam, alterumque 7
oculum juriſprudentiæ, cur Monachos toties ſervos appellaverit, perſimi-
les iis in omnibus, præterquam quòd vendi non poſſint. Et ſanè quis mor-
talium illos emeret, tanquam pondus terræ inutile? Quòd verò mancipiis † 8
non æquè ſacra commiſſa ſint, uti adſcriptitiis, ratio eſt, quoniam illi non ita
certo loco, ut adſcriptitii, tenebantur, *l.* 16.*C.de Epiſc. & Cler. l.* 1. *C.de tyron.*
ubi tyro cenſibus obnoxius, id eſt, adſcriptitius non poteſt agere militiæ Ro-
manæ militem 2. allegata *l.* 2.20. *& ſeqq* potius de colonis, quàm adſcriptitiis
loquuntur: quos liberos homines eſſe nemo negat.

Cæterum ut voluntas † & propoſitum maleficia diſtinguit, *l.* 53. *ff.de* 9
furt. ita non omnis deſertio indicia relata, pœnamvè deſertionis accerſit &
producit. Excipitur autem *in l.*5. §.*fin. ff. de re militari.* 1. valetudo adverſa, 2.
affectio parentum, 3. tyrocinium. Per valetudinem adverſam intelligitur
morbus quacunq; corporis † imbecillitate contractus, & licet textus eman- 10
ſionis caſum ſolummodò citet, non tamen ambigendum eſt, quin deſertio
eandem ob cauſam ſubinde etiam ſubintelligatur, modò ab initio non vitio-
ſa, malitioſa fuerit diſceſſio, quam dehinc demùm morbus ſubſequatur, *arg.
d.l.*53.*ff.de furt.d.l.* 5 §.*fin.* quem textum ita extendit Petr. Royz. *in dec.lituan.
deciſ.*3.*num.*429. ut etiam inde defendatur filius, † qui quò patris valetudini 11
conſuleret, malitiâ diſceſſerit. Parentum affectio exinde conſiderata fuit à
legislatore, quoniā pietatis reſpectu aliàs extra ordinem plura ſint ll. conceſ-
ſa.*c.*2.*de Apoſt.gloſſ.in c.pervenit,quæſt.*3. Bald.*conſil.*34.*lib.*1.*in fine,l.*2.*de recept.*
Sic recipiens bannitum patrem vel conſanguineum, non in pœnam banni,
*d.l.*2. incidit: *gloſſ.* Cyn.& Dd. *in l.*1.*C.de his,qui latron.&c.* Damhoud. *in prax.
crim cap.*116.*n.*4. Maſcard. *de probat.concl.*1258.*n.*7. Menoch. *lib.* 2. *de arbitr.
jud.qq.cent.*4.*caſ.*348.*num.*7.*& ſeqq.* Bonifac. *de furt.* §. *contrectatio,num.*80.

12 Porrò qui cognatorum † gratiâ contra prohibitionem Ducis extra castra va-
13 gatur, veniam meretur, Royz. *d. loc. num.* 429. Sic notarius † falsum committens in gratiam patris, quò honorem ejus tueretur, non ordinariâ falsi
14 pœnâ tenetur, Paul. de Castr. *consil.* 371. *lib.* 1. *col. fin.* unde Cicero † Philipp 6. defendit duos Pompeii filios, qui paternâ pietate arma contra Cæsarem sumserant.

15 Deniq; tyrocinium † inde veniam meretur, quoniam ætas juvenilis plenum consilium non præ se ferat, *l.* 1. *ff. de minoribus*, ut proinde mitius cum tyrone meritò procedatur, non secus, ac si homo non mentis perfectæ delinquat, *l.* 37. §. 1. *ff. de minoribus, l.* 9. §. 2. *ubi Dd. ff. eod. l.* 1. §. *impubes, ff. de pœnis, l. ferè, ff. de R. J. l. si adulterium*, §. 1. *impubes, ff. ad l. Juliam de adult. c.* 1. 2. *de delict. pueror.* Cunrad. Harß *de inquisit. in caus. crim. jurid. instit. concl.* 1. *num.* 23. ibiq; Anonym. *in not.* idemque *ibid. ad concl.* 7. *num.* 21. ubi pro minoribus præjudicium quoddam *Facult. jurid. Marp.* in puncto grassaturæ adducitur: hinc Cæsaris dictum de Ptolomęo adhuc adolescente Pompeium fugitivum occidente, quod Lucan. refert *lib.* 9. *belli civilis*;

——— ——— *Sed parcimus annis*
Donamusq; nefas, &c.

Sic Demetrius, te (inquit) majorem fratrem pro minori deprecari opor-
16 tebat, te adolescentiæ, † te errori veniam impetrare, Liv. *decad.* 4. *lib.* 10. Lectorius adulterii reus in deprecatione pœnæ, ætatem senatui allegavit, Tranquill. *in August. c.* 5. hinc Cicero *in Orat. pro Cœlio.* Equidem multos & vidi (*ait*) & audivi in hac civitate, qui totam adolescentiam voluptatibus dedissent, emersisse aliquando, & se ad frugem bonam recepisse, gravesq; homines atque illustres fuisse. Datur enim consensu omnium huic aliquis ludus ætati, & ipsa natura profundit adolescentiæ cupiditates, quæ si ita erumpunt, ut nullius vitam labefactent, nullius domum evertant, faciles & tolerabiles haberi solent, &c. hæc Orator: Petrus Roiz. *in decis. Lituan. dec.* 3. *num.* 538. *pag. mihi* 291. Tiraquell. *de pœn. causa* 7. Quapropter & hoc jure evenit, ne tyronibus propter animi levitatem, judicii imbecillitatem committantur officia graviora. Tyrones, ait Honorius *in l.* 3. *Cod. de tyron.* in scholis loco semper posteriore ponuntur, neque enim patimur quenquam gradum celsiorem obtinere, nisi & laborum assiduitas, & stipendiorum prolixitas suffragatur,
17 *l.* 1. *C. de veteran.* ubi occasio immunitatum veteranis † datarum describitur, Ibi: Auguste Constantine Deus te nobis servet, vestra salus nostra salus, &c. Item: Constantine Augustine, quo nos veteranos factos, si nullam indulgentiam habemus? Constantinus Augustus respondit: Magis magisque conveteranis meis beatitudinem augere debeo, quàm minuere. Victorinus veteranus replicavit: Muneribus & oneribus, universis locis conveniri non sinamus. Cōstantinus Augustus dixit: Apertiùs indica, quæ sint maxima munera,

quæ

quæ vos contumaciter gravant. Universi veterani responderunt: Ipse perspicis: Quo Dialogo absoluto Cæsar veteranis privilegia, quæ habent, propriâ voce edixit & promulgavit, *quâ de re d.l.1.C.de veteran.*

Deniq; quæ indicia † oriantur inde, si homo jam criminis diffamatus, 18
temere mutavit vitæ stationisque, vocationis, opificii & artis, quam calluit, rationem, modum & usum, dixi supra *cap.* 46. quo lectorem remitto: nisi ut in tyrone accidit, quisquis vitæ genus mutat, id judicii & rationis imbecillitate factitet, quem potius fati calamitas excusabit, quàm ut odio, (commiseratione dignus magis) præsentibus indiciis gravetur, fas est. Animus quippè plurimorum immersus illigatusque est corporeis vinculis, ejusque crassitudine ita præpeditur, quominus ea, quæ salutaria sibi ac congrua, contemplari, fruique possit, Erasm. Roterodam. *in tr. de laud. stultit. circa fin.* Postremò limitationis † generalis vice hoc quoque hic admonendum est, quòd quia de- 19
lictum hoc emansionis vel desertionis non tam facto, quàm numero temporis definiatur, miles paulò negatus, desertoris vel emansoris crimen non subeat, nisi diu à castris absfuerit, *l.* 3. *§. emansor. ff. de re milit. d.l.* 3. *§. desertor. eod.* Morâ itaq; delictum & contrahi & mutari consequens est, eumq; qui emansor erat, desertorem tempore fieri, Petr. Royz. *d. sup. loc. num.* 516. Ut ita indicia hæc de absente milite quovis haud prædicari statuique jure queant, *d.l.* 3. §. 17. *ff. de R.D.*

CAPUT XC.

DE INDICIIS, QUÆ EX ATTENTATIONE ET conatu delinquendi proficiscuntur.

SUMMARIA.

1. Quomodo ex hoc loco formetur inditium?

2. Filius veneno patrem suffocaturus, parricidii tenetur.

3. Attentans corrumpere judicem, perinde tenetur, ac si jam eundem corrupisset.

4. In quibus casibus, affectus delinquendi pro ipso delicto puniatur?

5. An consuetudine introduci possit, ne conatus delinquendi puniantur?

6. Quoties statutum jubet delicta attentata puniri, judex juxta arbitrium potest decernere pœnam.

7. An pœna furti possit mitigari, ne fur suspendatur?

8. Referuntur exempla egregia, quibus indicium præsens declaratur.

9. Qui monetarius nondum formavit monetam crudam materiæ falsæ, non tenetur pœna falsi.

10. Quomodo furtum attentatum intermissione aboleatur?

11. An furti teneatur, qui scrinium lapidum vel quisquilearum plenum, in quo res preciosas esse existimabat, contrectavit?

12. An hominem occisurus bannitum interimat, teneatur pœnâ l. Corneliæ, & qualiter inde & causis aliis indicia desumantur?

CÆterùm inter indicia † non postremum merentur locum attentatio, 1
affectio & conatus delinquendi, quæ quia etiam in ipsa delicta cadunt,

 adeoque

adeoque non secus, ac si ipsa delicti consummatio subsecuta esset, qualiter ea se habeant, modò dispiciemus. Notatum itaque esto, ut quemadmodũ certi conatuũ gradus vel remotiores vel propinquiores delicti statuuntur, sic conatus vel in delicta prolabi, vel saltem indicia delinquendi generare fas sit. In delicta cadunt 1. conatus propinquiores 2. non circa leviora, sed atrociora delicta perpetranda occupati, *l.1.§.1.ff.de parricid.* Bald. *consil.* 112. *vol.* 2. Ludovic. Rom. *consil.*183. Carer. *in pr.crim.§.homicidii*, *num.*128. Cùm enim fi-
2 lius † necandi patris animo venenum comparavit, licèt non dederit, parricidii tamen tenetur, imò nec fratris silentium, qui cùm id cognovisset, patrem celavit, veniam reperit; relegari enim eum placuit: Medico, qui venenum forte miscuit, ultimi supplicii pœnâ affecto, *l. frater*, *ff. eod.* Carre. *d. loc.* Sic
3 qui prætorem, † aliúmve judicem, ad quem in jus adivit, redimere, fidemq; ejus & religionem pecunia corrumpere, aliáve re qualibet contaminare tentavit, eam pœnam, quæ empti corruptiq; judicii est, sustinebit, *l. Imperator, in verb. tentat, ff. de jure fisc.* neq; distinguendum sive in bona, sive mala causa id fiat, *auth. novo jure, C. de pœn. jud. qui maled. jud.*

Sic qui exemplo pernitioso servum alienum ad rerum dominicarum furta sollicitavit, actione servi corrupti tenetur, *l. si quis servo*, *ff. de furt.* quod in corruptore filiifamiliâs obtinere quoque tradit Bald. *in d. l. si quis*, idem in sollicitatore pudicitiæ mulieris, vel puellæ; is enim inde solùm, licèt effectus
4 non † subsequatur, relegabitur, *l.1.§.2.ff.de extra.crim.* Cùm permagni nostrâ intersit, dicente Roiz. *in decis. Lituan. decis.* 3. *nu.* 491. liberos nostros nomen nostrum in ævum gesturos, nostriq; memoriam ad posteritatem perlaturos, nequitia malisq; moribus non inquinari, indolemq; eorum improbis cupiditatibus, & bene instituta vitæ ratione non distrahi, &c.

Porrò qui pecuniam accepit, ut cui negotium facesseret, quanquam calumniatus non sit, nihilominus tamen plectitur, *l. & generaliter*, §. 1. *ff. de calumn* Sic qui saltem pactus est, ut cum bestiis pugnaret, propter solum hoc pactum incidit in pœnam *l.* 1. *§.5. ff de postul.* causa est pactę mercedis, quò avaritia hominis, qui ob vile æs in vitæ discrimen se conjicere volebat, coërcetur, *d. l.* 1. *§.5. ibi:* qui virtutis ostendendæ causa hoc faciunt, sine mercede non teneri. Sed quæ ratio, quòd non æquè notetur is, qui mercedem accepit, ut feram regioni nocentem expugnaret? qui proceras arbores carpendorum fructuum gratia, certa mercede conducti ascendunt? Resp. Bart. Angel. & Dd. *in d.* §. 5. quòd hi non tam ob æs vitam discrimini exponant, quàm quòd operas Reipublicæ, vel privato salutares præstent, &c.

Porrò quid, si conatus quis sit delinquere in uno loco, in altero verò perfecit delictum, ut cùm homo ex uno territorio juxta cõfines, in aliud territorium telo misso, occidat Titium, an conatus à flagitio sit separandus, ut ait Bal. *in l. si quis, C. de Episc. & Cler.* adeoq; cognitio spectet ad ordinarium loci,

loci, ubi occisus occubuit? vide latè Petr. Roiz. *in eleg. decis. Lituan. decis.* 3. *n.* 540. *& seqq.*

Præterea quod L. Corneliam de sicariis attinet, quæ conatum in hoc judicio ordinariis ll pœnis coërcet, *in l.* 1. *in princ. ff. ad L. Cornel. de sicar.* eam usu non servari attestatur Schenck Baro de Tautenb. *in tr. feudali, cap.* 2 *feud.* prout statuto, vel consuetudine † sanciri posse statuit Tiraquell. *de pœn. c.* 38. 5
num. 10. conatum delinquendi, excepta criminis læsæ majestatis & proditionis patriæ causa haud puniri, Alex. Jason *in l.* 1. *§. fin. ff. quod quisq; jur. &c.* non secus, ut consuetudine contraria, statutoq; introduci pœnæ conatuum possunt, Tiraquell. *caus.* 37. ubi tamen evincit, quod id fieri non possit ad effectũ ordinariæ punitionis, Bart. *in l.* 1 *§.* 3. *ff. ad L. Cornel. de sicar.*

Cæterùm ubi statutum † vel consuetudo conatum coërceri jubet, nec 6
pœnam certam præscribit, judex juxta arbitrium suum pœnam determinare potest, *l.* 1. *§.* 1. *ff. de effract. l. hodie, ff. de pœn.* æstimaturus, verbóne an facto, propius, an remotius ad delicti consummationem, nocere volens, accesserit, *d l.* 1. cum aliàs jure expeditum sit, jus dicentem valere ex causa pœnam scilicet præscriptam in condemnando non sequi, sed quandoq; graviorem, sæpè mitiorem infligere, Bald. Jacob. de Butr. *in l. si severior, C. ex quib. caus. infam. irrogat.* Marsil. *sing.* 182. *& consil.* 429. quod cumprimis in pœnis statuto introductis obtinet; prolixè Tiraquell. *in præfat. tract. de pœn. num.* 20. unde Petr. Roiz *in d. decis.* 3. *n.* 592. non obscurè evincit supplicium furti, quod lege municipali suspendio punitur, posse judicem pœna mitiori electa mitigare, † & 7
capiti furis parcere, &c.

Sed de conatu & attentatione, quatenus in delicta incidunt, atq; non secus, ac si effectus subsecutus fuisset, puniuntur, tantum satis, modò de attentatione, prout indicia suggerit, agendum restat. Parit autem conatus delinquendi remotior indicia vel in actu ejusdem, vel diversi respectus. In actu ejusdem respectus, ut cum lege vel statuto cavetur, ut qui frumentum aliámve rem venalem in gratiam vicini hostis urbe evehant, pœna statuto definita coërceantur. Jam reperiuntur cives † cum mercibus adhuc intra mœ- 8
nia, quas evehere satagunt, resipiscentes verò evectionem intermittunt, inde quidem non incurrunt pœnam propter conatum, Bald. *in l. fugitivi, col.* 2. *C. de serv fugitiv* Joan. de Anan. *in c. significavit, C. de Judæis.*

Sed quid si cives illi posthac diffamentur, quasi frumentum evexissent, hostem commeatu juvissent? Sanè dubium non est, quin conatus hujusmodi ritè probatus, indicium faciat quæstioni. Sic *in l. qui falsam, ff. de falsar.* dicitur, quòd percussor monetæ † adulterinæ, siquidem nondum formaverit 9
nummos pœnitentia actus, non incidat in pœnam l. Corneliç, Paris. *cons.* 169. *num.* 24. *vol.* 4. Jacob. Aleman *in palæstr. consult.* 8. *de jur. monet. quæst. princ.* 14. *pag.* 839. *ad fin.* Barbat. *consil.* 33, *lib.* 2. ubi adserit, quòd veneni mali datio, nisi

ta, qui venenum sumpsit, extinctus sit, pœnam non producat. Hinc illud: Factum non videri, quod factum non durat. Et compeditem, quin inito fugæ consilio extra custodiam evasit, si postea redeat, non puniri, ait Bald. *in l.1.col. 3.C.de ædil.edict.& l.1.consl.5.C.de serv.fugitiv.* Unde alia juris regula; non videri abesse eum, qui confestim rediturus sit. Nam brevis in loco commoratio in nulla est consideratione, Anchar. *consil.90.& consil.74.* Et quæ exempla hîc possent recenseri? Applicemus verò exemplum ex *d. l. qui falsam.* depromptum. Sanè, quanquam is pœnitentia actus non cudat monetam formatam, non tamen ambigendum est, quin si posthac ille idem ad conatus illos reclinaverit, attentationem in effectum producens, conatus primus, quoad actus subsequentes, qui effectu suo non caruere, indicia legitima prębeat, per modò dicta, &c.

In actu diversi respectus conatus indicia pariunt, quoties conatus antea punitus fuisset in facinoroso, isq; famâ loquente, indiciis stringentibus, relapsum in ipsam delicti consummationem, proponatur, quo casu res dubio caret, quin hîc regula fortiter stringat:

Naturam expellas furcâ, tamen usq; recurrit.

Porrò, qui scalis admotis ædes alienas per fenestram intrare volebat furandi † animo, destitit autem maleficio, sentiens se apprehensum iri, fortè
10 visum vel cognitum ab alio: Hic tandem aliâ occasione furtum committit, dubitaturque an is reus furti, siquidem eodem in loco, quo anteà solùm attentaverat crimen, furtum factum est, arguatur? Resp. Dicimus, quòd sic per rationes modò traditas. Id cumprimis quoq; stringit *juxta l. qui saccum,*
11 *ff.de furt.* ut si fur † saccum vel scrinium, quod existimabat plenum æris esse, cùm tamen quisquiliis & rebus prorsus abjectis repletum fuerit, surripuit, etsi is furtum, deficiente principali, sine quo accessorium non subsistit, propriè non commisit, quia tamen conabatur furari, hæc attentatio indicium furti omninò præ se ferre existimabitur, *Dd. in d. l. qui saccum, 17. &c.* Aliàs dubium non est, quin si pecuniam cum sacco furatus sit, utriusque nomine fur teneatur, *d.l.77.* Porrò si telo obambulans hominis deprædandi gratiâ igna-
12 rus incidit in bannitum, † quem occidat, similiter non ambigendum, quin conatus ejusmodi indicium pariat quoad alia ejusdem generis delicta, per notissima, quòd in maleficiis voluntas non exitus spectetur, *l. 53. ff. de furt. l.14. ff. ad L.Corneliam de Sicar. l. si quis servo. de furt.* Tiraquell. *de pœn.causs.52.n.2.* Bart. *in l. si is, qui, § quid si servus, ff. de acquir. dom. & l. si quis in gravi, §. utrum ad Syllan. & l. nulla macula, Cod. de delat.* Jason. *in l. si quis nec causam. col.3. ff. si cert.* Petr. Royz. *in decis. Lituan. decis.3. pag.314.* ubi illam quoque quæstionem examinant, an qui latrunculus virum comprehendit, ignarus eum exulare, præmium consequatur publicè constitutum ei, qui proditorem vel sacrilegum exulantem capiat sistatque judici. Quod quoq; negat Royz. *d. loc.* Quia (ait)

(*ait*) propositum cujusq; ac consilium præmium mereri, non fortunam, & inopinatum eventum, quæ in contrahendis obligationibus nullum quoq; momentum habere solent, licet pœnæ captator ille eximatur, *l.2.ff.de cond.& demonstr.* nempè quoad hanc speciem delicti. Interea etiam non est dubium, quin latrunculus ille respectu aliorum delictorum ejusdem generis de se indicia prodat & referat, *argum.d.l.l.14.ff.ad L. Cornel.de Sicar.l.53.ff.de furt.*

CAPUT XCI.

DE INDICIIS, QVÆ EX DELICTIS CONSVMMATIS, quorum pœnæ gratiâ, vel aliâ de causâ reis remissæ sunt, proficiscuntur,&c.

SUMMARIA.

1. *Remissio pœnæ turpitudinem criminis non tollit.*
2. *Qualiter indicium ex hoc loco formetur?*
3. *Nullum malum punicum sine grano putrido.*
4. *In criminalibus extensio admittitur.*
5. *In causis criminalibus locum etiam habet argumentum à minori ad majus.*
6. *Lex reipublicæ utilis, juvanda est extensione.*
7. *Turbantur gaudia hominum, quando criminosi non puniuntur.*
8. *Abolitionis causæ quæ dicantur?*
9. *Dies insignes, festi, triumphales qui?*
10. *Explicatur hoc exemplis variis.*
11. *Cæsares Romani diebus nataliciis vel quando coronati essent, decernebant abolitiones.*
12. *Propter virtutem & facinora egregia quondam reipublicæ à reo præstita, abolitio decernitur.*
13. *Illustratur hoc exemplorum varietate notabiliorum.*
14. *Majorum merita etiam abolitionem pariunt.*
15. *Insigne rei artificium abolitionem meretur.*
16. *Crudelitas Tiberii aliorumq; Cæsarum in artifices egregios recitatur.*
17. *Recensentur cautelæ abolitionis vitæ, ex Capolla & aliis Doctoribus.*
18. *Abolitiones non adeo purgant delicta, quin relabente reo in eandem vel diversam criminis speciem, inde non struantur indicia ad torturam.*
19. *Indicia generalia non purgantur quæstionibus.*

DIximus *c. anteced.* quâ ratione conatus delinquendi tam in eodem delicti genere, quàm diverso pro re natâ indicium pariant. Jam de delictis ipsis dicamus, qualiter pœnis remissis † ea indicium faciant, quoad delicta 1 alia. De quibus hæc generalis traditur maxima: Quod remissio pœnæ turpitudinem criminis non evacuet. Vide Tiraquell. *de pœn. caus.* 27. Siquidem jure receptum, ut abolitio delicti in unâ causâ facta non prosit reo quoad crimina alia sive ejusdem generis, sive diversi, *§.9.ff.ad SCtum Turpill.* Ergò pariter dicendum est, abolitionem criminis † non præstare per omnia remis- 2 sionem, quoties reus eodem tempore, quo abolitio decernitur, sive postea reus delicti alterius arguatur, *Dd.in d.l.1.l.15.§.1.ibi*: ex singulis causis singulæ pœnæ

pœnæ irrogentur, &c. Neque movet. 1. Quòd limitata causa limitatum pariat effectum, *l.16.ff de acquir.rer.dom.l.3. C.ex quib. caus.infam. irrog. §. quia J.de legit.agn.tut.* 2. neque in odiosis licita sit extensio, *c.odia, de R.J. in 6.*

Resp. ad 1. Canonem illum hypothesi, de qua quæstio est, malè applicari, quanquam enim criminis abolitio pœnam non absorbeat, *d.l.1.* restituatque in integrum hominem, non secus, ac si contra eum actio mota nunquam fuisset, *d.l.1.* non tamen dubium est, quin abolitione gratia facta secundum, *l. 8.9. C.h.t.* post se relinquat criminis turpitudinem, delicti reiterandi, vel reiterati, adminiculantibus indiciis, perversam suspicionem, hinc illud: Daß der Hund/so einmahl Blut geleckt/allewege nach Blut durstig sey: Porrò quod nullum malum punicum † invenias, in quo non sit aliquod granum putridum, *c.Crates,12.quæst.2.* Tiraq. *de pœn.causs.44.nu.65.& seqq.* ubi in eodem genere delicti plures esse gradus evincit, ut idcircò regula illa: Qui semel malus, &c. ad casus diversorum meritò trahatur, Idem *d. loc.* Alciat. *de præs. reg.2.præs.7.* lepido exemplo hoc indiciũ declarat Gilbert. *Cognat.lib.1.narrat.* Conduxisse quendã portorium (*scribens*) ad amnem, qua pons transitum præbebat, hac conditione, ut illac iter facientes singuli de singulis vitiis persolverent nummum unum. Advenit quidam scabiosus & maculosa facie, ab illo petitur portorium, qui cum recusasset pendere, accurrit petitor & pignoris loco detrahit viatori pileum, atque ibi apparet in calvicie alterum vitium Alopeciæ. Ergo duos jam, inquit, nummos solves: Minimè inquit viator, & luctari incipit: cumque prosterneretur à validiori altero, conspicitur etiam tecta veste hyernia: Tres igitur, inquit portitor, jam nummos peto, quos ille, qui unicum initio recusabat, tum numerare coactus fuit: recenset hæc eadem ex Gilberto Warem. ab Erenberg. *in tract. de regn. subsid. & oner. subdit. cap.4.num.60.* Certè si animi vitia luculentas haberent notas, sicuti corporis incommoda & deformitates in propatulo sunt, ad quid indiciorum opus operosa hac delineatione? Sed quia Deus solus est hominum καρδιογνώστης, judex ubi unum reperit indicium haud longè remotum, non cessabit plura investigare, vix quippe erit, ut qui semel peccavit, punitionem evasit, non relabatur ad idem diversum delicti genus.

——— Quis est, quem tu contentum videris uno
Flagitio?

canit Juvenalis.

———— Nullus semel ore receptus
Pollutus patitur sanguis mansuescere fauces.

ludit Lucanus Poëta.

Ad 2. Resp. Quod licet in pœnalibus regulariter extensio non admittatur, siquidem tamen eadem ratio & similitudo omnimoda, ut ait Eberhard. 4 *in top.in loc. à rat. leg. pag.* 426. subest, extensio † non prorsus prohibeatur, nempè

nempè quæ in terminis habilibus ampliatio & inclusio magis dicitur, quàm extensio, *c.1. §. quia, quæ fuit prim. causa benef. amitt.* ubi FF. comm. Hottom. Schenckbar. Petr. de Ravennate: prætereà vulgò placuit, extensionem vi & efficaciâ argumenti à minori † ad majus vel ad idem deducti, in pœnalibus lo- 5
cum habere, quam extensionem communiter passivam nuncupant, Eberh. *d.loc.pag.* 428. Quinimò extensio ejusmodi eò magis magisque admittitur, quò actus commissus reiteratus proponitur, *c. si electio. ubi gloss. de elect. in 6.* taceo, legem quamcunque pœnalem latam favore reipublicæ extendendam esse à casu ad casum propter similitudinem, Eberhard. *d.loc. pag.* 438. hinc Donell. 8. *comm* 32. lex † *(ait)* Reipublicæ cumprimis utilis, juvanda est exten- 6
sione. At verò Reipublicæ interest, maleficia puniri, *l. 3. ff. de offic. præsid.* turbantur enim † lætitiæ & hominum gaudia, dimissis facinorosis, *d. l. 3. Cod. de* 7
Episcop. aud. Ergò, &c. Vide Alphons. Tostat. 1. *Paralip. n.* 238. *ibi:* Unum peccatum est causa alterius. Idem in Matth. *tom. 5. num.* 124. *ibi:* Unum peccatum non sequitur quidem ex altero directè, sed est dispositio quædam, quia cùm homo magis perseveraverit in malo, fit pigrior ab bonum, & ad malum pronior. Abolitionis causæ † referuntur *in l. 3. ff. ad SCtum Turpill.* abolitio, ait 8
Papin. fit ob diem insignem, aut publicam gratulationem, vel ob rem prosperè gestam, *l. 4. eod.* Dies insignis dici potest familiarius (libet hìc parumper à scopo digredi pro re natâ) vel dies apud gentiles sacer dictus, quolibet anno celebratus, de quo Horat. *3. carm. Odâ* 8. *ibi:*

Hic dies anno redeunte festus.

Et *sermon. lib. 2. Satyr. 2.*

Sive diem festum rediens adduxerat annus.

Quos dies † festos in Britannis usitatos, inde in Galliam translatos refert 9
Quintil. Mandos. *in casib. annal. pag. mihi* 32. Unde Juvenal. *Satyr. 1.*

Palleat, ut nudis pressit qui calcibus anguem,
Aut Lugdunensem Rhetor dicturus ad aram.

Moris enim erat, Oratorem Gallicum hoc die orationem habere solennem Lugduni, quod animadvertit idem Mandos. *d. loc.*

Publica gratulatio, nostro judicio, vel ubi Dictator Consul Cæsar proclamaretur, vel ubi triumphi celebrabantur, peragebatur, quâ de re Cassanæus *in eleganti tract. quem inscribit: gloriam mundi; in loc. de triumph.* prolixè, vel ubi Cæsares diem natalitium celebrabant, *l. 7. l. fin. C. de fer.* Unde Horat. *ad Torquat. lib. 1.*

——— *Cras nato Cæsare festus*
Dat veniam somnumq; dies, &c.

Hæc venia de abolitione propriè dici potest. Julius † Cæsar Id. Julii, 10
tanquam natalem, semperq; sibi faustum & fortunatum celebravit, Alex. ab Alex. 4. *gen. dier.* 20. Nerone imperante, Senatus censuit ab illo mense, qui

erat Decembris, quo editus erat, anni principium fieri, diemq; illum 1. Decembr. solennem faustumq; esse, idem *3.gen. dier.24.* Timoleon Syracusanorum Dux præcipuas victorias Syracusis semper dedit die suo natali, adeò, ut ipsius natalis diem quolibet anno Siculi omnes velut multiplicis victoriæ
11 autorem, festum agerent, Alex *d.lib.4.c.20.* Sic Xerxes diem, † quâ Rex dictus erat, tanquam Imperii natalem, singulis annis insignem fecit, quâ diademate ornatus, gaudio delibutus cœnam proceribus dabat, idem *lib.4.cap.20.* De natalitio Pharaonis, Herodis in sacris occurrunt exempla, ut *Genes.40.* *Marci 6.cap.* Quæ cùm celebrabantur, venia delinquentibus dabatur, Mandos. *d. loc.* hinc Judæis requirentibus captivus, & ad mortem condemnatus Barrabas, festo Judæorum solenni instante, à Pilato impunis relaxabatur.

Hodie Jubilæis Pontificiis venia sive indulgentia delictorum reis ultrò impertitur, quæ tamen in foro seculari remissionem pœnæ non infert, Tiraquell. *d.suprà cap.27.*

12 Ob rem prosperè gestam † abolitio decernitur; ut quoties quis de Republicâ benè meritus erat, inde Lud.Rom. *in l.1.si verò, §.de viro, num.48.ff. solut.matr.* tradit, quòd, licèt pœnis afficiendi sint delinquentes, siquidem tamen utile quid pro Republ. gesserint, potius præmiis, & quod minus, venia delicti remunerandi, *per l.2. §. postea, ff.de just.& jur.l 5.§.fin.ff.de re milit.* quibus textibus universa jura limitari ait Rom. *d. loc.* quæ delinquentes morte afficiendos esse statuunt. Quapropter Cicero Miloni Clodii interfectori, inde parcendum esse censuit, quòd Milo multa præclara in Rempublicam merita præstitisset, *in princ.orat.pro Milone.* Et *in orat.pro L. Flacco* refert, M. Aquilium multis criminibus convictum, quia cum fugitivis fortiter dimicasset, capitali judicio liberatum fuisse, &c. Quid mirum: Exemplis expeditum extat, quæ siquidem injusta sunt, regulam quidem non faciunt, Warem. ab Erenberg. *in tract.de subsid.regn.& oner.subdit. cap.3.num.35.* At consuetudine recepta, & ratione populari servata suam prorsus inferunt ἐνέργειαν, ob res ludicras sæpenumerò pœnarum remissiones esse factas iis, qui Roscium fuissent saltem imitati. Sic cum Auriga (nomine) director ludorum Circensium adolescentem aliquem ad stuprum rapuisset, illumq; carceri inde inclusisset, præfectus vir egregius, Theodosii Cæsaris jussu, populus repetens incarceratum, exposcensque pœnæ remissionem ob facta & benemerita scilicet Reipublicæ præstita, exorto tumultu occidit præfectum dimittere nolentem raptorem illum Aurigam, ut vero verius de vulgo in hanc sententiam scripserit Juvenalis *Satyr.* 10.

——— duas tantum res anxius optat,
Panem & Circenses, &c.

Theodosius verò hanc belluinam insolentiam ægrè ferens, prout justitiæ vigor admisit, animadvertit in Thessalonicenses, qui obreptitie sese insinuan-

sinuantes Ambrosio Episcopo, Cæsarem traduxerunt insignioris cujusdam sævitiæ coram Episcopo, ille Papali furore stimulatus Cæsarem exclusit à cœtu fidelium, quod exemplum tam anxiè urgent illi, qui adscribunt Pontifici potestatem superCæsare, aliosq; mundi proceres, sed quo jure vel injuria, sciтè & nervosè admodum demonstrat Waremund. ab Erenberg. *in tract. de subsid. reg. & oner. subdit. cap. 2. n. 32. & seqq.*

De Ottone IV. Principe justissimo hoc scribit Joan. Wolff. *tom. 2. lect. memor. pag. mihi* 421. Quod ejectus sit privatusq; fascibus Imperii, inde, quod in latrones tunc temporis utplurimùm grassantes, durius animadvertisset.

Sanè si cuiquam ob benemerita † connivendum delinquenti, utique viris de re literaria in foro vel Scholis bene meritis & strenuè exercitatis parcendum erit, *l. 14. C. de advoc. divers. judic. ibi:* qui non secus provident humano generi, quam si præliis atque vulneribus patriam parentesq; salvarent, juncta *l. 4. C. de adv. divers. judicum,* ibi: maximè principalib. præmiis oportet remunerari, *juncta l. unicâ, C. de profess. urb.* Wesenb. *consil.* 40. *n.* 50. Menoch. 2. *de arb. jud. cent.* 1. *cap.* 66. Inde Advocati vocantur juris Equites, des Rechtens Rittere / *apud gloss.* Landr. *art.* 60. *nu.* 9. Dann der Keyser nennet nicht allein die jenigen Ritter/ die Landt vnd Leut durch Schwerdschlag beschirmen/ sondern auch die/ welche sie mit der rechten Weißheit beschützen/ ut ex Döringio signanter refert prænominatus D. Wilhelm. Antonii *in dedic. epistol. ad Petrum Brake Comitem de Wissingborg, tract. Joh. Kitzelii de monet. præfix. fol.* 2. Imò qui Doctores juris 20. annos in foro vel Scholis strenuè laborarunt, comitibus & vicariis imperii quoad dignitatem parificantur, *l. un. ubi Cujac. C. de profess. qui in urbe Constant. doc. ex leg. mer. canit. lib.* 12. Petr. de And. *de Imperat. Roman. lib.* 2. *c.* 11. Petr. Gregor. *in syntagm. jur. univers. lib. 6. cap.* 8. cum multis similibus, quos allegat Wilhelm. Antonii *in epist. dedic. tr. de rescript. morat. præmiss. num.* 10. Minerva armata antiquitus depicta fuit, cùm ad scientiam vix aliquis sine difficultatibus, sine vitæ & sanitatis periculo pertingat, & scientiæ cupidus, quasi armis pugnare cogatur contra adversitates immensas, eum ne ad sapientiæ gradum perveniat, impedituras, Joan. de Pineda *in Jobum. cap.* 18. *v.* 26. 13

Cæterùm ad rem & exempla alia aggredior rara, refert Liv. 1. *decad.* 1. M. Horatium, qui paulo ante Imp. Romanum P. R. tergeminos Curiatos interemerat, sororemq; cum rediret à victoria obviam sibi factam, mortemq; ejus ex Curiatis, cui desponsata erat, flentē, gladio quoq; transfigentem, admiratione virtutis magis quam jure causæ absolutum fuisse, modo ut pater pecunia publica expiaret filium, Valer. Maxim. 6. *cap.* 3. & *l.* 8. *cap.* 1. Plutarch. *in Paralel. cap.* 1. item in vita Fabii Maximi, cui illud tritum asscribitur, Ennio authore:

Unus homo nobis cunctando restituit rem.

(Vide Silium Italic. *lib. 2. & lib. 7. pag. 265. de bello Punico*, ubi Scipio Fabii cunctationem taxans sic ait, *& lib. 16. pag. mihi 624. ibi:*

Ne vero fabricate moras, sed currere sortem
Hanc sinite, ad veterum delenda opprobria cladum,
Quam mihi servavére Dei, sat gloria cauto
Non vinci pulchra est Fabio, peperitq; sedendo
Omnia cunctator nobis, &c.)

Bodin. *de repub. l. 5. cap. 5.* refert; Quod cum miles quidam Lucanus apud Novum Fabium esset accusatus, quod mulieris amore, noctu sæpè in castris vagaretur, qui alioquin admirandæ virtutis vir æstimabatur, mulierem, quam miles deperibat, deprehendi eò clam jussit & ad se duci, & accersito homine, quod præter legem (*inquit*) per noctes haud me latuit, ac ne prius quidem latuerat, quod virtuti studeres, quare fortiter tuis & rectè factis errata condonabuntor. *Hæc ille.* Sic Jonathas, ut sacra profanis misceamus, contra edictum patris Regis in Juda favum mellis ante vesperum comedens, unde ultimo supplicio affici debebat, inde veniam consecutus est, quod ipso die contra Philistæos feliciter pugnasset, 1. *Reg.* 14. Adeò ut Bald. *consil. 355. volum. 1. col. 2.*
14 statuat, etiam majorum merita prodesse delinquentibus quoad † abolitionem pœnæ, Socin. *consil. 84. col. 3. lib. 3. & in l. ne min. l. petitionem, & l. jubemus, C. de advoc. divers. judic.* hinc nobilium privilegia de non torquendis eis pœnisque eorum mitigandis promanasse nemo non videt, unde Cic. *lib. 2. de invent.* Oportebit (*ait*) omni, qui sibi ut agnoscatur, postulabit commemorare, si qua sua poterit beneficia, deinde majorum suorum beneficia. Et Mar. apud Salust. *in jugurt.* adhæc alii si deliquêre, vetus nobilitas majorum facta fortia præsidio adsunt, & Quintil. *6. c. 1.* Periclitantem commendat dignitas & studia fortia & acceptæ in bello cicatrices nobilitas & merita majorum. Affine
15 est huic † abolitionis causæ, insigne robur, vel artificium, quod callet reus unde pœna remittatur, *text. exp. in l. ad bestias, ff. de pœn.* Miror autem (ait Ti-
16 raquell. *caus. 50. de pœn. num. 3.* ex Plinio *lib. 36. cap. 26.* Tiberium † Cæsarem, artificem insignem ei vitrum flexibile offerentem primum interrogasse, à quo didicisset artificium, & an alterum id docuisset, respondentem illum artem se sine authore didicisse, neminem quoque sese eam docuisse, continuò interimi jussisse, quâ ratione id probabiliter factum refert idem *d. loc. num. 3.* alii ex invidia cædem patrasse hanc scribunt Cæsarē, uti Hadrianus tanta invidia quoq; flagravit contra artifices, ut præter suos libros Romæ legi nullos permitteret, nullumq; artificem, pictorem præsertim vel sculptorem se meliorem haberi vellet, & propterea Favorinum & Dionysium Melisium in exilia misit, quod sibi præferrentur, & in artibus ingenuis pingendi & scalpendi peritia principes existimarentur, Spinæ. *in lib. de tranquill. anim. lib. 4. pag. 189.* Sic Trajanus insignem artificem ex mera invidia interemit, & Licinius Cæsar o-

mnes

mnes doctos per invidiam, quia ipse rudis & barbarus erat, Româ expulit, Spinæ. *d.loc.* Commodus imperator cum Sulpitium Crassum, Julium Proculum & Claudium Lucanum, quos Asiæ præfecerat Senatus R. justè & prudēter in suis muneribus versari accepisset, ex invidia eos veneno necare curavit, indignissimum ejusdem facinus, quod in 14. viros nobiles super Tyberis pontem sese oblectantes commisit: Quibus cum forte occurrisset, sciscitatus est, qua de re loquerentur? de M. Aurelio (*inquiunt*) qui posteritati reliquit immortale imperii sui & virtutum divinarum desiderium. His auditis ille ex tempore in fluvium eos præcipitari jubet, subjungens patrem suum non posse laudari sine sua contumelia, Spin. *pag.* 190.

Taceo hic abolitionis † causas aliunde exortas præterquam *in d.l.3.& 4 ff. ad SC. Turpill.* enumeratas jureq; admissas, de quibus Cæpoll. *in tr. cautel. cautel.* 1. Tiraq *de pœn. caus.* 55. ut cum reus ad supplicium eductus obviam venit vel cardinali, qui capellum suum ejus capiti imponat, Paul. de Castr. *in l. addictor, C. de Episcop. & Cler.* vel vestali virgini sive Flamini Diali, Gell. 10. *noct. Attic.* 15. & quæ alia, &c. Unde consuetudo introducta inferioris Saxoniæ videtur, quâ hodiè Principes reducere solent reos mortis in urbes, ubi ob maleficia aliàs degere non poterant. Vidi tamen, cum Rex Daniæ Christianus IV. ante paucos annos homicidam introduceret in Hannoveranum oppidum, pedetentim ad malitiam, quia insignis nequam erat, relapsum, non obstante illâ introductionis gratia, captum & decollatum fuisse. 17

Sed ut ad rem redeamus † abolitiones illæ non purgant crimina, quin 18 uti ab initio admonuimus, inde non remaneant cicatrices, præsumtiones & indicia, quoad delicta alia, siquidem eorum rei deinceps indiciis adminiculantibus dicantur. Hinc est, quod nedum tormentis purgentur indicia generalia, adeò ut indiciis particularibus de novo emergentibus, illa pro re nata hisce conjungantur, faciantque in eodem vel diverso delicti genere † indi- 19 cia legitima & indubitata, quod paradoxon evici nuper præses in disputatione publica, respondente Ernesto Godekenio in Academia Julia, quæ est Helmstadii. Sed de hoc articulo hoc juris quoq; quantum satis, &c.

CAPUT XCII.

DE INDICIIS, QUÆ EX REMOTIONE ET exauctoratione officii honesti resultant.

SUMMARIA.

1. *Plura inordinata & illicita committuntur velo officii honesti.*
2. *Regulariter officialis non præsumitur, quod sit culpabilis.*
3. *Quicquid judex statuit, præsumitur juste & decenter decernere.*
4. *Remotus ab officio non præsumitur sine causa remotus.*

 5. Prin-

1 Quemadmodum officii † honesti velo plura conteguntur inordinata & illicita, *cap. significavit, ubi Canonistæ ext. de pœnitent. & remiss.* ipsaq; licèt hanc præ se ferant prærogativam, ut commissa in officio non pari, quâ alia flagitia puniantur atrocitate, *l. tres tutores, 55. ff. de administr. tut.* ubi glossa scribit: quod administrationis velamen furta temperet, juncta *l. 6.* quam ad hoc vulgò allegant, *ff. de publ. & vectigal.* Panorm. & Felin. *in cap. si verò, ext. de sentent. excomm.* Bald. *in l. 2. C. qui accus. non poss.* ubi ait, quod offi-
2 cialis † non præsumatur in culpa, ubi aliàs privatus præsumeretur culpam commisisse, idem *consil.* 178. *lib.* 1. unde trita illa juris ætiologia; quod ju-
3 dex, † quicquid is statuat, ratione officii, præsumatur justè & decenter decernere, donec contrarium probetur. Item qui necessitate officii accusat, non præsumitur calumniari, *l. 2. ff. qui accus. non poss. & l. mater, C. de calumn.*
4 Dubium tamen non est, quin remotus ab officio, etsi causa † remotionis in propatulo non est, cùm viri discreti, quò hominis famæ parcant, eam subticere soleant, se inde variis suspicionibus obnoxium reddat, effectus enim causam arguit, & nihil fit, uti populariter loquimur, sine causa, *l. rem non novam, in fin. C. de judic.* hinc illud vulgato diverbio tritum politicum: Principes
5 miseros † multos fovere latrunculos in aula, Crantz. *in Vandal. cap. 31. lib. 12. & in Saxon. lib. 9. cap. 37.* Imò totum orbem repletum esse proditoribus, uti
6 dixit Ludov. Sfortia, Fulgos. *lib. 9. c. 6.* Bemb. *lib. 4.* omnes † curias plenas peculatorum & furum, vide Alem. *in consult. de crim. pec. ejusdemq; pœna*, Waremund. ab Erenberg *in tract. de fœderib. p. 1. c. 2. num. 164.* Atque hinc hujus in-
7 dicii fomes, causaq;, ut loquuntur, causati, cum argumentis causam † indiciorum examinandam esse disertis verbis dicat Ulpian. *in l. 1. §. 4. ff. de qq.* ut idcircò ambigere nullus possit, quin repulsio ab officio & statione honesta, nisi ea probabili de causa, eaq; decora & gratiosa facta sit, indicium adminiculantibus

lantibus indiciis faciat, qui enim defraudare, supplantare, expilare & depeculari res universitatis Reipubl. vel Princip. non erubuit, in corpora res & bona privatorum eum grassari haud intermissurum, si occasionem habeat, multò magis præsumitur.

Neq; obstat quod velamen officii delicta commissa † tegat, *d. l.55.§.1. ff.de admin.tut.l.6.ff.de public.l.9.§.2.ff.ad l. Jul. pecul.* 2. nec in rebus fidei & periculo defraudatoris creditis, propriè furtum aliudvé crimen inducatur, 8
in † ambiguo facto enim, quod delictum excludit, accipiendum sit, *l.semper, ff.de reg.jur.* Anton. Gabriel. *Rom.l. 7.com.reg.tit.de malef.concl.* 2. *pag.*382. 9
Wesenb. *in* §. *Item lex Julia.* 9. *num.* 5. *inst. de pub. jud.* 3. adeoq; officiali rem familiarem augenti, vel, ut textus *l.10. C.arbit.tutelæ*, loquitur, siquidem pauperis existat, industria & augmentum † patrimonii, quod laboribus & mul- 10
tis casibus quæritur, haud invidendum, non interdicendum, quoniam æquitati naturali conveniens sit, eum commoda sequi, qui incommoda patitur, *l un.C.de cad.tollend.* vel ut Justin. *in l.19. C. de testib.* expressis hisce verbis ait: minimè oportet pro alienis commodis suas habere difficultates, *l.7.ff.de test. quom. aper.*

Resp. ad 1. Quod ubi de delicto constat, officio illud nequaquam velari debere, quin quod Modestinus respondeat, *in l.54.* §.2. *ff. de acquir.rerum dom.* officium non modò non mitigare pœnas, verum easdem exasperare, Jul. Clar. *in pr.crim.quæst.68.num.30.pag.337.* ubi refert officialem, † qui publi- 11
cos proventus subtrahit, pœnâ capitis afficiendum esse, & *c.6.dist.93.* ait: maleficia † domesticarum, quibus res nostras committimus, patrata proditio- 12
nis spem referre, neque pestem familiari inimico capitaliorem, *l. 27.C.de donat.l.11.§.1.ff.de pœn.*

Ad 2. Resp. Quod licèt res creditæ sint officiali quoad administrationem, non tamen ut officialis dilapidaret eas vel interverteret res alienas, sibi commissæ videri debent: Quinimò hoc magis ipsos puniri oportet, quò majorem ipsi debebant fidem, minusq; eorum fraus caveri poterat. Cassan. *in consuet. Burgund.* §.5. *num.* 6. *& seqq.* Atque hinc jure accidit: Quod licet † 13
decurio regulariter torqueri nequeat, *l.omnes, C.de decur.lib.10.* possit tamen, si deliquerit in officio, quæstioni subjugari, *l.qualiter.eod.* & quod minus, magistratus major, qui alias conveniri durante officio non potest, *l. 2. ff. de in jus voc.* propter delictum in officio commissum conveniri, *l.jubemus, C.ad l. Jul. repet.* Lud. Rom. *consil.415.* Ut tandem ipsi Cæsares in judicium vocati, & propter pravam administrationem exauctorati & ab officio remoti fuerint, uti id Wenceslao, qui prodigus & vitricus imperii vulgò dicitur, Warem. ab Erenberg. *in tr.de reg.subsid.c.5. Ottoni quarto*, Johan. Wolff. *tom.1.lect.mem. pag.mihi* 421. Frederico, Paris de Put. *in tr.Syndic.pag.22.* Henrico IV. aliisque † Imperatoribus accidisse compertum habemus, hic postquam acies 62. 14
(referente

(referente Carolo Molinæo *in tr. de parv. dat. curiæ Rom. pag. mihi* 20.) cum
15 Pontificibus, eorumque asseclis commisisset, tandem corona † Imperiali, uti jam diximus, spoliatus est, & postquam tot exantlatis injuriis pontificialibus summa rerum penuriâ laborare cæpisset, pervenissetque ad Episcopum Spirensem, qui à se, Cæsare antea, promotus erat, petens, ut in pago Spirensis diœceseos præbendam sibi daret, illo adrenuente, respondit, video, me manum Dei jam tetigisse, discedens Spirâ, brevi dierum intervallo, propè
16 Spiram † in pago occubuit, quod ex relatione virorum Magnatum, cum Spiræ degerem, habeo, licèt me non fugiat, historicos passim hîc dissentire.

Nero bestia illa infernalis, primo statim consulatu suo, tria millia pon-
17 do auri furatus est è Capitolio, & tantundem † inaurati æris ibi reposuit, Sueto. *in Jul.* Contius 8. *Polit.* 39 Laqueo serico profectò dignus, uti Achæus Lydorum Rex à subditis propter immensos tributorum peculatus strangulatus fuit, Warem. ab Erenberg. *de subsid. regni & oner. subdit. c.* 9. unde Ovid.

Morte vel intereas capiti suspensus Achæus,
Qui miser aurifera teste pependit aqua.

Cæterùm qua injuria, qua tributaria molestia in Imp. German. tempore depravatæ monetæ passim in Germania ab annis Christi 1618. 19. 20. 21. usq; ad annum 622. exclusivè, sceleratis quibusdam Consiliariis, furca dignissimis animos Principum, ad tantam insaniam obfascinantibus, non est operæ precium hic repetere.

Ad 3. Resp. Quod licèt textus ille *l.* 10. speciosus sit, atq;, ut vir quidem egregius ajebat, accommodabilis præcipuè für arme Schösser und Schreibere/ die bald reich werden/ non tamen inde malitia, nec delicta officialium, ut prætextu officii emungant homines, indeque conditionem suam meliorem faciant, detegi aut excusari possunt. Sanè si juxta administrationem officii ne-
18 gotiantur officiales, nec subinde ipsum † officium negligunt, ejusq; terminos excedunt, ut inde certa indicia (ut ait textus) appareant, non augmentum patrimonii invidendum neque interdicenda eis negotiatio erit, *d. l.* 10. Sin aliter appareat, omninò in officiales citiùs ditescentes, maturè inquirendum est, neque enim, ait Dn. Aleman. *de monet. consult.* 8. *quæst. princ.* 2. *pag.* 618. connivendum paucorum in congerendis pecuniis improbabili, multumq; detestandæ avaritiæ, ut inde populi communis negligatur, susq; deq;
19 habeatur salus. Isti communis utilitatis turbatores † & defraudatores pleonectici non immeritò Harpyis comparantur, quippe more illarum, omnia ad se rapiunt, & quæ relinquunt, ita tetro & fœtido excremento, ut fœtor is omninò perferri nō possit, coinquinant. *Hæc ille.* Et idem *consult.* 3. *de magist. perpet. præfer. pag. mihi* 15. Sunt in Præfecturis & officiis plurimi, qui quasi cum Mida Bacchum excepissent, aut Pactolus illis flueret, splendore luxu & magnificentia, cum antiquissimis nobilissimisq; familiis certant, quos Pau-
sone

ſone & Codro mendiciores non ita pridem in ditionem iſthanc veniſſe, ſua-
que bona univerſa, corbe portare potuiſſe omnes norunt. *Hactenus ille.* No-
tatum autem hic eſto, quod utcunq; officii velamen occulta celat delicta, ſi
quidem tamen delicta in apricum ponantur, feraturq; contra † officialem 20
ſententia, is appellare à ſententia nequeat, *l. nulli, ubi Dd. C. quor appell. non re-
cip.* Spec. *in tit. de appell.* §. 2. *verſ.* 3. imò quantumvis accuſatus de delicto non
debeat ſuſpendi ab officio, pendente † cognitione, *l.* 41. *l* 45 *ff. de ſolut.* non ta- 21
men dubiũ eſt, quin ſuſpendatur accuſatus propter malã adminiſtrationem,
l 14. *ubi Bart. ff. eod. & §. ſi quis, Inſt. de ſuſpect. tut.* Deniq;, ubi de probãdo de-
licto, quod ſub officio commiſſum proponitur, quęſtio eſt, admittuntur pro-
bationes minus ſolennes, ut idcircò accuſator in ſupplementum probationis
juramento probare ſuam poſſit intentionem, Joan. de Plat. *in l. ſi aliquid, C. de
ſuſcept. lib. 12. & in l. judices, C. de dignitatibus, lib. eod,*

Quæ & ſimilia † apertè demonſtrant, quàm grande ſit nefas prætextu 22
officii delinquere, ſeſeq; criminibus inquinare, (ut idcircò delicta hæc, imò
ſolam, ut diximus, remotionem ab officio, etſi pœna crimen haud ſit ſubſe-
cuta, cujus remiſſio turpitudinem delicti, ut capite antecedenti diximus, non
tollit, indicia quæſtioni ſufficientia, quoad alia delicta, quorum idem reus
dicatur, parere, nemo probabiliter dubitare debeat. Quod ipſum ad tutorem
ob dolum ab officio remotum, pari ratione extenditur, item miſſum militiâ,
qua de re, *c.* 89. vide Dn. Alem. *d. loc. p.* 75 ubi hanc quęſtionem decidit quoq;,
an Princeps capitis pœnam ſtatuere poſſit in officiales, qui vetitas in ſui ſæc-
culi commodum, ſed in Principis fraudem inſigniter tendentes artes exerce-
re convincuntur? Menoch. *de arb. ju. quæſt. caſ.* 586.

CAPUT XCIII.

DE INDICIIS, QVÆ EX ATTESTATIONE TE-ſtium poſt publicationem facta, reſultant,

SUMMARIA.

1. *Teſtes poſt publicationem regulariter examinari non debent.*
2. *Teſtes examinati poſt publicationem, indicium faciunt.*
3. *In acceſſorio plus eſſe nequit quàm eſt in ipſo principali.*
4. *Quæ probationes delictum non inferunt liquidò, ſaltem indicia ad torturam efficiunt.*
5. *Teſtis unius depoſitio de viſu plenum & ſufficiens ad torturam indicium facit.*
6. *Explicatur l. 2. §. ſi abſens, ff. ſi ex noxali omnia agatur.*
7. *Commiſſario creditur referenti de actis commiſſionis.*
8. *Qualiter dicantur evacuari atteſtationes?*
9. *Quomodo probatio probationem trudat, & evertat in cauſis criminalibus?*
10. *Fatuus eſt actor, qui defenſionales producit, antequam acta & probata viderit ſui adverſarii.*
11. *Teſtes ſemel examinati repeti poſſunt in cauſa criminali.*
12. *Melius eſt, propter miſericordiam red-*

dere rationem, quàm propter crudelitatem.

13. *De facto recepta attestatio indicium parit.*

14. *In delictis exceptis admittuntur cum effectu attestationes novæ.*

15. *Favore defensionis reorum multa extra ordinem recepta sunt.*

16. *Quis propriè dicatur hæreticus?*

1 QUanquam testes † post publicationem examinari non possint cum effectu, sive super iisdem articulis, sive directò contrariis, *§. quia verò Novell. de test.* ubi Cujac. *in exposit. Auth. at qui semel, Cod. de probat. c. constitutis, c. ex tenore. ext. de testibus,* sive novis, Alber. de Rosate. *in d. auth. at qui semel, &c.* cui sententiæ refragatur quoad articulos novos, *c. causa de testib. & c. cum venisset, eod.* quæ verior & receptior est, Dd. *in d. c. cum venisset,* nec hoc solùm in ordinariis sed & summariis causis, Bart. *in d. auth. at qui semel,* neq; refert, publicatio facta sit nec ne? modò testificata non didicerit is, qui testes
2 † denuò producere satagit, *eod. auth. at qui semel.* Dubium tamen non est, quin examinati post publicationem indicium faciant quęstioni, Abb. *in c. fraternitatis, num. 4. de testib.* Crot. *de testib. num. 269.* quod tam in puncto indiciorum ubi de probatione eorundem agitùr, quàm causæ principalis procedit, hoc tamen respectu, ut in processu indiciorum, non indicium plenum, adeoque quæstioni sufficiens, sed saltem præsumtionem adminiculantem,
3 illic indicium integrum producat, ratio est: Quia accessorio † par vel plus inesse non potest, quam in ipso est principali, atque inde est, quod modò diximus, in causis summariis, qualis est indiciorum processus, regulariter non admitti attestationes, etsi paulò infrà & hoc paradoxon limitabimus. Cæterùm accusatione ipsâ pendente hactenus stringit regula, dummodò delictum non plenè probatum fuerit, prout alias jure expeditum est, ut quæ pro-
4 bationes delictum † non liquidò demonstrent, saltem indicia ad torturam efficiant, ut siquidem sub ipsa accusatione vel receptâ, post didicita testificata, attestatione secundariâ, testis unicus de delicto immeditatè deponat, ut quia testificetur vidisse se cædem à Titio factam, furtũ à Sempronio commis-
5 sum, &c. Cùm tralatitium sit, testem † unicum de visu deponentem, indicium plenum aliis indiciis etiam prorsus silentibus, præ se ferre, Paul. de Castr. *in l. quicunq;, C. de serv. fugitiv. & l. 2. §. si absens, ff. si ex noxali causa agat. & in l. C. de testib.* Marsil. *in §. diligenter, num. 131.* Paris. *consil. 104. num. 80. lib. 4.* Dec. *consil. 341. & consil. 65. num. 9.* Socin. Jun. *consil. 31. num. 33. lib. 2.* Crot. *de testib. num. 209.* Viv. *in com. opin.* in verbo, testis unicus. modò tamen testis ille omni
6 exceptione major, sit † non vilis, mendax, perjurus, inimicus vel amicus partium, Farinac. *de test. l. 2. tit. 6. quæst. 63. num. 212.* Reluctatur verò hîc *l. 2. §. si absens, ff. si ex nox. ca. agat.* ubi dicitur servum, qui caput non habet, major omni exceptione dici potest in præjudicium domini, plenariè, siquidem de facto proprio deponat, testari posse. Resp. Distinguendum esse inter testem quæstione adhibitâ, vel extra torturam deponentem, de primo dubium non est, quin

eſt, quin probet, prout regulariter de ſervo, infamique homine conſtat receptum eſſe, ut non niſi quæſtione mediante teſtimonium dicere cogantur, Farin. *l.3.de teſt.tit.8.quæſt.78.de tortura teſtium.* Cæterùm quod αὐτόπτης unius teſtis dictum, indicium plenum inducere ſtatuimus, ſiquidem de viſu deponat, ut cum dicit vidiſſe ſe hominem à Cajo interfectum, de teſte, uti quoque monuimus, omni exceptione majori exaudiendum eſſe juris conſtitutio dictitat, Farinac. *d.l.2. tit. 6. quæſt. 63. num.* 212. adeò ut non pauci ſcribere non vereantur, teſtem unicum concurrentibus indiciis integraliter probare, Paul. de Caſtr. *in d l.quicunq., C. de ſerv.fugit.* Bart. *conſil. 29. l. 2.num.* 4. Crot. *de teſt.num.* 209. Socin.Jun. *conſil.61.inf.l.1.* Tiraquell.*de jure retract.§. 1.gloſſ.14.num.*47. Menoch *caſ.99.de arb.jud.quæſt.* ubi arbitrio judicis, committendum ajunt, quæ indicia hìc ſufficiant necne? alias in cauſa civili creditur officiali de iis, quæ ad officiũ ſuum ſpectant deponenti, uti & Commiſ-
ſario † de commiſſione expeditâ referenti, Gabriel. Rom.*de teſt.concl.1.n.*20. 7
Farinac.*d.lib.2 tit.6 q.62. in fin.*

Præterea quod diximus, atteſtationes didicita teſtificata ſaltem indicium generare, ſic denique accipiendum eſt, modò ne quid interceſſerit, unde publicatio atteſtationis evacuetur: Evacuatur a. atteſtatio primęva, quoties
teſtes nulliter & non ritè fuerint † recepti nec examinati, Clem.2.*de teſtam.* 8
Porrò ubi pendente lite ordinaria ſuperinducta eſſet quæſtio nullitatis, ipſa enim ventilari poteſt non obſtante publicatione cauſæ principalis, Anton. de de Butr. *in c fraternitatis, n.16. & 29 de teſtib.* quin etiam quando recipiendæ vel receptæ ſunt relationes peritorum, qui de arte deponunt, Bart. *in l.atqui ſemel, C.de probat.* Felin. *in d.c.fraternitatis, num.*8. item ubi de valore alicujus rei agitur, quæ neceſſarium caput erat litis principalis, Specul. *de teſt.* §. *ſatis utiliter, num.*5. Campeg *de teſtib.reg.*168.*fallent.*47. vel quoties atteſtatio ſecunda ad finem & ſcopum ſeparatum reſpiceret, Bald. *in d. Auth. & qui, &c.* Hoſtienſ.*in d.c.fraternitatis.* Quapropter dubium non eſt, quin ubi pridem ageretur civiliter mutatâ causâ in criminalem, pone cauſam ſic comparatam eſſe, ut una & civilis & criminalis actio inde naſcatur, jam criminaliter agi queat, non obſtante publicatione actionis civilis. Salyc. *in d. auth. at qui ſemel & ibid.* Sichard.*num.*20. Franciſc. Ripa *in l.2.n.44.C.de edendo.* Idem in cauſa matrimoniali obtinet, *c.ſeries. & c.conſtitutus.de teſtib.* nec non in factis antiquis, Spec. *de teſtib.§. ſatis utiliter, num.*3. Item quoties teſtes reprobatorii producuntur, quibus atteſtatio anterior falſi convincetur, Salic *in d.auth. at qui ſemel, C.de probat.* Cæterùm poſt publicationem produci poſſunt confeſ-
ſiones partium, quibus quoque reprobatur † & in nihilum redigitur atteſta- 9
tio, Anton. de Butr. *in d.cap.fraternitatis*, item de inſtrumentis de novo repertis dicendum, *gloſſ.in d.auth.at qui ſemel, ubi Cyn.Bart. & Dd. commun.* de notorio allegato & demonſtrando, *cap.dudum, ext. de elect.* de fama proban-

da, Aretin. & Felin.*in d.cap.fraternitatis.* Præterea quoties in causa criminali
testes deposuerint, testem ense interfectum, pars adversa verò sese in facti e-
videntia fundat, petens exhumari cadaver, idq; ostendi medicis & chirur-
gis, quo casu non obstante attestatione publicatâ, hæc posterior attestatio
admitti potest, Felin. Aretin. *in d.cap.fraternitatis.* Deniq; quin ex judicio ju-
dex recipere possit novas attestationes, dubium quoque non est, Hostiens.*in
cap.cum clamor, & ubi Felin.n.5.de testib.* Menoch. *de arbitr. quæst.* 34.*nu.* 17.
per rationem vivam, quod subornationis suspicio in judice prorsus cesset,
Gail. 1. *observ.* 105. quæ receptio etiam partium consensu tacito fieri potest,
Hostiens.*in d.loc.* quoties etiam testes quidem examinati sint quidam non u-
tique, non obstat productio, ne post publicationem nondum examinati reci-
piantur, Joan. Andr.*in cap.fraternitatis,num.*25.*ext.de test.* Aretin.*in cap. cum
venisset,num.*4.*eod.* Sicubi testes ad perpetuam rei memoriam examinati fue-
rint, secunda receptio quoque admittitur, Anton.de Butr.*in d.cap fraternita-
tis,num.*17. imò quando attestationes primæ essent deperditæ, igni consum-
ptæ, bello laceratæ, Bald.*in l.per has, C.de temp.appell.* Bart.*in auth.atqui semel,
num.*35. *C.de prob.ubi Sichard.num.*19. Tandem non impeditur reus publica-
tis attestationibus producere, atque probare suos articulos defensionales.
Angel. *in auth de test.§.quia verò,num.*19.*ubi Joan. Andreæ*, dicens: reum ine-
ptum esse, qui se probationibus fatigat, priusquam perspexerit, an probave-
rit intentionem adversarius, nec ne? Et idem (*ait*) semper debet exspectare
10 probationes † actoris, Lanfranc. *de test.num.*36. Campeg.*de test.reg.* 268.*fall.*
48. Sed ad rem: utcunq; publicatio attestationis regulariter impedit novam
testium receptionem, uti diximus, tamen in causa criminali longè secus se ha-
bet, nempe, ubi in genere admittuntur ejusmodi receptiones, Abb. *in d cap.
11 fraternitatis,num* 4.*fall.*15.*de test.* imò testes † semel examinati repeti possunt,
Farinac.*l.*3.*de test tit.*8.*quæst.*75 *cap.*8. quod quoq; in causa inquisitionis strin-
git, Bart.*in d.auth.atqui semel,num.*32. sive denunciationis, ubi vel judex, vel
fiscalis ex officio procedit, Innocent.*in d.cap clamor, nu.* 1. *de test.* cumprimis
verò hæc regula dominatur, quoties testes ad defensionem rei denuò recipi
debent, Ancharan. & Aretin. *in d.cap.clamor.* Cæterùm ubi accusator post
publicationem hanc receptionem expeteret, audiendus non esset, Bald. *in d.
cap.fraternitatis,num.*10. cùm leges proniores sint ad absolvendum, liberan-
12 dum, quàm obligandum, meliusque † sit propter misericordiam reddere ra-
tionem, quàm propter crudelitatem, *cap. vera justitia.*45. *dist.* Cothm. *consil.*
48.*vol.*1.*num.*39.

13 De facto autem recepta † hæc attestatio, ut ab initio diximus, indicium
non probationem integram infert, Innocent.*cap.veniens,num.*4. Felin.*n.* 19.
14 *ext.de testib.cap.fraternitatis,nu.*4.*eod.* Quod delicta † excepta attinet, ut hæ-
reseos, falsi, proditionis, Sodomiæ, &c. ea sanè ita comparata sunt; ut accusa-

tor vel fiſcalis poſt publicationem, atteſtationes novas in judicium deducere
jure queat, quæ nedum indicia, ſed plenam probationem delicti ingerunt
& producunt, Bald. *in l. eos. §. ſi quis, num. 3. verſ. quæro numquid, C. de appellat.*
Campeg *de teſt. reg. 268. fallent. 52.* Abb. *num.* 4. Felin. *num.* 10. *in cap. fraterni-
tatis de teſt.* Spec. *in tit. de teſt. § ſatis utiliter, num. 5. verſ.* 13. in crimine falſi, *c.
ſicut, de teſt. cap. licet, de prob.* Clar. *quæſt. 61. num.* 4. Archidiac. & Joan. Andr. *in
cap. per hoc, de hær. in 6.* ubi dicunt, quod nedum in cauſa hæreſeos ad defen-
ſionem † rei novi teſtes admittantur ad inſtantiam partis, quæ ſententia reci- 15
pi non poteſt, per antea dicta, rationemq; illam communem, qua vulgò pla-
cuit, quod reſpectu defenſionis reorum multa extra ordinem permittantur,
nec jus gentium, unde defenſiones promanant, non diſtinguat inter malefi-
cia, quæ reo vel affinguntur, vel quorum revera reus factus fuit. Hinc illud:
Quod ſatius ſit nocentē dimittere, quàm innocentem cōdemnare, quam re-
gulam quoad hæreticum cumprimis, qui ad defenſionem provocat, hacte-
nus haud limitatam vidimus. Hæretici † autem *Conſt. Juſt. Nov.* 115. propriè 16
dicuntur, qui quatuor illis Conciliis, Epheſino, Niceno, Conſtantinopoli-
tano & Chalcedonenſi non adhærent, ſed diverſam à ſanctis hiſce Conciliis
religionem profitentur, vide Waremund. ab Erenberg. *de fœderib. p. 1. pag. mi-
hi 287. n. 242. vide ſuprà cap. 53.*

CAPUT XCIV.

DE INDICIIS, QVÆ EX ATTESTATIONE vel depoſitione teſtium, reo non citato, oriuntur.

SUMMARIA.

1. Teſtes examinati, parte non citatâ, an indicium faciant?

2. Enodantur argumenta quædam contraria.

3. An indicium pariat atteſtatio ratione Perſonarum atteſtantium quoq; ſuſpecta.

4. Actus judiciarius contra non citatum nullus eſt.

5. In notoriis quoq; neceſſaria eſt citatio.

6. Argumentum à majori ad minus quando ſit validiſſimum.

7. Cur neceſſarium ſit allegare Dd?

8. Dd. dicuntur teſtes juris.

9. Infinitæ Dd. allegationes reprehenduntur.

10. Denegatum aliquando fuit in Camera uti allegationibus juris.

11. Ratio, cur moleſtæ ſint & abrogandæ nimiæ iſtæ allegationes.

12. Mors habet vim juramenti.

13. Mors notorii habet vim ſigni.

14. Mors Patrisfamilias quoad libros rationum habet vim confeſſionis debitorum & juramenti.

15. In puncto capturæ confrontationis non requiritur citatio.

16. In cauſa contumaciæ quoq; citatio neceſſaria non eſt.

17. Sed quid ſi teſtes non juraverint, an depoſitio eorum indicium pariat?

18. Teſtium demortuorum dicta plenè probant.

19. Quomodo fama teſtibus non juratis probetur?

20. *An consuetudine introduci possit, ut testibus non juratis credatur?*
21. *Qualiter in genere testes injurati probent?*
22. *An Papa vel Cæsar possint rescribere ut testi injurato fides plena habeatur?*

1 QUanquam testes † examinati parte non citatâ in causa criminali non probent, Abb. *in c.2.num.*8. *de testib.* Felin. *ibid.nu.*9. Viv.*com.opin.*966. *nu.*3.*c.*4. Clar. *in pr.crim.quæst.*2.*vers.item quæro.* Mascard. *de probat.lib.*1.*conclus.*682.*num.*14. Bursat. *consil.*192.*num.*34.*& consil.*205.*num.*43.*vol.*2. Decian. *consil.*92.*n.*3.*lib.*2. adeò, ut non pauci etiam opinentur, nullitatem ejusmodi adeò crassam esse, ut nedum depositiones testium parte non citatâ generent indicium ad torturam, Abb. *in d.c.*2.*num.*14. in verbo, faciat indicium, Aretin. *consil.*163. incipit, sicut Joannes. *col.*3. Brun. *de indiciis p.*1.*q.*2 *n.* 8. Marsil. *in l.*1. *num.*4.*ff.de qq.* Roland. à Valle *consil.*12.*n.*35.*lib.*3. Brun. à Sole *consil.criminal. nu.*100. Dec. *consil.*92.*n.*33 *lib.*2. Ambigendum tamen non est, quin concurrentibus indiciis attestationes ejusmodi indicium pariant, Bart. *post gl.in l.res hereditarias,ff.de crim. expil. hered.gloss.in c. cum olim, in vers.fratrum.ext.de privileg.* Menoch. *de præsumpt.*1.*q.*17.*n.*6. Gram. *decis.*34.*num.*33. Socin. *consil.* 162.*num.*11.*lib.*2. neque adversatur relata modo Dd. sententia diversa, scilicet, quæ explicanda atque restringenda non ad thesin, ubi quæritur, an indicium
2 † hoc solum cessantibus aliis indiciis, quæstionem faciat, nec ne? prius negant, quod & nos inficiamur: Distinguunt alii inter inquisitionem generalem & specialem, præsupponentes casum, inquisitionis causam comprehendentem, adeò ut posterior hæc sententia de inquisitione generali solummodò exaudienda sit, Farinac. *de test. lib.*3.*tit.* 8.*quæst.*72. *num.* 105. qui plures pro concordia hujus diversitatis Dd. refert & allegat, quo remitto lectorem. Alias extra dubitationis aleam ponit, ut siquidem reus sit homo vilis & abje-
3 ctus, attestatio illa ex omni asse pariat † indicium quæstioni sufficiens, quæ sententia quoque sustineri jure nequit. Non tam inde, quod, citatio sit naturalis vel juris gentium, ut ajunt, primævi, quoniam Jehova ipse lapsum in peccata Adamum, priusquam nocentem condemnaret, citaverit, *Gen.c.*3.*ibi:*
4 Adam ubi es? Adeò ut actus omnis † judiciarius contra non citatum celebratus, regulariter sit ipso jure nullus, *Dd.in §.fin.ff.de pœn. tem. litig.& c. quoniam contra.de probat.clem.pastoralis.de re judic.* Specul. *l. de citat.* §. *V.* Matth.
5 de Afflict. *in decis.Neapol.dec.*307.*num.*29. ubi ait: quòd citatio quoque in † notoriis requiratur, prout notorium erat Adami peccatum, qui nihilominus citabatur, quo exemplo nedum Imperatorem condemnare posse statuunt reum, non citatum, nec auditum, Philip. Port. 1.*com. opin. concl.* 43. hinc citatio invalida & illegitima etiam actus judiciales inhabiles & nullos facit, *c.fin. de fer.gloss.in c.de causis.in verbo,venire,de offic.deleg.gloss. in c.veniens, in verbo propter.de accusat.* Matth. de Afflict. *decis.*369.*num.*16. Quibus legibus & canonibus non distinguentibus, perdurum est hominis distinctionem admittere,

tere, *l. de precio, ff. de public. actione. l. si servum, §. prætor ait. ibi:* non dixit prætor, *ff. de milit. test.* idq; inde, ut maximè, quoniam uti demonstratum est, nedum in notoriis omittenda sit citatio, multò minus ubi saltem perfunctoriè vel præsumptivè de delicto constat, argumentum enim à majori ad minus † 6
destructivè interdum in jure validissimum est, *c. licet universis. de test. l. 1. C. de negot. gest.* Unde ait Eberhard. in loco à majori, *num.* 1. Si Rex non potest expugnare arcem, ergò nec miles, *c. si ergo. 7. quæst. 1. & c. si Paulus, quæst. 5.* ita hic pariter inferendum, si Imp. non potest efficere actus per se nullos, qui natura sunt invalidi, ut sustineantur, quod modo evictum est. E. nec magistratus inferiores.

2. Quam quod Farinac. paucos vel † nullos Dd. adducat, qui idem 7
cum eo statuant, cùm tamen scientia juris ita comparata sit, ut semper & ubique desideret † testes, ne videamur ex cerebro nostro aliquid confingere, 8
Camil. Borell. *consil. 29.* quapropter Dd. juris perhibentur, *ll. testes, l. f. C. de iis, qui ad Eccl. confug.* Alciat. *consil. 22. num. 1. lib. 7.* hinc tot allegationum plaustra collata videmus etiam quoad regulas juris indubitatas, quod hodierno die cuilibet etiam parum scienti facillimum esse putat, Molin. *consil. 10. nu. 15.*
ubi attestatur † infinitas illas allegationes temeritatis & perniciei plenas esse, Andreas Knichen *in Epist. dedic. tr. de sublim. & reg. territ. jure, p. 9.* Qua- 9
propter non immeritò aliquando in Camera † allegationes juris ad acta trãsferre denegatum fuit, teste Vent. de Valent. *in Parthen. litig. lib. 2. c. 7.* Cum 10
ipsis & notariis non sit difficile, allegare jura, quæ ipsi non intelligunt, ex repertoriis locorum communium. Idem *d. l.* Quinimò similis est jurium † 11
ea coacervatio, ac si pistor modiũ tritici in sacco paleę, ad coquendum panem acciperet, hic nihil aliud remedii esset, quam triticũ ex paleis colligere, quod summi laboris. Idem *lib. 2. c. 13.* Ratio autem cur non admittendæ immensæ illæ allegationes, est. Quoniam sufficiat judicem scire 1. factum quod proponitur 2. veritatem ejus, quæ confessione, instrumentis vel testibus eruitur, 3. jus quod ex facto oritur, *l. 52. §. in Clivo, ff. ad l. Aquil.* Hoc jus scire judex tenetur, nec ab advocatis pridem addiscere. Sed ad rem ipsam. Planè si de exceptionibus quæratur canonis ita statuti, licet illa, quam impugnavimus limitationem, sustineri non queat, per modo dicta, non tamen dubium est, quin alii reperiantur casus jure admissi, ut quoties testes parte non citatâ examinati mortui fuerint, quorum dictis plenariè & sufficienter probari evincit, *l. fin. Cod. de test.* Ratio est, ajunt, quia † mors habet vim juramenti, Bar- 12
tol. *in l. admonendi, num. 2. ff. de jurejur.* Hinc est, quod juramentum in litem à defuncto, dum adhuc in vivis esset, oblatum, & non præstitum habeatur pro præstito, ne heres ejus id præstare teneatur, *l. fin. C. ad. Jul. repetund.* Sic mors
† Notarii habet vim signi & subscriptionis, *c. cum P. Tabellio, de fid. instr. mors* 13
testium, Alexand. *consil. 14. num. 8. vol. 6.* mors † patrisfamilias, quoad libros 14

ratio-

rationum vim confessionis debitorum, vel juramenti, quasi is juramento vi-
vus supplevisset fidem registrorum suorum, *l.fin.C.ad l.Jul.repet.* Corn.*consil.*
186.*vol.*1.vid. Andr.Gail.2.*obs pract.*43. quinimò quoad decisionem hujus ca-
sus notanda sententia Decii est *in cap.*2.*num.*32.*de testib.* ubi asserit, juramen-
tum & citationem æquiparari. Si itaq;, uti præsupponimus, mors juramenti
vices subit. Ergo mors quoque citationem supplet, cùm surrogati & surro-
gantis eadem sit potestas, Eberhard. *in top.in loc.à surrog.num.*1. *& seq.* Cæte-
15 rùm in puncto † capturæ, parte non citatâ, attestationes valent, siquidem
enim ante citaretur reus, procul dubio fuga se salvaret, Salyc.*in l.fin.num.* 16.
*C.de qq.*Decian.*consil.*18.*num.*59.*l.*1. Mascard.*de probat. l.*3.*concl.*1366.*num.*1.
eadem ratione placuit, ne citetur reus, quoties judex saltem inquirit genera-
liter, Anton.de Butr.*in cap.*2.*num.*13.*de testib.* Crot.*de test. nu.*217. quanquam
verò Bald.*in l.*3.§.*si tibi, ff. de condict. ob turp.caus.* Abbas *in d. cap.* 2. sentiant,
quod nedum in puncto inquisitionis negligi debeat rei citatio, id tamen non
juxta generalem, sed specialem inquisitionem intelligendum est, Farinac.*d.*
loco, *l.*3.*tit.*8.*quæst.*72 *nu.*104. cum multis ibidem allegatis. Sic in causa con-
frontationis non est necessaria citatio, quoniam hæc ipsa vim citationis præ
se ferat, Clar.*in pr.* § *fin. quæst.*11. *vers. item quæro, & quæst.*45. Farinac.*d loco,*
*num.*139. ubi asserit: quod confrontatio plus sit, quàm ipsa citatio, allegans
16 Matth.de Afflict.*in Const. Burg. p.*1. *& pr.* 2.*rubr. de his qui fidei, &c.* in † causa
contumaciæ, quæ in processum coincidit, quoque non requiritur citatio,
*gloß.in d.cap.*2.*de test.* Clar. *d. quæst.* 11. in quibus & similibus causis omissa ci-
tatione attestationes plenariè probant, ubi alias in casibus non exceptis dicta
17 testium duntaxat indicium faciat? Quod testes † mortuos attinet, eorum di-
cta haud jurata plenè probare suprà tradidimus, non secus ac testis de fama
deponens sine juramento quoque recipitur, dicto ejus, non aliter ac si jura-
mento vestitum esset, plenam inferente fidem, quod tamen tunc potissimùm
18 procedit, quoties judex pro informatione saltem sui ipsius, uti hoc † quam
plurimùm inquisitione generali adhuc pendente accidit, testes examinat,
Jason *in l.admonendi, in lect.*2.*num.*221.*in fin.ff.de jurejur.* Abb.& Felin. *in cap.*
19 *tuis, ext.de testib.* Consuetudinem etiam † testibus sine juramento receptis
probari posse scriptum reliquit idem Jason *in d.l.admonendi, lect.*2.232. Crot.
*de testib.num.*232. qui ibidem *num.*220. *& seqq.* tradidit receptionem in casi-
20 bus, ubi aliàs testis † injuratus nihil præstat, producere indicium, quod ad in-
formandam judicis conscientiam sufficere ait Ludov. Roman.*in d. l. admo-*
*nendi, num.*99. ubi Fr. Ripa *num.*197. Blanc. *de indic. num.*327. Decian. *consil.*
128.*num.*10.*lib.*3. Mascard.*de probat.*1.*quæst.*5.*num.*84. Alexand.*consil.*147.*n.*2.
21 *lib.*6. ubi statuit, quod præsumptio oriens ex depositione testium † non jura-
torum, tantùm operetur, ut si utriusque partis par sit probatio, ea vincat, quę
plures numero testes non juratos præ se habeat, intellige autem hoc modo,

pars

pars altera non nisi testibus injuratis pugnaverit, Menoch. *de arbit. quæst. l.* 1. *quæst.* 26. *num.* 3. Crot. *de testib. num.* 235. ubi non immeritò hanc sententiam in dubium vocat, non dissimulandum verò est, testes non juratos coadjuvare probationes, maximè, quando testes sunt personæ graves, Mascard. *de probat. lib.* 3. *concl.* 1362. *num.* 18. Deniq; quoties testi juramentum propter dignitatem personæ prorsus remittitur, dubium non est, quin testes, si plenam fidem faciant, quales sunt Cardinales, *gloss. in cap. cum olim, in verb. quorundam, ext. de privil.* Felin. *in d. cap. tuis, de test.* Duces, Comites, Nobiles fide digni, Doctores, Cott. *in mem. in verb. testi non jurato, vers. & ideò*, Blanc. *de indic. n.* 327. ubi asserunt, quod propter personæ dignitatem indicium faciant, Ripa *in d. l. admonendi, num.* 194. *vers. ampliatur.* 2. *num.* 199. ubi edisserit, quod Papa nec Cæsar † possint rescribere, ut testi non jurato fides habeatur, Crot. *de test. nu.* 22
1229. Farinac. *de test. l.* 3. *tit.* 8. *quæst.* 74. *num.* 59. *pag. mihi* 461.

CAPUT XCV.

DE INDICIIS, QVÆ EX DEPOSITIONE INCARceratorum, aliorumq; inhabilium testium depromuntur, &c.

SUMMARIA.

1. *Carceratorum attestationes indicia quæstionum pariunt.*
2. *Relaxatus, de quibus possit testari?*
3. *In delictis exceptis carcerati testantur.*
4. *Falsarii capti testificantur.*
5. *An hi, qui ad paritatem supplicii se subscripsère, testificentur?*
6. *Testificatio domini rei amissæ jurata contra furem vel prædonem, indicium parit.*
7. *Denunciator testatur in causa quam denunciavit.*
8. *Birroarius de iis, quæ ad officium suum spectant, deponens, integrè quoq; probat.*
9. *An & quando indicium faciat relatio biroarii?*
10. *Testes infames sine quæstione non testificantur.*
11. *Inter laudem & placentiam ambulare quid?*
12. *Birroarii qui dicantur?*
13. *Vogtei quid?*
14. *Officium Præfecti quale?*
15. *Officium Secretariatus apud Gallos & Germanos sordescit.*
16. *Historia de Secretario recensetur.*
17. *Centa vel centena quid?*
18. *Casus quos æquitatis ratio connectit, non sunt separandi.*
19. *Examinatur Farinacii sententia de testibus inhabilibus admittendis, nec ne?*
20. *Meretrix infamis est.*
21. *Explicatur lex 8. ff. ad L. Iuliam majestat.*
22. *An testificatio perjurii faciat indicium?*
23. *Monachi an testificari queant?*
24. *Monachi mortui dicuntur, & sic mortui quandoq; impregnant.*

CArceratorum † attestationes bonum indicium ad torturam facere di- 1
cunt, Alb. de Malet. *in tr. de test. p.* 1. *c.* 2. *num.* 50. Campeg. *de testib. reg.* 130. Mascard. *de prob. concl.* 268. *nu.* 5. Farin. *lib.* 2. *tit.* 6. *quæst.* 55. *art.* 4. *n.* 182. plenam probationem, verò, quoties carceratus non propter crimen aliquod famo-

ſum, ſed ob cauſam civilem captus detinetur, Campeg. *d. reg.*130. prout quo-
2 que dubium non habet, quin relaxatus † teſtari poſſit tam de his, quę ante ca-
pturam vel ſub captura vidit, & incompertis habet, Alb. de Malett. *in tr. de
teſt. p.*1.*c.*2.*n.*49. quæ pro re nata vel integram probationem vel indicia produ-
3 cunt, Campeg. *d. loc.* Sic receptum jure extat, quod captivi in delictis † exce-
ptis plenariè quoque teſtentur, *text. in c. fin. de teſt. ibi:* niſi forſan in exceptis.
4 ubi Abb. & Felin. Crot. *de teſt. lib.* 3. *n.* 103. de † falſariis captivis etiam con-
ſtitutum apparet, quod non obſtante criminis immanitate teſtificari poſſint,
neque referat, convincantur falſi dehinc, ſive non? vide Farinac. *d. q.* 55. *art.* 4.
*num.*215. Et quia accuſatores ad paritatem ſupplicii ſeſe inſcribere teneban-
tur, unde ſæpenumerò non cum reis carceribus includerentur, placuit quo-
5 que, ne iidem teſtimonium † dicere jure poſſent, *c. forus*, §. *in omni. de V. S. c.
accuſatores*, 3. *quæſt.* 5. Specul. *in tit. de teſt.* §. 1. *num.* 89. niſi contra furem prædo-
nemvè agatur, quo caſu teſtificatio Domini rei amiſſæ indicium parit, & quã-
do juramento in litem ſupplet & informat dicta teſtium, indeq; quantitatem
6 † rei furtivæ determinavit, probationem plenã efficit, Campeg. *de teſt. reg. n.* 4.
fallent. 2. Sic in cauſa matrimoniali accuſator teſtari poteſt contra accuſatum,
Specul. *in tit. qui matr. accuſ. poſſ. num.* 7. Farin. *lib.* 2. *de teſt. tit.* 6. *q.* 60. *illat.*
7 1. *nu.* 72. Denunciator etiam in cauſa delicti, quam † denunciavit, teſtatur,
8 Campeg. *d. loc. n.* 104. *fall.* 1. Farinac. *d. l.* non ſecus ac † Birroarius de eis, quæ
ad officia ſua ſpectant, deponens, utcunque vilis & infamis vulgò exiſtime-
tur, plenam fidem facit, *l.* 1. §. *cura carnis*, *ff. de offic. præf. urb. l. apparitores*, ubi
Bald. *C. de exact. lib.* 10. quam ſententiam non pauci ad cauſas criminales por-
rigunt, quoties depoſitio Biroarii defenſionem hominis concernit, Farinac.
d. l. 2. *tit.* 6. *quæſt.* 57. *art.* 11. *nu.* 188. In caſibus ſpecialiter non exceptis, Birroa-
9 rii † teſtimonium etſi non probationem, indicium tamen præbet non leve,
cumprimis judice adhuc inquirente, vel ubi ſub juramento, quo ratione of-
ficii aſtringitur, de injuria vel impeditione, dum officium commiſſum expe-
dituri erant, ſibi facta deponunt, Boſſ. *de denunc. n.* 12. Cephal. *conſil.* 141. *nu.* 71.
lib. 2. Damhud. *in pr. crim. c.* 15. *de cit. real. num.* 31. Cæterùm quoties hi ipſi ad
probanda non exculpanda delicta producuntur teſtes, non aliter fides eis ha-
10 bebitur, niſi mediante quæſtione, quemadmodum id de teſtibus † infami-
bus generaliter eſt receptum, de crimine deponant, Farin. *d. l. nu.* 396. qui de
tortura teſtium agit prolixè admodum, *lib.* 3. *tit.* 8. *quæſt.* 79. quò lectorem re-
mitto: neque ſic intereſt, ſibi ipſimet detulerint reos ſive non? prius autem ita
exaudiendum eſt, quoties Birroarii ſeſe ingerunt teſtimonio, vel jactant ſe ex-
actè ſcire veritatem rei, Innocent. *in c.* 1. *num.* 2. Hoſtienſ. *ibid. num.* 5. *de teſtib.*
ubi tamen judex mores conſiderabit ejuſmodi hominum, utpote mendaciis
& adulationibus ut plurimum aſſuetorum, ne temerè & perperam quæſtio-
ni emancipentur, aliàs non torquendi. Etenim hoc genus hominum ita com-
paratum

paratum esse vulgò constat, ut quo gratiam dominorum retineat, ambulare
soleat inter laudem † & placentiam, non autem Veronam versus, uti Pius 11
Pontifex scriptum reliquit ad ducem Ferrariæ, quod ex Felino refert Pet. de
S. Georgio *in tr. de conceß. feud. n.* 10. Dicũtur verò † Birroarii ipsi judicum Sa- 12
tellites, apparitores, lictores, Farin. *d. lib.* 2. *tit.* 6. *q.* 56. *art.* 11. *num.* 372. Cassan.
in consuet. Burg. tit. des justices, §. 7. *vers. Vamande de simple recusse. num.* 46. eos
appellat milites, quibus tanquam apparitoribus reus usque ad terminum ne-
gotii traditus fuit observari, ut rescrib. Impp. *in l.* 1. *C. de sport.* Hodiè cum
primis in oppidis illi ipsi sunt, quos vulgari idiomate dicimus Heschere/ Ste-
cken-Knechte / Marck-Vögte/ quod tamen † vocabulum Voigt / à *βοηθεῖα*, 13
quod auxilium & administrationem honestam denotat, ipsis meritò & abusi-
vè attribuitur. Vogtejan. morib. Germ. officium honestum & decorum est,
hinc administratio bonorum Ecclesiasticorum Groß-Vogtey / Thum-Vog-
tey. Et aliàs vocabulum Vogtey exprimatur territorium Grundt vnd Boden/
cum omni causa & regaliis, capiaturque sæpenumerò pro omnigena civili Ju-
risdictione, exceptâ centenâ. † Hinc Vogteyliche Obrigkeit / Vogteyliche 14
Vnderthane/ qui in recognitionem hujus Vogtejæ annuatim exhibent ave-
nam den Vogteyhabern/ etc. Andr. Knichen. *de sublim. & reg. jur. pag. mihi* 134.
& seqq. nisi, quod de officio † Secretariatus edisserit, idem Knichen *dict. loc.* 15
pag. 133. par judicium hic referre velimus, scribit enim, quod licèt Secretarii
in Italia summæ sint existimationis, in Gallia tamen minimi pendantur, nec
major in Germania Secretariorum nunc authoritas, quàm veterum & attri-
torum calceorum, quorum 20. denario veneunt, Guazz. *de convers. civ. l.* 2.
p. 271. Absit de nobis, officium hoc honorificum perstringere. Refert Guazz.
de Veredario historiam jucundam, *d. loc.* Secretarium in ministerio suo ha-
bentem, postquam, *ait*, clara & altâ voce semel atque iterum clamasset: † Se- 16
cretarie prodi, Secretarie progredere: ad eam vocem instar canis molossi
prosiluisse, atramentum sub cingulo, calamum propè aurem habentem, huic
in mandatis dedisse herum, dixit, ut tres equos usui præstaret, Secretarium
prehensis illicò sequestrib. illis instrumentis, equum adornasse, idemq; duos
alios conservos ipsius factitasse, quorum unus interrogatus, qui fieret, quod
herus Secretario officium equorum itineri aptandorum imponeret? Respon-
dit, conductum illum quidem fuisse pro stabulario, ut unà cum ipsis equo-
rum curam haberet, sed quia scribere & elocatos equos consignare, itemque
monetæ varietatem & valorem nosset, herum etiam Secretatii muneri ipsum
præfecisse. *Hæc ille.*

Haud aliter etiam vocabulum Vogteja consideramus: ait Knichen. *d. loc. pag.* 133.

Diximus paulò ante, excipi centenam regulariter à Vogteja, id hunc intellectum habet, ne præfectus der Vogt exercere possit merum imperium,

17 nisi ei specialiter sit concessum, centa enim vel centena † propriè significat correctionem delictorum, hinc Malefitz oder centbarliche Obrigkeit / Dominus cui centena competit, Zentherr vulgò in Franconia dicitur, quod ipsum latè explicat. Idem Knichen *d. loc pag.* 126.

Porrò, ut ad rem redeamus, quale indicium depositio incarcerati, birroarii præstat, idem quoq; de aliis personis inhabilibus statuendum est, cùm
18 parium idem sit † judicium, quæ n. in radice & causa conveniunt, ait Eberh. *in Top. in loc. à simili, num.* 1. illa etiam conveniunt in effectu, *l.* 31. *ff. de legib. ubi Zas. Bart. & Dd.* & casus, quos æquitatis paritas, rationis identitas connectit, quoad juris depositionem non sunt separandi, *l. illud, ff. ad L. Aquiliam.* Hinc quanquam usurarius, minor, impubes, monachus, meretrix, leno, &c. testificari jure nequeant, dubium tamen non est, quin jurata depositio eorum indicium efficiat quæstioni adminiculantibus indiciis sufficientissimum, qua
19 de re partim *suprà cap.* 73. *& seqq.* neque obstat, † quod Farinacius hujusmodi testes penitus à testimonio dicendo arcere videatur, *d. lib.* 2. *tit.* 6. *quæst.* 56. *art.* 9. 10. *& quæst.* 61. *oppos.* 14. *& seqq.* inde solummodò quod sint infames, aliam enim rationem reddere nescit, cùm ècontra toties limitando, sublimitando statuat, testes inhabiles admitti ad probanda delicta excepta, & quoties veri-
20 tas aliter haberi non possit, *d. quæst.* 56. *art.* 10. ubi scribit, meretricem, † quæ ipso jure infamis est, *l. palàm, §. non solùm, ibi: lege notatur, ff. de rit. nupt.* in criminibus exceptis veritatem cum effectu juris dicere posse, *per l.* 8. *ff. ad L. Ju-*
21 *liam majest.* ubi † mulier audita fuit, Catilinæ conjurationem manifestans, sed hæc lex non probat thema plenè, quoniam de muliere procul dubio honesta non meretrice loquatur, tametsi quidem existiment (Juliam illam) meretriculam fuisse, Mascard. *de probat. lib.* 1. *concl.* 462. *num.* 7. *&* 2. *concl.* 1063. *num.* 41. Porrò sibi contradicit, statuens *quæst.* 57. *art.* 5. testem perjurum postquam pœnitentiam egerit, testificari posse, usurarium, à scelere post peractam pœnitentiam absolutam, haud posse agere testem, imò testimonia ejus
22 nedum indicium † parere, quam sententiam dicit de jure verissimam esse, *d. quæst.* 56 *art.* 9. *num.* 355. Cùm tamen perjurus longè gravius peccet, quàm usurarius, quod ex disparitate pœnæ colligitur: argumentum autem ab effectu sumptum in jure validissimum est, Eberhard. *in loc. ab effect. num.* 4. Sed utcunque sese res hæc habeat, ne moveamini, præstat illa contradictoria sententia, inhęrentes brocardico illi, testes inhabiles, etsi non probationē inferant certam, tamen dicta eorum jurata indicium prębeant quęstioni, cumprimis quoties de delicto immediatè deponunt, quæstione adhibitâ, cui testes infames sæpenumerò subjugãtur, ambigendum non est, quin plenariè probent, Farinac. *lib.* 3. *tit.* 8. *quæst.* 79. indicia probanda, quod attinet, dicta inhabilium etiam jurata nihil præstant, quod toties *in capp. præcedentibus* inculcavimus. Quibus regulis tanquam sacræ anchoræ eousq; insistemus, donec de exce-

ptionibus

ptionibus probabiliter edoceamur, &c. Deniq; monachos † vulgò à testimonio dicendo repulsos esse, tradit Campeg. *de test. reg. 94.* cum non velle nec nolle habere dicantur, voluntate ejus à superiore solummodò dependente, *cap. si religiosus, & cap. si Abbatem, de elect. in 6.* qui etiam mortui mundo finguntur, *l. Deo nobis, C. de Episcop. & Cler.* & tamen quandoq; sic mortui imprægnant, *cap. sicut, de homic.* etiã propter commatres, &c. cæterùm *c. pervenit 18. quæst 3.* inordinariam classem eorum, qui plenariè attestantur, reducit. Farinac. *d. quæst. 61. oppos. 14. per tot.* Ergò multò magis dicta eorum † indicia præbent. A minori enim ad majus probabiliter infertur, Eberhard. *in Top. in loc. à minor.* Cùm enim id, quod plus est, licèt, utiq;, quod minus est, non debet eidem non licere, *l. 21. ff. de reg. jur.* Et dicit Salicet. *in l. 1. C. de jur. emphytent.* Quod argumentum à minori sit necessarium, & nunquam fallat. *Hæc ille.*

23 (margin, beside first line) · 24 (margin, beside "indicia")

CAPUT XCVI.

DE INDICIIS, QVÆ EX TESTIMONIO pauperum descendunt.

SUMMARIA.

1. *Pauperes examinati faciunt quæstioni indicium.*
2. *Testis pauper non dici potest omni exceptione major.*
3. *Paupertas præsumitur præ se ferre mendacia & corruptiones.*
4. *Cum paupere Principe fœdus contrahendum non est.*
5. *Pauper quis dicatur? variæ traditiones Dd. recensentur.*
6. *Civis pauper quis? Rusticus & nobilis pauper qui dicantur?*
7. *Notabile dictum Pauli de Castro, & Antonii Quottæ de his, qui trepidant statuere quicquam sine authoritate Dd.*
8. *An qui aureos 50. in bonis non habent, accusare possint?*
9. *Testes pauperes in casu matrimoniali quoq; testificari non possunt.*
10. *Attestatio testis pauperis & unà subditi in causa dominorum, tantò minus stringit.*
11. *Paupertas allegata probari debet.*
12. *Testis in interrogatoriis deponens quod sit pauper, cùm tamen dives sit, mulctari debet.*
13. *Personæ viles quæ dicantur?*
14. *Nobilis mercenarius factus, vilis dicitur.*
15. *Potatores assidui dicuntur viles.*
17. *Procuratores Curiarum viles sunt.*
17. *Munus advocationis indoctis publicè interdicendus.*
18. *Referuntur sententiæ aliquot memorabiliores de Procuratoribus pravis, autore Speculatore.*
19. *Iudicia vulgi non attendenda.*
20. *Dictum Ludovici XII. Regis Galliæ de malis Advocatis.*
21. *Cautelæ Speculatoris, quibus gratia judicis comparanda est.*
22. *Procuratoris attestatio solùm indicium facit.*
23. *Iudex pro arbitrio non potest pauperem vilémve hominem admittere ad testificandum.*
24. *In causa civili pauperes plenè probant.*

1 IN causis criminalibus etsi pauperes † examinari non debuissent, examinati tamen indicium faciunt quæstioni, ait Prosp. Farinac. *lib. 2. tit. 6. quæst. 56.*
2 Prius probatur, inde, quod testis † pauper non dicatur omni exceptione major, *l. 3. ff. de testib. c. si testes, §. testium, 4. quæst. 3.* Campeg. *de testib. reg.* 113. Cott. *in memorabil. verbo, paupertas,* Menoch. *de arbitr. quæst. 2. cas. 65. n.* 12. Mascard. *de prob. 3. concl.* 1155. ubi statuunt, quod testes pauperes sive duo pluresvè fuerint, haud integrè probent, Viv. *in com. opin. verb. testis propter solam paupertatem, &c.* quâ ratione etiam placuit, ne pauper actor in litem jurare, nec jurejurando defectum probationis supplere queat, Joh. Baptist. Plot. *de in litem jur. §. 50. n. 17. pag. mihi* 237. Crot. *de testib. p. 3. num.* 24. Ratio autem, quòd pauper à testimonio arceatur, vel cur pauperis attestatio non plenam mereatur fi-
3 dem, vulgò hæc tradi solet, quòd paupertas † præsumatur instructa mendaciis & corruptionibus, *gl. in l. 3. in verb. egens, ff. de test.* Hinc illud Horatianum:

Magnum pauperies opprobrium jubet
Quidvis & facere & pati,
Virtutisq; viam deserit arduæ.

cujus inter similia multa meminit Wilhelm. Antonii *de rescript. morator. concl.* 49. *n.* 9. Velut & Menandri dictum sonat:

ἀπὸ τῆς ἀνάγκης πολλὰ πονοῦμεν κακά.

Propter paupertatem multa perpatramus flagitia, vide Lucian. *in dialog.* 1. *pag.* 24. ubi statuit, perpetuâ invidia flagrare pauperes in ditiores, quæ fidem eorum ut maximè facit suspectam, *ibi:* necessariò futurum, ut pauperum insidiæ atq; odia in vos oriantur, nam quæ minantur vobis imprecaturos sese, prorsus abominanda sunt. Ac dii prohibeant, ne unquam ad ejusmodi imprecationes venire cogantur, &c. & teste Poëtâ:

——— *Quia vellit sæpius aurem,*
Invida paupertas. ———

Et Lucret. *lib.* 6.

——— *Paupertas horrida suasit.*
Invida paupertas rebusq; inimica secundis.

4 adeò ut cum Principe † paupere, socio impotenti nedum fœdera pangenda esse suadeat Cels. Mancin. *lib. 5. c. 1. de jurib. principat.* Farinac. *d. quæst.* 56. ubi refert dictum Menandri Philosophi: ibi: pauper, si causam justam dixerit, aliquid accipiendi gratiâ duntaxat dixisse existimatur, & non pro veritate. Menoch. *de præsumpt. præs.* 4. *n.* 9. Mascard. *de probat. lib. 2. concl.* 1103. *& concl.* 1155.
5 ubi cum Farinac. *cit. loc.* statuit † JCtos testis pauperis attestationes repudiantes respicere non ea, quæ accidunt ἐκ παρὰ λόγου, verùm quæ ἐπὶ τὸ πλεῖστον fiant, ut loquitur Pompon. *in l. 3 ff. de ll.* Quanquam enim pauperes sæpenumerò tàm dextrè veritatem dicant, quàm Crœsus ipse; non tamen hoc, utpote ἐκ παρὰ λόγου in considerationem venit. Pauper autem vulgò is dicitur, qui quinqua-

quinquaginta coronatos, ut ait Menoch. *lib.2.caſ.69.* in bonis non habet, *gl. in Auth. præterea, C. unde vir & uxor, l.10. ff. de accuſat.* quæ de aureis 50. duntaxat loquitur. Alii exiſtimant, ut qui 100. aureos non habet, pauper dicatur, *argum. §. ſed noſtra. inſt. de ſucceſſ. lib.* quos aureos ſummam 130. coronatorum efficere ſcribit Alciat, *lib. 2. parerg. jur. c.* 11. alii pauperem definivêre, qui in bonis tantum non habet, quanti valoris eſt cauſa, in qua teſtis producitur, Jaſon. *in l. ſi conſtante, nu.*153. *ff. ſolut. matrim.* Menoch. 2. *arbit. jud. cent.* 1. *caſ.*969. *num.* 1. alii pauperem dixerunt, qui non poſſet propriis reditibus alere legionem militum, juxta ſententiam M. Craſſi, quem inde Cicer. *c. fin. paradox.* reprehendit. Apud Romanos illi pauperes nuncupabantur, quibus quadraginta ſeſtertia non erant in bonis, Alex. ab Alex. *lib.5. gen. dier. cap.16.* alias nobilis pauper dicitur, quorum bona mille aureorum non conſtant, pauper Ruſticus, qui centum in ære nec agro habet, civis † pauper utpote medius in- 6
ter nobilem & ruſticum qui quingentos aureos in bonis non habet. Vid. Menoch. *de arbitr. jud. quæſt. lib.2. cent.1. caſ. 65. num.9.* & quanquam ibidem civis non meminerit, ejuſdemque paupertas ſine authoritate allegata hìc definiatur, non tamen hoc temeritati nobis detur. Reprehendit Paul. de Caſtro *in l. Claudius, ff. de acquir. hered.* Dd. qui trepidant ſtatuere nova, & quorum ſcientia vel judicium † non adeò eſt inſtructum, ut audeant ſcribere quicquã, 7
quod non priùs fuit dictum & authoritate fultum, Anton. Quetta *conſil.*50. *num.*5. Cæterùm quis teſtis pauper dicatur ad hoc, ut dictum ejus non fidem plenam ſed indicium pariat, judicis arbitrio definiendum relinquit Menoch. *d. loc. num.* 11. Et quanquam non pauci ſcriptum reliquerint, propter ſolam paupertatem non repellendum teſtem eſſe à teſtimonio dicendo, Abb. *c. ſi qui teſtium, n.8. extr. de teſtib.* Dec. *conſil.* 163. *num.* 7. Maſcard. *lib.3. concl.*1155. aliique ab hiſce citati, non tamen dubium eſt quin paradoxon conſtitutum à nobis præmiſſum, jure & ratione magis magisq; fundetur, *l.3. in pr. ubi, Dd. ff. de teſtib. l.*10. *ff. de accuſ.* ubi diſertè Hermogen. ſcribit teſtes, propter paupertatem, ut qui minùs quàm 50. aureos † habent, accuſare non poſſe. Inde 8
infertur ſi propter egeſtatem teſtis repudiatur, ne accuſare poſſit. Ergò multò fortius ob paupertatem repellitur ne teſtari queat; Ratio eſt, quod plus periculi præ ſe ferat teſtificatio quam accuſatio, ſiquidem enim accuſare ſufficit, ecquis innocens erit? *per vulgata,* acta & probata itaq; judiciorum nervi ſunt, & producunt demum ſententias, non delationes non accuſationes, *Dd. in l.*4. *Cod. de edendo*, quam regulam in tantum ſtringere conſtat, quod nedum in cauſa civili ardua, nec matrimoniali teſtes † pauperes recipiantur; Ruin. *conſ.* 9
158. *& conſil.*149. *l.*5. quemadmodũ in ſpecie cautum eſt, ne ad confectionem inventarii requirantur teſtes pauperes, *§. ſi verò. Novell. de hered.* & Falcid. *ubi Cujac. in expoſit.* Menoch. 2. *arbitr. quæſt. caſ.* 96. *in fine.* Bartol. *conſil.* 115. *col.*2. ubi adſerit, exceptionem paupertatis cõtra ſubditos, miniſtros, famulos, affi-
nes

nes consanguineos, impuberes, aliosq; inhabiles testes, qua duo vincula ligant fortitudine, opponi posse, Menoch. *d. cas.96.n.7.8.*

Porrò jure expeditum est, in causa criminali non nisi testes exceptione omni majores testari posse, Menoch. *d. cas 96. num.6.* Farinac. *d. q.57. tit.6. de testib. per tot.* Atqui testes pauperes omni exceptione majores non sunt, quod nimirum extra omnem controversiam situm est, *l.3. ff. de testib. l.10. ff. de accus.* Ergò hic testis plenam fidem non facit, attestatio tamen ejusmodi, uti diximus, indicium producit, Mascard. *de probat. lib.3 concl.1155. n.15.* Menoch.
10 *d. loc. num.6* ubi statuit, quod † nedum in casu, ubi testes vulgares, neque omni exceptione majores admitti possunt, recipiantur pauperes, una ministri vel subditi producentis existentes, &c. Planè paupertas ab adversario allega-
11 ta † probari debet, *gloss. in l.5. §.1. ff. qui satisd. cog.* Bald. *in l.4. C. quand. fisc. vel privat.* Alciat. *de præsumpt. reg.2. præs.27.* Wilhelm. Antonii *de rescript. mora-*
12 *tor. conclus.22. num.8.* Testis verò super interrogatoriis † examinatus, an dives vel pauper sit, isque pauperem se esse dixerit, cum tamen non sit pauper, mulctari debet, Bald. *in c. si quis testium, num.9. de testibus*, Farinac. *d. l.2. q.57. tit.6. num.89.*

13 Cæterùm quod de teste paupere hucusq; diximus, in vili † & abjecto homine testificante quoque jure receptum esse constat. Viles autem dicimus eos, qui ex infima plebe nati, in jure humiles dicuntur, *l. humilem, 7. C. de incest. nuptiis*, nec in ludis spectandis, subsellia habebant, Plin. *33. nat. histor.3.* Item humiles sunt respectu victus & artificii ludicri, quod profitentur, ut histriones, mimi, joculatores & goliardi, ut loquuntur, *c. unico, de vit. & honest. cler. l.1. ff. de his, qui not. infam.* laboris sordidi, quem sustinent, ut carpentarii, spanaldi, purgatores latrinarum, rasores hominum in balneis, Spec.
14 *de test. §.1. nu.66.* Farinac. *d. sæpè loc. n.49.* ubi agricolas mercenarios † aliosque homines, qui in agro sic vivunt, ut in sudore vultus vix panem habeant, huc quoque refert, & dicit eos planè à testimonio removendos, quod ad nobilem mercenarium factum extendit, Tiraquell. *de nobil. c.34.* Deniq; inter personas viles, referuntur, meretrices, Lenones tabernarum frequẽtatores
15 † potatores assidui. Nepos de Monte Albano. *in tr. de testib. n.18. pag mihi 4.* Quorum testimonia nihil aliud præterquam indicia, non probationes integras producunt, Farinac. *d. loc. nu.61. & seqq.* Et quia inter personas viles procuratores quoque connumerantur, *l.34. ff. de decurion. ubi gloss. & Bald.* adeo, ut Dd. nobiles, officium Procuratoris subeuntes, infamissimam, ut ait text. *d. l.34.* suscipientes, utilitatem, &c. Consequens est, attestationes eorum fidem integram haud mereri, quod etsi durum forsan videretur nostris Procuratoribus, est tamen ita lex scripta, *l.12. ff. qui & à quib. manumiss.* Hart. Hartmanni *in forens. pract. de arbitr. num.14. pag. mihi 16.* Guid. Papa *in decis. quæst.*
16 *89* Submirandum autem perverso hoc seculo, Procuratores † oppidanos veros

eos ignorantiæ fratres, nobile advocationis exercitium sibi facillimè arrogantes, quò advocationis munus summa afficitur ignominia, advocati non secus ac si militari viro, à calone insignia subtrahantur, despiciuntur, cùm miles insignia perdens, infamis fiat, *l.2.ff.de his,qui not.infam.* Specul. *l.1.part.p.* 264. clientes miserè eviscerantur, & judicia, pro nauci fiunt, edictis publicis, non minus ac medici Empyrici & impostores circumforanei, falsarii apertissimi laqueo, ferro, igni coërceantur, *argum.const. crim. Carol.V. artic.134.ibi:* der mit keinem Grunde gelernet / scilicet, qui † advocati titulo tripudiantes, 17
insidiantur, & parti & judicio, parti, quoad crumenam, judici, quoad molestiam, Specul.*l.2.p* 1. §.4. *de except.* à causa enim quam inscitiâ suâ corruperũt, regulariter † appellant, ut qui non aliter quàm appellare didicêre, ut proinde 18
mali lætentur, & in rebus pessimis exultent, 23.*quæst.*4. quorum garrulitatem rustici pro authoritate, scurrilitatem pro peritia ducunt, *dist.*46.§.1. Specul. *d. loc. num.* 55. Cumprimis procuratoribus loquacitate adeò instructis, ut qui verba sicut capra stercora fundere & proferre queant. Equidem vero verius est, vulgi judicia † ita comparata esse, ut quicquid extollat, infame sit, quod 19
laudet, vituperio dignum, quod loquitur, falsum, quod improbat, bonum, quod approbat, malum, quod cogitat, vanum, ita dixisse fertur *Johan.*13. Papa, teste Balæo *in vita ejus.* Hinc consultus Aruspex, quid oculis maximè prodesset Respondit: Si procuratorem rarissimè videris. Quapropter † Ludovi- 20
cus XII. Rex Galliæ dicere solitus fuit; quod procurator impudenter sutoris artificium sibi vendicet, nam quod sutoris proprium est, dentibus alutam producere. hoc procuratoris in dilatandis miserorum causis, Arnold. Ferron. *de rebus gest. Ludov. XII. pag. mihi* 76. Specul *in loc. de advoc.*§.1.*pag.* 261. ubi cautelam tradit, qualiter indoctus patronus sit confundendus, *&* §.5. *de advocat.pag.*269.*&* §.4.*recusat.judicis*, docet, de † cautelam, quâ judicis favor 21
& benevolentia captanda sit, ibi: humiliter audiat judicem loquentem, & ejus dicta extollat laudibus, dicens ei: Domine Deus noster, quàm admirabilis est sapientia tua, initium eloquium tuum vehementer, & servus tuus dilexit illud. Lætabor ego super eloquia tua sicut qui invenit spolia multa. *Hæc ille, in tit.seq.de exord.& Arreng.advoc.p.*212.

Manet itaq; , ut ad rem redeamus, procuratoris † attestationem omni 22
exceptione haud majorem esse, cujus dictum indicium parere verius est per regulam: Quod persona vilis non fidem integram, sed indicium pariat, Farin. *d.tit.6.q.*57.*lib.*2 *per tot.* quæ regula hactenus vera manet, donec de exceptione doceatur, & quanquã probationes quoad judicem vulgò dicantur arbitrariæ, *l.3. §. tu magis, ff. de test.* statuendumq; penes judicem residere totam hanc juris materiam videatur, ut pro arbitrio vel viles pauperesq; testes recipere vel rejicere possit, nec ne? Non tamen hoc locum in criminalibus sibi vendicat terminis, Osasc.*consil.*77.*num.*22. Farinac *d.loc.in fin.ibi:* factum

Kkk est,

est, pauperem vilemq; testem non admitti in criminalibus; *& ibi:* quod fides testis pauperis judicis † arbitrio remittatur, procedit in civilibus, non in criminalibus saltem quoad condemnandum, &c. Ergò quoad inquirendum, torquendúmve duntaxat hominem.

23

24 In causa civili † testes pauperes vilesq; homines plenè probant, Marsil. *in l. libero, n. 9. ff. de qq.* cumprimis quoties contestes ditiores & graves juxta se habuerint, Crot. *de testib. p. 3. num. 27.* Testium enim pluralitas debilium fidem supplet, Bald. *in c. si qui testium, num. 5. de test.* Mascard. *de probat. 3. concl. 1155. num. 20.* Berlold. *consil. 210. num. 7.* ubi hoc axioma quoq; ad causas civiles restringunt, subjicientes, quod numerus in causa criminali quidem suppleat defectum testium, quoad quæstionem, nunquam verò ad pœnam, Farinac. *d. loc. num. 96.*

CAPUT XCVII.

DE INDICIIS, QUÆ EX RELATIONE MINORUM & impuberum resultant.

SUMMARIA.

1. *Testimonium impuberis indicium facit.*
2. *Recensentur opiniones dissent. Dd.*
3. *Quando domesticorum testimonia plus operentur, quàm mera indicia.*
4. *Impuberes non vitæ inculpatæ, vel morum improborum esse debent, in testes recepti.*
5. *In causa inquisitionis minor quoq; admittitur.*
6. *Distributio ætatis, juxta Galeni sententiam refertur.*
7. *An puer minorq; 14. annis ad juramentum admittendus?*
8. *An matrimonium sit sacramentum?*
9. *Trebius Legatus Romanus puerum condemnavit ad ultimum supplicium.*
10. *Hircire & Hircicare quid sit?*
11. *Nuptiæ immaturæ & infœcundæ damnantur.*
12. *Ridiculum est, quod puer juvenes sibi nomen politicorum arrogent.*
13. *Ante septennium non pueri, nec puellæ ad juramenta præstanda, adeoq; testimonia ferenda admittendæ.*
14. *Cur Romani puellis die octavo, pueris nono nomina dedêre.*
15. *Puellæ citius pubescunt, quâ ratione id contingat?*
16. *Authentica. Sacramenta impuberum, C. si advers. vendit. luculenter exprimitur.*
17. *Locus Marsilii de duobus infantibus matris cædem manifestantibus.*
18. *An major testari possit de hisce, quæ vidit ante septennium,*
19. *In causa falsi depravatam monetam concernentis minor, major factus non potest testificari.*
20. *Cur impubes non possit esse testis in testamentis.*

1 IMpuberis testimonium, † concurrente indicio, sufficiens indicium torturæ facere, tradit Farinac. *l. 2. tit. 15. de oppos. cont. personas test. q. 58. num. 52.* Blanc. *de indic. num. 349.* ibi: nam tunc existimo, quod faceret indicium ad torturam, si modò alia concurrerent, Carr. *in pr. crim. de indic. & tortur. §. fin. n. 15.* Gometz. *3. resolut. de probat. 12.* Marsil. *in l. 12. n. 46. ff. ad l. Cornel. de Sicar.* Felin.

Felin. *in c. dilecti. num.* 8. *de accusat.* Mascard. *de probat.* 2. *concl.* 682. *n.* 4 Riminald. *consil.* 7. *num.* 19. *lib.* 1. Hippol. de Marsil. *in pract.* §. *diligenter, n.* 141. Farin. *d. t.* 15. *num.* 44. *& quæst.* 62. *num.* 261. ubi generalem hanc constituit Regulam: quod testes inhabiles & non admittendi faciant indicium, admissi & examinati: Cum primis quoties defectus lubricum ætatis animum in teste respicit, uti ait Farinac. *d. quæst.* 58. *n.* 44. Bartol. *in l. maritus, num.* 3. *vers. quandoq; testis, ff. de quæst.* Marsil. *in l.* 1. *§. divus, ff. de qq.* Brun. *de indiciis p.* 1. *quæst.* 2. *num.* 16. Blanc. *de indic. num.* 347. Atqui testes impuberes sano intellectu indicio maturo, haud utuntur, *l.* 1. *& t. t. ff. de minor.* Ergò.

Sed † adversantur Angel. *de malef. in verb. fama public. n.* 33. Riminald. 2
consil. 524. *num.* 28. *lib.* 5. aliique ab hisce citati, in specie hoc thema tractantes & propositionem majorem expresse negantes. Quorum sententia tamen parùm vel nihil stringit 1. ut quæ rationes probabiles non habeat 2. eaque contra communem prorsus inducatur. Proinde Farinac. *d. quæst.* 61. *nu.* 266. Non per hoc (intellige contrarietates Dd.) non recedas à proposita limitatione, quæ uti vides magis communiter à Dd. recipitur, &c. Et idem *lib.* 2. *tit.* 6 *quæst.* 58. *num.* 45. *ibi:* Et licet contrarium, quod scilicet impuberis nullum faciat indicium, suadere videatur Oddofredus, cùm primis extra causam læsæ majestatis examinatus, non per hoc tamen recedas à propositâ limitatione, quæ non solum communiter, ut vides à Dd. recepta est, sed etiam in se verissima est. *Hæc ille.*

Quinimò ubi de facto † domesticorum quæritur, pone patremfamilias occisum reperiri in domo, ignorari autem quis author cædis sit, impuberes domesticos ad testimonia admitti, atq; hoc casu plusquam indicium operari dicta eorum scribit Farinac. *d. loc. num.* 25. Specul. *de teste*, §. 1. *n.* 34. Alb. de Malett. *de test. c.* 5. *num.* 20. Campeg. *de test. reg.* 112. *fall.* 5. 3

Planè quoties veritas aliter haberi nequit nisi impuberum † assertione, dicta eorum probant, modò tamen impuberes ætati legitimæ, id est, annis 25. proximi, neq; vita culpabiles inventi fuerint, Marsil. *in l. de minore, n.* 24. *ff. de qq.* Alexand. *consil.* 64. *n.* 1. *lib.* 1. Johan. Baptist. Plot. *de in lit. jur. §.* 54. *n.* 31. Blanc. *de indiciis ad l. fin. ff. de qq. num.* 349. ubi existimat, quod minor annis 14. nedum recipi possit à judice ad formandam † inquisitionem, cum alias judex 5
ex officio procedens regulariter, se fundare possit in attestatione minorum vel impuberum, Joan. Andr. *in addit. ad spec. tit. de teste, §.* 1. *num.* 34. Brun. *de indic. p.* 1. *quæst.* 2. *num.* 17. Campeg. *de teste reg.* 112. *fall.* 3. Marsil. *d. l. de minore, num.* 24. 4

De puero † annis 14. proximo, (Galen. 5. *Aphor.* 7. *&* 9. ætatem impu- 6
berum discernit in pueritiam, quam annis 14. sive impubertatem & adolescentiam cum ll. civilibus, annis 25. definitam absolvi ait) non immeritò etiam quæritur, an testificatio ejus indicium pariat? qua in quæstione hypothe-

7 ſis primum eſt conſtituenda, utrumnè puer † ad jusjurandum teſti conve-
niens, admitti poſſit, quoniam jure expeditum ſit, teſti injurato fidem nul-
lam haberi ſive de probatione delicti ſive indiciorum quæritur? Quod affir-
mandum videtur 1. quoniam annorum 14. puella, 2. nuptias contrahere effi-
caciter poſſit, §. 1. *inſtit. de nupt. l.* 1. *ff. de Sponſ. l.* 4. *de rit. nupt. Novell.* 100. *c.* 2.
8 *§. novimus.* Atqui juxta Canones matrimonium † Sacramentum eſt, quod
tamen Auguſtana confeſſio negat, cum non omne, quod miniſterium in ſe
continet, ſit ſacramentum, *Paul. ad Epheſ.* 5. Dn. Arniſ. *de jur. connub. c.* 6 *ſect.*
4. *n.* 10. majus autem ineſſe videtur periculum huic, quam illi facto. Ergò, &c.

2. Facit, quod minor ſive puer non arceatur in Eccleſ. à ſacra Synaxi,
non Baptiſmo, ne compatrem agere queat, uti experientia rerum magiſtra id
luculenter atteſtatur.

3. Quia minor ætas pro re nata nedum delicta minuit vel excuſat, *l.*
9 24. *ff. ad SC. Syllan.* ubi dicitur, Trebium † Germanum legatum ſumpſiſſe
ſupplicium de quodam puero, &c.

10 4. Quia pueri ætatem illam attingentes ſolent hircire † vel hirce-
ſcere, ut ait Rodig. 19. *antiq. lect. cap.* 21. vocem mutant & paulatim ad virili-
tatem exſiccatâ humorum ſuperfluitate, quæ hactenus judicium rectum ob-
ruebat, declinant, incipiunt pueri, ut Macrob. 1. *in ſomn. Scipio, cap.* 6. Galen. 3.
Aphor. comm. 27. vocem mutare circa ſecundum ſeptenarium, quæ ſunt certa
indicia mutationis humorum, accreſcēte jam calore & ſiccitate corporis, &c.

Sed hæc parùm vel nihil ſtringunt. 1. Quanquam enim illa ætas ſuffi-
11 ciat † nuptiis, quod favore matrimonii lege papia & Poppœa introductum
penes Romanos conſtat. Taceo Ariſtotelem 7. *polit.* 16. nuptias immaturas &
infœcundas hujuſmodi quodammodo improbare. Majores noſtri, ait Cæſar
6. *de bell. Gall.* intra annum vigeſimum fœminæ notitiam habuiſſe, in turpiſſi-
mis habebatur rebus. Non tamen inde ſequitur: Ergò minor ejuſmodi jura-
to poteſt teſtari. Ratio diverſitatis eſt, quod matrimonia multò minora præ ſe
ferant pericula, quam jusjurandum à puero præſtandum, illic enim de tem-
porali ſalute bonisque externis, hic de ipſa animę ſalute, quæ precioſior eſt
toto mundo, agitur, à diverſis autem malè infertur, *l.* 3. *ff. ad l. Aquil.*

Ad 2. Reſpond. Quod ſimiliter nihil inde ſequatur, licet enim infan-
tes quoque jampridem nati ad Sacroſ. Baptiſma transferantur, illiusq; Sacra-
menti participes fiant, *l.* 12. *C. ne S. Bapt. iter.* & inſuperq; pueri inter cōpatres
ſub Baptiſmo recipiantur, non tamen inde poteſt inferri: Ergò pueri atteſtari
juratò poſſunt, nulla vis concludendi eſt.

Ad 3. Reſp. Quod *text. d. l.* 24. de minore ſervo loquatur, eoq; puero,
qui doli capax erat, nec multum à puberi ætate diſtabat, ut ipſe text. loquitur.
A quibus tanquam diverſis etiam malè infertur.

Ad 4. Reſp. Nihil etiam inde firmiter connecti, quantumvis enim
illa

illa ætas paulatim humores mutet, genereťque indicium paulò constantius
quàm antea erat, non idcircò tamen ante septenarium secundum puero hoc,
quod in quæstione est, reclamat, *l. 2. & t. t ff. de minor.* hinc subridet Albert.
Gentil *in orat. de re milit. Roma. & Turci.* fatuum hominum genus, quod † 12
politices praxin sibi somniat, cùm vix de ovo progressum sit, Waremund. ab
Erenberg. *de fœd. p. 1. c. 1. num. 89. ibi :* Verum eò hodie deventum est, ut pueri
velint nominari Politici, &c. Porrò quod puellas attinet, neq; hæ quoq; ante
septenarium secundùm admittendæ ad testimonium in casibus, ubi † mulier 13
testis recipitur, neque movet quod Epictetes in Enchirid. quem citat Arnis.
de jure connub c. 2. sect. 2. num 22. scriptum reliquit, nempè mulieres statim ab
anno 14. à viris dominas vocari: & refert Plutarch. *in problem.* Veteres Roma-
nos † octavo die nomina imposuisse puellis, pueris die nono, quo procul du- 14
bio celeriorem maturioremq́ue in illa ætatem demonstrare voluere. Hinc
quoque Hippoc. de septimestri partu, ubi ex utero sejunctæ fuerint, ait: puel-
lę citius quàm pueri pubescunt, sapiunt & senescunt, &c. Nam quod puellæ
crescunt & pubescunt citius, hoc naturæ vitio, non virtuti † asscribendum. 15
Quod citius crescit, citius finitur, ait Bald. *in l. 2. C. de his, qui ven. ætat. impetr.*
Sic quod natura modicum curat, citò producit augmentum, Ægid. *de reg. pr.
lib. 1. p. 2. cap. 23.* quem refert & sequitur Arnis. *d. loc.* imò videmus arbores ad
interitum properantes, impensius luxuriare, & ante tempus fructus semi-
coctos maturare, eleganter Agell. *lib. 14. noct. Attic. cap.* 2. hinc illud: mala her-
ba citius crescit, Accurs. *ad pr. Instit. de nupt.* Cùm enim nedum pubes, qui
etiam minor adhuc dicitur, *tit. de minor.* ad juramenta regulariter admittatur,
nisi cùm juraverit, ea religionis respectu sustineantur, *auth.* † *sacrament. im-* 16
puber. si advers. vendit. quæ authent. verbotenus transcripta extat in usibus
feud. *lib. 1. tit. 53. in fin.* per regulam, quod multa ex post facto valeant, quæ ab
initio non consistebant, juramentumq́; modò subjectum non prorsus inad-
æquatum reperiat, faciat actum juratum inexpugnabilē, modò dolus metus
& læsio enormissima absit. *d. auth sacramenta.* Schurff. *consil.* 17. *cent.* 1. Eber-
hard. *in Top. in loc. à vi virt. & energ. juram. nu.* 2. *& tot. illo capite elegantissimo.*
Hinc Zas. *in Epit. feud. p. 6. num.* 17. ait: Quod actus agentium agant & valeant
in subjecto prædisposito. Atqui de minore 14. ann. hac in parte nihil disponi-
tur. *d. authent. sacramenta*, eum prorsus excludit, cùm in exorbitantibus aliàs
nulla fiat extensio, Eberhard. *in Top. à loc. à ratione, leg. ampl. & c. nu.* 48. *& seqq.*
Ergò jure & ratione tacente, nostrum quoque est tacere, Farinac. *de opp. con-
tra dict. test. 2. tit. 6. quæst.* 58. *num.* 47. ubi tamen subjicit, quod minoris ejus-
modi depositio informis, faciat nonnihil ad instruendum judicem, qui pri-
dem generaliter inquirit, Bald. *in l. servos, C. de test.* Marsil. *in l.* 10. *num.* 23. *ff. de
qq.* Boss. *in tit. de inquis. num.* 62. ubi tradit, quod qui propter ætatem examina-
ri non debebat, faciat quale quale indicium ad inquirendum, Menoch. *de præ-*

17 *sumpt.1.quæst.*88 *num.*14. refert Marsil.*d.l.*10.*num.*24.referentibus † duobus infantibus de cæde matris, occisorem captum, ac tandem punitum fuisse, quod in simili aliquoties Senatum Rothomagensem observasse scribit ex Igneo *in l.excipiuntur,num.*37.*ff.ad SC. Syll.* Farinac. *d. loc. num.* 31. hinc jure placuit,ut minor major factus testari possit de iis, quæ etiam vidit & cognovit ante septennium, modò ea sic comparata sint, ut in sensum infantis ca-
18 dant,Specul.*de test.§.1.num.*35.*ubi Joan. Andr. in addit.* ut cùm testis † examinatur de ætate condiscipuli,quo cùm vixit in disciplina,&c. vel ubi testatur in anno ætatis sexto vel septimo cæsa fuisse ligna, pecora depasta in sylvis, certisve campis,addens se tunc temporis quoque custodivisse, pavisse pecus, se cum asellis ligna portasse de sylva, Alex. *consil.*88.*num.*20.*lib.*5. Secus est, pu-
19 bere vel majore jam facto † de falsâ moneta excusa deponente, cujus testimonium inde non recipitur, quod non videatur cecidisse in puerum intellectus & discretio tanta,quâ judicare potuerit,utrumne moneta in bonitate intrinseca vel extrinseca,ut loquuntur, defecerit, quæ cognitio non nisi in virum gnarum & experientem cadit,*argum.l.*1.*§.impuberes,C.de fals.monet.* Alber.de Malett.*cap.*5.*de testib.num.*22. Dubium tamen non est, quin depositio ejusmodi indicium pariat,si non ad torquendum, saltem ad inquirendum.
20 Quinimò si impuberis † dictum indicia parit, quidni majorennis attestatio? quoad ea, quæ vidit & audivit impubes, & licèt non formaliter adeò deponat,sufficit,quod utcunq; deponat,non tam ad faciendam plenam probationem,quàm indicium,Jacob.de S. Georg.*in l.*3.*l.Julia* 5.*num.*4.*de test.* Clar. *in §.fin. quæst.*24. *num.* 17. ubi ex Calc.refert, hanc communem omnium sententiam esse, David Döring *tom.*1.*Biblioth.Jurisconsf.verb.ætas,nu.*188. Quod secus de testamentis ordinandis sese habet, ubi nempe impubes testis ad illa adhibitus nunquam testari de voluntate testatoris potest, *§. testes, Instit. de test.ordin.*gloss.& Bart.*in d.l.*3.*§.*5.*ff de testib.*gloss.& Dd.Gœd.Brechæ.*in l.*99. *§.*2.*ff.de verb.sign.* Döring *d.verb.ætas,num.*190.*in princ.& fin.* Ratio est, quia testamenta hoc præ se ferunt, ut testes jure requisiti nō tam ad probationem, quàm substantiam ultimarum voluntatum præstent, Farinac. *d. lib.* 2. *de test. tit.*6.*q.*58.*n.*56.

CAPUT XCVIII.

DE INDICIIS, QUÆ EX SPONTANEA ET *scriptis comprehensa attestatione resultant.*

SUMMARIA.

1. *An testes sponte deponentes probationem faciant?*
2. *Explicatur* Novell.90. *cap.* 1.§.1.*ibi: si verò.*

3. *In*

3. *In judiciis omnia ordine & decenter fieri conven:t.*

4. *Tutor se tutelæ offerens spontè, suspe-ctus est.*

5. *An & quando sponte sese offerens depositarius torqueri debeat?*

6. *Testes reprobati extra quæstionem non faciunt fidem.*

7. *Procuratores curiarum inferiorum utpote personæ v.les sine quæstione non attestantur.*

8. *Testes non citati produci non possunt, & exinde non reprobantur.*

9. *Personæ egregiæ sponte testificari possunt.*

10. *Testes spontè deponentes indicium faciunt.*

11. *Testis reprobatio liquidò doceri debet.*

12. *An testis scriptis deponere possit?*

13. *Attestatio in scriptis facta indicium parit.*

14. *De fama potest in scriptis deponi.*

15. *Viri egregii in scriptis deponunt.*

16. *An indicium faciat depositio per procuratores facta?*

17. *An viri illustres per procuratores attestantur? N.*

18. *Declaratur id memorabilibus præjudiciis.*

19. *Locus Valerii Maximi de Xenocrate recitatur.*

20. *Decisio quæstionis subjicitur.*

21. *Arbitrante judice, partes possunt remittere juramenta t.stibus.*

22. *Iuramentum calumniæ non potest à partibus sibi invicem remitti.*

23. *Testis in formâ solita deponere nolens, admittendus non est.*

24. *Qualiter statuto introduci possit, ut testi non jurato plenariè credatur.*

25. *Formula,* Bey Adelichen Ehren vnnd Trewen, *quâ nobiles & Dd. deponunt, in causis criminalibus haud recipienda.*

25. *Nobiles bonis lapsi jurant in forma communi.*

27. *An indicium pariat attestatio facta,* Bey Adelicher Ehre/oder Eydsstat?

28. *Rejicitur formula, quâ quis jurat,* Bey Verlust seiner Seligkeit.

29. *Per genios jurare quid?*

30. *Qui jurat per Diabolum, se in uxorem ducturum quandam puellam, juramenti vinculo relaxatur, siquidem aliud non sit, quod matrimonium liget.*

31. *Iuramenta formulis illegitimis præstita, an indicia pariant?*

TEstis † spontè deponentes probationem non facere vulgò *Dd. ex No-* 1
vell. † *90. de test. c. 1. §. 1. ibi: si verò ignoti, &c.* demonstrare gestiunt, sed 2
malè, siquidem enim rem penitius intuemur, textus id nequaquam infert,
lectorem ad text. citatum remittentes. Quod verò testimonium hujus testis
suspectum sit, evincitur communi illo juris brocardico, quod omnis ingessio
& intrusio jure reprobetur, qua de re supra prolixius, *cap. 19.* Petr. Pecc. *de reg.*
jur. pag. mihi 71. ibi: quoniam omnia suo loco † atq; ordine fieri convenit, 3
ut concors illa rerum harmonia, quam totus in civitate exoptat Aristot. conservetur. Adeò ut testis repulsus injuriarum convenire nequeat repellentem. Idem *d. loc.* Hinc tutor † se tutelæ ingerens, suspectus est, neq; ad tule- 4
lam admittendus videtur, Pecc. eleganter *d. loc.* Crot. *de test. num. 256.* Et quia
sponte † depositurus torqueri potest, Farinac. *quæst. 29. nu. 38. & lib. 3. tit. 8.* 5
quæst. 97. num. 7. dubium non est, quin tortus demum probationem faciat
non secus, ac si nunquam se ingessisset. Idem Farinac. *d. l. 3. tit. 8.* per regulam
tritam, quâ placuit, generaliter testes † jure reprobatos quæstioni expo- 6
nendos, vel testibus reprobatis extra quæstionem non haberi fidem, *l. 15.* ubi
Marsil. Bart. & Dd. *ff. de qq.* quod in testibus vilioris conditionis quoque est

rece-

7 receptum, de quib. suprà *cap.96.* Hinc Rabulæ Procuratores † illiterati, lividi, & rixosi, coram curiis oppidanis vel provincialibus judicum, Landt oder Schuld-Gericht agentes, utpote officium vile exercentes, *l.34.ff.de Decurio.* ante depositionem meritò torquebuntur, sed modicè, juxta ea quæ tradit,
8 Farinac. *d.cap.76.per tot.* Testes autem producti † licet non citati sint, non possunt tamen videri suspecti, Paul. de Castro *in l. quæ omnia, num.4.ff.de procurat.* Bartol. *in l.5.§.10.ff.de his quib. ut indig.* Felin. *in c.2.nu.24.* ubi & Abb. *num.15.ext. de testib.* quemadmodum testis fortuitò in loco judicii receptus pro re nata examinari potest, qui idcircò non potest sponte dici pervenisse ad curiam, Farinac. *d. loc. num.19.* cumprimis adversario nihil contra testes op-
9 ponente, Anton. de Butr. *in d.c.2.de test. num.10.* Personas egregias † quod attinet, hæ procul dubio testificari possunt spontè cum effectu juris, Campeg. *de test.reg.167.* prout etiam in causa illa, quoties de vitando scandalo agitur, idem receptum esse apparet, Felin. *d.loc.n.23.* Marsil. *in sing.sing.140.*
10 Cæterùm licèt testes, † ingestionis convicti, non probent utpote reprobati & inhabiles, non tamen ambigitur, quin dicta jurata eorum indicium pariant, donec de falsitate, & subornatione eorum malitiosa & injusta dilucidè fuerit edoctum, *l.3.§.l.Julia, ff. de testib.* ubi requiritur adhoc ut te-
11 stis reprobetur, † dilucida probatio & sententia, imò exceptio testi hoc passu debet esse specialis & qualificata cum adjectione circumstantiarum, Dd. *in d. l.3.* Et quanquam Farinac. *d. loc.* in fine existimet, non indicium sed præsumptionem parere hanc depositionem, *num.26.* non tamen id ἁπλῶς, sed ita accipiendum est, ne sufficiens per se solum inde nascatur indicium, sed adminiculantibus indiciis, quorum quædam præsumtiones, quædam indicia, quæ juxta majus & minus saltem distinguuntur, vulgò dicta sunt, Angel. Aretin. de Malefic. *cap.1.* Sed hæc de spontanea testium depositione quantum satis: Attestationes scriptis factas, quod refert, adnotatum hoc esto: Quod licèt
12 scriptis † regulariter deponi non possit, *c. testes, 3.quæst.9.c.5.q.2.& c.2.q.8.* quos textus ad hanc quæstionem allegat & sequitur Marsil. *in l.10.§.5 nu.3. ff.de quæstio:* idque inde 1. quoniam judex, qui testium mores examinandorum, nempe quo vultu, sermone, vel ratione deponant, observare tenetur, id animadvertere non possit, testibus absentibus, *d.l.10.§.5.* 2. quod testatio hujusmodi plures defectus patiatur 1. citationis 2. juramenti 3. examinis, &c.
13 Decian. *consil.57.lib.2.* Non dubium tamen est, quin attestatio † hæc indicium faciat, Crot. *de test.num.373.fall.1.Viv. com. opin.949.* Marsil. *in d.l.10. §.5.* Farinac. *d.lib.3.tit.8.quæst.80.in fine*, cumprimis teste scripturam testimonii productam ipsomet coram judice legente, Bald. *in l. jurisjur. num.3.*
14 *Cod.de testib.* Alber. de Malett. *de test.c.7.num.74.* Cæterùm ubi de famæ † probatione quæstio insurgit, jure receptum esse omnes fatentur, ut testes scriptis deponere possint cum effectu, modò scripturam juramento cingant,
Crot.

Crot. *de testib.num.*373. vel qui de peritia artis deponunt, idem jure factitant, *l.*1.*& fin. & l.* 2. ubi Bartol. *ff. si mensor. fals. mod. dixerit,* vel de ætate hominis referunt, Marsil. *in d.l.*10.§.5.*num.*9. Viv. *com. opin.* 949.*num.* 7. Porrò qui de factis valdè implicitis testari coguntur, etiam scriptis testari non prohibentur, Crot. *de testib. num.* 373. Muti quoque scriptis deponunt, Salyc. *in d. l. jurisjur. num.* 8. *de test.* Marsil. *d.l.*10.§.5. vide Covar. *resolut.* 13, *num.* 6. uti & viri egregii † omni exceptione majores, Decian. *consil.*51. *num.*105. *volum.* 2. 15
quorum omnium testimonia nedum indicia, sed plenam probationem cæteris paribus inferunt, Dd. præcitati *dict. loc.* Refert tamen, ut jurent super scriptis attestantibus, prout inconveniens non est, ut testes, postquam deposuerint, demum jurent, quæ præposteratio non invehit nec ambiguitatem nec nullitatem, Andr. Gail. 1. *obs.* 101.

Sed quid; de teste † per procuratorem jurante. Utrumnè depositio hæc 16
indicium pariat? Johan. Andr. *in c. fin. de jur. calum.* statuit viros egregios posse per procuratores, speciali mandato adhoc instructos, testari, cum paria sint, si quis per se, sive per alium aliquid præstet, modò effectus sequatur, *c. mulieres. de sent. excom.* Sed explosâ hac sententiâ veriùs dicendum est, testes per procuratores haud jurare posse, *c. licet ex quadam, de test.* Bart. *in l. sed si unius, §. servus, col.* 2. *ff. de jurejur. & in l. qui bona, §. si alieno, ff. de damn. infect.* Joan. Crot. *de test. num* 27. Ratio est (*ait*) quia per testes proprio ore & sacrosanctis Evangeliis tactis, jurare tenentur, quæ solennitas per substitutum expedire fas non est, imò juramentum proprium proprio ore testis probatum requiritur pro forma, Dd. *in cap. licet, ext. de testib.* Cùm verò ea, quæ ad substantiam & formam rei desiderantur, non possint fieri per æquipollens, Crot. *d. loc.* Ergò. Proinde Julius † Dux Brunsvicensis & Luneb. 17
una cum conjuge, coram Commissario Cameræ Imperialis, in propria persona jurare & testificari coactus est aliquando, referente Jacobo Schult. *ad Coleri decis.* 115. *nu.* 28. testatur quoq; Waremund. ab Erenberg. *de fœd. part.* 2. *pag. mihi* 83. Ottonem Ducem Brunsvicensem & Comites Suarzenburgenses in foro Saxonico Dresdæ jurasse in persona, nempè juramento hoc adeò personæ inhærente, ut ab ea divelli prorsus nequeat, Bod. † 5. *de repub.* 18
6. *&* 6. *de republ.* 6 ubi refert, quod Henricus II. Galliæ Rex in privatâ causâ, gravissimâ tamen, in quâ de hereditate agebatur, juratus testimonium tulerit, cujus etiam ex ipso post Treutl. inter similia meminit, Autor *not. marginal.* auff das *publicirte votum absolutorium, in caus.* Keys. *Fiscalis* vnd Hessen Darmbstadt *contra* Isenburg Büdingen / *num.* 39. *pag.* 27. Sic cum Abrahamus cum Abimelecho fœdus contraheret, ipse rex juravit, *Genes.* 21. Et principes ipsos non consiliarios in causis gravioribus jurare solitos, ait Guicciard. *lib.* 1. *pag.* 43. De Xenocrate refert quidem Valer. Max. † 2. *cap.* 4. cum is 19
testimonium laturus ad aram accessisset & juraturus esset, juxta civitatis jura, ju-

ra, judices universos surrexisse proclamantes, ne jusjur. de ipso funieretur, quoniam ejus sinceritati concedendum id existimarunt, sed quia non exemplis sed ll. judicandum, ad consequentias hoc exemplum trahi non potest, lege contradicente, stylo curiarum repugnante, *l. jus singulare, ff. de ll.* Quæ
20 cum ita sint, decisio † quæstionis haud longè petenda, statuimus itaque testimonium per procuratorem imprudenter latum, licèt non integram præstet fidem, tamen indicium inferat, & quidem attestatione scriptis factâ majus, nempè propter juramentum procuratoris, quod non prorsus debet esse sine omni effectu, Johan. Crot. *d. loc. num.* 28. Quod si vero pars adversa depositionem ejusmodi admitteret, procul dubio attestatio plenam merebitur
21 fidem, per rationem vivam: Quod juramentum † possit remitti testibus per pacta conventa, Specul. *de test.* §. *sequitur,* Mynf. *cent. 6. obs.* 52. *n.* 2. Covarruv. *ad c. quamvis, 2 p.* 1. *§.* 3. *num.* 1. *de pact. in 6.* Borgnin. Cavalcan. *decis. Fiviz.* 9. *num.* 55. *p.* 1. Wilhelm. Antonii *de rescript. morat. conclus.* 30. *num.* 44. cum primis judice super hac remissione arbitrium suum ferente. Neq; obstat, quod juramentum calumniæ non possint sibi invicem partes remittere, *l.* 2. *Cod. de juram. propter. calumn. dando.* Resp. A diversis inferri, etenim juramen-
22 tum † testes respicit, favorem partis, cui absque dubio potest renunciari, juramentum calumniæ vero & partis & judicis, ne propter calumniam judex defatigetur frustra, & lis malitiâ crescat, Alexand. *in l.* 1. *ff. de feriis.* Deniq; te-
23 stis † in forma solita non receptus etsi fidem non facit integram, indicium tamen producit, Crot. *d. loc.* Gylman. *in symphorem. decis. Camer. pag. mihi* 339. ubi scribit: Quod testis in forma solita jurare nolens, recipiendus non sit.
24 Adde quod statutis † possit introduci, ut testi injurato fides habeatur, per rationem evidentem, quâ vulgò placuit: ea quæ pactis fieri possunt, statuto quoque introduci, juri conveniens esse, cum à pactis ad statutum argumentum validum ducatur. Roman. *consil.* 482. Eberhard. *in top. in loc. à pact. ad stat.* Gail. *d. observ.* 101. scribens: Statuta illa sic restringenda esse, ut locum habeant solummodò in personis egregiis & nobilioribus, quemadmodum in regno Bohemiæ & Archiducatu Austriæ singulari privilegio & longâ observantia receptum est, Consiliarios & aulicos Principum saltem sub illo juramento, quo domino suo sunt astricti, ad testimonia dicenda admitti, Gail. *cent.* 1. *observ.* 100. Gylm. *in symph. decis. Cam pag.* 339 *ibi:* si status relaxare nolit juramento Consiliarios, quo domino obligantur, mandatis sine clausula ad id compelli possunt, exceptis tamen arcanis, ad quæ relaxatio jure non ex-
25 tenditur, quod notatu dignum est. Unde & hodiernâ illâ formulâ, † Bey Adelicher Ehr vnnd Trew / vice juramenti usitata in Germania, Schurff. *consil.* 37. *per tot. cent.* 2. Coler. *de process. execut. p.* 1. *c.* 10. *num.* 250. *&* 289. Meichsn. *tom.* 4. *decis. Cam.* 1. *num.* 3. *& decis.* 12. *num.* 6. quâ nobiles & Dd. promoti jurare possunt, extat, Aleman. *de jur. monet. consult.* 8. *part. quæst.* 2. *pag.* 689. quam formulam

formulam in iis negotiis, ubi juramentum pro formâ requiritur, non attentâ illa consuetudine: cùm Andr. Rauchb. *part. 2. quæst. 2. num.* 58. Wesenb. *in paratitl. C. de jur. calum. num.* 6. Helfr. Ulric. Hunn. *resol. Treutl. vol.* 1. *disp.* 21. *quæst.* 4. Köppen *part.* 1. *decis.* 56. *num.* 11. 12. in causa criminali vix sufficere arbitramur, prout quoque hodierno seculo, nobiles, strictè sic dictos, † rebus & bonis lapsos, & ad egestatem redactos, juxta vulgarem curiarum stylum etiam in causis civilibus jurare coguntur. Multò minus formula hac in re ardua & criminali jurisjurandi effectum sortietur: quanquam juramentum † in illa formula receptum, indicia parere non pro ambiguo habeamus: cui par, vel fragilius juramentum est, Ich verpflichte mich an Eydesstat/ Hunn. *d. disp. quæst* 5. Modest. Pist. *cons.* 19. *q.* 2. *num.* 47. *& seqq. vol.* 2. Rutger. Ruland. *de commiss. part.* 2. *lib.* 2. *c.* 11. *num.* 31. Everh. Speckhan. *quæst.* 4. *num.* 14. *cent.* 1. Confer Speidel. *in not. jur. hist. pol. num.* 51. *verb.* Eyd/ *pag.* 16. qua similique formula nedum fœdera pangi posse ait Waremund. ab Erenberg. *lib.* 2. *num.* 89. 26 27

Rejicitur quoque formula, † ubi quis jurat, Bey verlust seiner heiligen Tauff/ item per osculum crucis, vel ossium alicujus sancti, multò debiliores formulæ, ubi quis per barbam, per oculos, manus, brachia jurat, uti Germanis consuetum antiquitus fuisse scribit Tacit. *de morib. German.* per capillos, per caput Principis, quemadmodum ipse Joseph. *Gen.* 30. hac formula utitur, per genios, † quod idem esse ait Tertull. *in Apol. c.* 32. ac si per Dæmones juraretur, quod tantò detestabilius est, qui mos jurandi usq; ad Imp. Romanos perduravit, quod nobis perinde esse haud videtur, inspecta scilicet intentione jurantium, ipsâq; geniorum nativa significatione, qua de re alibi. Jurare verò per Diabolum † propriè est, ut si quis, verbi gratia, dixerit: nisi te in uxorem duxero, Diabolus me abripiat, quas & similes execrationes non obligare promissorem, si neglecto parentum consensu juraverit juvenis, attest. Waremund. ab Erenberg. *d. loc. pag.* 92. Sicq; in judicio appellationis Dresdensis pronunciatum fuisse scribit, *ib.* cui conveniens est, si per animam juretur, qua de re idem est judicium, Asin. *de exec.* §. 1. *c.* 16. Bald. *in c. etsi.* 7. *de jurejur.* per regulam tritam & communem, qua placuit, cùm Jehova non sit, per quem juretur, non esse perjurium, cum pejeratur, Salvian. Massil. *lib.* 4. *de. gubern. Dei.* Ergò dicendum est, † jusjurandum in casu converso non fuisse validum, ab effectu enim ad causam arguitur, & per consequens etiam formulas ejusmodi non probationem, sed indicia generare pro subjecta materia, à potentia causæ enim effectus mensuratur, & causa debilis parit debile quoq; effectum, Eberhard. *in Top. in loco ab eff.* 28 29 30 31

CAPUT XCIX.

DE INDICIIS, QUÆ EX CONFESSIONE *& relatione auriculari sacerdotum depromuntur.*

SUMMARIA.

1. *Ad actus humanos perficiendos tria requiruntur.*
2. *An Sacerdos possit ea manifestare, quæ sibi fuêre sub confessione revelata?*
3. *Nedum Papa debet relevare secreta confessionis.*
4. *Necessitatis tempore laicus fungi potest Sacerdotis officio.*
5. *Nedum Sacerdos debet manifestare ea, quæ noverit extra confessionem auricularem.*
6. *Distinctiones fœdere hæc quæstio resolvitur.*
7. *Leges conatum delinquendi coërcentes, utplurimùm sublatæ sunt.*
8. *Sacerdos in casu permisso secreta confessionis manifestans debet omni exceptione major esse.*
9. *Quot testibus Prælati convincantur delicti?*
10. *An magi fuerint aliqui Pontificum?*
11. *Quæ mala invehantur in Rempubl. religionis prætextu?*
12. *Furi, prædoni, perjuro juramenta non sunt deferenda.*
13. *Sacerdotes sine juramento non admittuntur ad testimonia.*
14. *Hodie loco libri Evangeliorum licet librum quemvis tangere, quoties in judicio juratur.*
15. *Decisio quæstionis subjicitur.*
16. *Nedum Cæsar rescribere potest, ut testi jurato fides habeatur.*
17. *Ecce jurat, ecce pejerat, quid importet.*
18. *Qui jurat se nolle pandere secreta, vel desuper testificari, quid juris?*
19. *An perjurium incurrat, qui nullo jure cogente, secreta spargit?*
20. *Vtrũ spontanea relatio indiciũ pariat?*
21. *Contra hominem secreta privati manifestantem competit injuriarum actio.*

1 QUandoquidem ad actus humanos † perficiendos tria potissimum requiri, communiter placuerit 1. voluntas 2. potestas 3. justitia, Menoch. *consil.* 75. *n.* 34. *consil. Marpurg.* 24. *num.* 148. *vol.* 1. Dn. Aleman. *de monet. consult.* 8. *q.* 4. *pag.* 77. Wilhelm. Antonii *de rescript. morat. conclus.* 11. *n.* 2. dispi-
2 ciendum ante omnia est, utrumne sacerdos † pandere possit ea, quæ sibi sub sigillo fidei in confessione fuêre manifestata? Quod vulgo negatur, *c. si sacerdos. ext. de off. ordin.* Crot. *de testib. part.* 7. *num.* 173. Menoch. *de arb. jud. quæst. cas.* 180. *num.* 21. *& de præs. lib.* 1. *q.* 89. *num.* 27. *& seq.* Francisc. Ponzinib. *in tr. de lamiis, num.* 72. *sub fin. & n. seq.* Petr. Peck. *de testam. conjug. lib.* 1. *c.* 9. *n.* 5. Virgil. Pingizer *quæst.* 35. *num.* 1. *& seqq.* Cunrad. Hartz *in tr. de inquis. in caus. crim. legit. instit. cap.* 10. *num.* 19. *& seq.* ibiq; Autor anonym. *in notis.* Andr. Gail. 1. *observ.* 100. Panorm. *in c. dilect. num.* 2. *de except. prælat.* Felin. *in c. intimavit,*
3 *num.* 6. *de testibus*, ubi tradunt, quod nedum ipse Papa † secreta confessionis debeat nec possit aperire. Ratio est, (dicente Gailio) quia ea non ut homo, sed ut Dei vicarius scire intelligitur, proinde interrogatus sine mendacio rectè

rectè respondet de sua ignorantia, nam ut homo & testis ignorat factum, super quo rogatur, per textus, quos allegat, *ut c. omnis. de pœnit. & remiss. d. c. si sacerdos*, in quam sententiam Lutherus transiens, quæstionem hanc ita decidit *in tom. de colloqui. mens. c.* 18. Von der Beicht / *ibi:* Es ist mir nichts gebeicht / sondern dem Herrn Christo / vnnd weil es Christus heimlich helt / so soll ich es auch heimlich halten / darff es nicht sagen / ich habe es nicht gehöret / hat Christus was gehöret / so sage er es. *Hæc ille.* Eadem Chrysost. *hom.* 4. *de Lazaro, Luc.* 16. *ibi:* Cur pudescis & erubescis confiteri, cave enim homini dixeris, ne tibi opprobet, neq; enim conservo confiteris, ut in publicum proferat, sed ei, qui dominus est, ei, qui medicus est, ostendis vulnera. Idem de publico, *Luc.* 18. *ibi:* admoneo te, ut assiduè confiteare, neque enim te ad theatrum duco conservorum, nec te cogo peccata tua hominibus enunciare, &c. & idem *homil.* 5. *de incompr. Dei nat. ibi:* non te cogo hominibus peccata tua referre, repete coram Deo conscientiam tuam & explica, ostende Deo, medico, tua vulnera, dic ei, ut abeas sanus & mundus. Magister *sent. lib.* 4. *dist.* 18. Chrysostomum loqui, ait, de confessione soli Deo non sacerdoti facienda, quòd improbat Sixtus Senens. *lib.* 5. *bibl.* 5. *annot.* 176. affirmans, Chrysostomum omninò loqui de confessione sacerdoti recitatâ, imò publicâ & theatrali illa confessione, quæ furente populo fuit abrogata à Nectario Constant. Episcopo, inde quod sacerdotes pervenissent in odium populi, muliere publicè confitente, quod sacerdos quispiam tunc temporis sese stuprasset, Sozomen. *lib.* 9. *trip. hist. cap.* 35. Cæterum illa adeò vera esse Doctores statuunt, ut nedum Laicus, cui necessitatis instantis, morbi, periculi, vel conscientiæ sævientis tempore nonnihil secreti fuit commissum, id pandere jure possit etiam testis productus, *c. sanctum, dist.* 4. *gloss. in c. pastoralis. in verbo, præterquam, ext. de off. jud. ordin.* Quia, *ajunt*, necessitate † urgente laicus sacerdo- 4
tis munere fungitur, *d. c. sanctum*, necessitas enim legem nescit, *c. sicut de consec. dist.* 1. *gloss. in l.* 1. *ff. de off. consul. & l.* 10. *in fine, verb. necessitatem, §.* 2. *ff. com. divid. & in l.* 1. *in fine, ff. de oper. libert.* & quod lege non licet, necessitas facit licitum, *c. quod non est, de R. J.* Hinc illud pareatur necessitati, quam ne Dii quidem superant, Liv. *lib.* 9. adde quod sacerdoti in tantum inhibeatur, ut licet aliunde sciat reatum hominis, non tamen delictum manifestare debeat, ne judicii sanguinolenti particeps fiat, *c. his à quibus*, 23. *q.* 8. adeò, ut si sacerdoti † 5
Princeps literas minatorias prælegendas demonstret in secreto, atq; dehinc capiatur minator, qui insidiatus erat principi, propter solam lecturam scientiamque delicti incidat in irregularitatem prolixè, Phil. Port. *cons.* 7. *n.* 30.

Sed hisce aliisq; in contrarium adductis haud obstantibus, non est ambigendum, quin sacerdos † pro re nata pandere secreta confessionis possit 6
imò teneatur? distinguendum vero hic est, utrum flagitium jam commissum sit, an vero committi demum velit? deinde quale delictum proponatur commissum?

missum, quantum refert vel committendum & quis illud, quomodo referat
sacerdos?

Flagitium commissum quantum refert, celari id debet, quousq; Deus
id celatum voluerit, Innoc. *in c.omnis, ext. de remiss. & pœn.* Menoch. *de arbit.*
jud. lib. 2. cas. 170. Committendum confitenti dissuadere sacerdos debet, i-
7 psumque à communione arcere † quousque conatus revocârit, tenetur po-
testq; salvo sacerdotio eum, cui malũ paratur, admonere, ut præcaveat sibi,
quoniam affectus & conatus delinquendi plerumque impuniti existant latè,
Roiz. *in decis. Lituan. decis.* 3. Joan. Borcholt *de feud. c.* 8. *num.* 93. Petr. de Ra-
vennate *tit.* 53. *lib.* 2. *feud.* §. *homicidium*, quamquam Schenck Baro *de feud.*
tit. 24. 2 *feud.* §. *homicid. porrò. l.* 1. *l.* 15. *ad L. Cornel. de Sicar.* haud abrogan-
das nec abrogatas esse, seriò scribit, ll. illas, constitutiones sacratissimas ap-
pellitans, & quæ sine manifestâ corruptela & injuria tolli nequeant, &c.

Porrò qualitas delicti sic consideranda est, scilicet utrum delictum cõ-
cernat expeditionem rei privatæ vel publicæ? Si privatorum respicit incom-
moda, suntque crimina in numero delictorum non exceptorum, res expedita
& modo definita est, si publicum attingit nocumentum, ut sunt læsæ majesta-
tis, conspirationis, seditionis, delicta, quæ ne iterentur, conducit ex omni as-
se, ut sacerdos nominet maleficum, nec confessionem prorsus reticeat, Dec.
in c. cum ab homine, ext. de judic. & in d. c. omnis. de pœnitent. præterea sacer-
8 dotem † referentem quod attinet, is omni exceptione major esse debet, ne-
que enim referenti credimus, nisi de relato constet, *authent. si quis, C. de eden-*
do, Gœd. *de cont. & com. stipul. pag.* 34. quamquam vero sacerdos regulariter vi-
tæ præsumatur integrionis, adeò ut sacerdoti testi plus tribuatur fidei, quàm
laico, imò clericus criminis reus, non nisi testibus pluribus convincatur, uti
9 de Cardinale receptum esse apparet, quod non nisi 72. † præsul 70. Diaconus
Cardinalis 26. Subdiaconus Cardinalis, acolita, exorcista, lector ostiarinus 6.
ad minimum, fidei integræ testibus convincantur. Nepos de Monte Alban.
in tr. de test. nu. 99. *pag.* (*mihi*) 8. non tamen dubium est, quin clerici delicti
alicujus rei vel insigniter diffamati relatio nihil probet, qui ut homines, æquè
ac laici, diabolo instigante, labi, errare, & peccare possunt, prout hoc perpe-
tuis experientiæ exemplis, quæ odiosa sunt referre, demonstrari potest.

10 Referuntur passim Papę † 22. qui magi fuerint, Benno, Platina 7. magos, Bo-
dinus duos saltẽ fuisse Papas, nec dum Sylvestrũ Magię studio, sed Roberti Re-
gis Gallię interpositione pervenisse ad pontificatum, contẽdit, *de dæm. l.* 3. *c.* 3.
scribit ibidem pænituisse tamen Pontificẽ scientiæ hujus diabolicæ, jam mo-
ribundum, atque præcepisse, ut lingua sibi præcideretur, dextraq;, quâ Sata-
næ sacrificasset, amputaretur. *Hæc ille.* Christian. de Peg. *in lib. de antichr. pag.*
(*mihi*) 32. idem affirmat, & addit Gregor. 8. hostiam quâ incantavit, respon-
dere amplius nolentem, igni cremasse, Bodin. *in lib. de dæmon. cap.* 8. meminit
cle-

clericorum Suessæ, regni Neapolitani, degentium, asinum, quo insigniter incantare soliti erant, hostiis consecratis cibantium, & quæ alia hic recenseri possent, de quorundam clericorum vitiis, quæ nemo non ignorat? Unde tomi illi immensi, incomparabilis JCti Johannis Wolfii, referti, & ex scriptis ipsorum Pontificiorū deprompti extant. Nihil de clericis aliis adferam, ut de Joanne Trithemio Abbate Spanheimensi & præsule in Hundes-Rück/ mago, Joanne Teutonico, ariolo, Alberto Magno, Mago insigni, qui tandem monachus factus, Cæsari & Principibus sæpè venusta fecit spectaula, unde & singulari feudo dotatus à Cæsare Idem Wolff. *tom. 2. lect. mem. pag. mihi* 925. Sanè ecquis turbato hoc seculo non videt, non palpat? quicquid mali serpit, belli undiq; jam flagrat, id purum putum iis adscribendum, qui docent simpliciores, religionis prætextu, nescio quidvis licere, satiùs esse hoc prætextu acquirere regna, quàm bellis, quæ modò sat strenuè juxtà geruntur:

Tantum religio, potuit suadere malorum.

Sæpè videmus accidere, ut cùm Pontificatus à vehementioris hominis ingenio administratur, omnibus semper sit formidabilis: cùm in facienda injuria impunitas & licentia in declinanda, religio tueatur, & sic ingentia mala in Rempublicam invehat, ait Mich. Brut. Florent. *lib. 7. hist. Florent.* In his opibus & regnis, obtendo religionem: obsequor odio meo, & prætexo jus Ecclesiæ, ait Eras. *in Chil. 4. cent. 1. pag.* 860. Idem *pag. anteced. d. loc.* Quod si studemus imperio propagando, si inhiamus aliorum opibus, cur rei tam prophanæ Christi titulum præteximus. Vide prolixius hæc tractata *in part. 2. de indic. ambitus.* Cùm enim bella hodierna, vel è stultitia vel malitia nascuntur, sicut maximè:

Religio peperit scelerosa atq; impia facta,
Non tam facta novo cultu, quàm sæpius olim.

Nam Sophocles *in Oedipo Colon.* tragicus insignis, vel princeps Cothurni tragici, ut eundem appellat Plin. *lib. 7. natural. hist.* vir doctissimus, & Poëta divinus, teste Cicerone *in 5. de divinat.* & in Catone Majore, ubi describit, qualiter à filiis, in judicium vocatus sit, quasi dum nimium incumberet rei literariæ, rem domesticam negligere videretur, à Winshem. politicos gnarus appellatus *in procem. Philocte. pag. (mihi)* 158. *& pag.* 249. *in Oedip. Colon.* idem conqueritur, nedum Deos (clericos seu sacrificulos sui seculi alloquens, inquit) colere vos dicitis Deos:

Negligatis, sed existimetis
Ipsos respicere pios homines,
Et impios quoq; videre, neq; adhuc quemquam
Impiorum pœnam divinam effugisse
Prætextu igitur Deorum, ne deformes felicem

Athena-

Athenarum urbem, auxilium ferens ad impia facta,
Sed quemadmodum supplicem accepisti, fide data
Serva me ac tuere, neq; hoc caput
Ærumnis oppressum aspiciens, contumelia afficias:
Venio enim sacer, & pius, & afferens
Emolumenta civibus hisce: cùm Dominus
Aderit, qui hujus terræ Princeps est.
Ille omnia ex me audiet, & cognoscet,
Interea ne quæso in me sævias.

11 Quâ Clericorum sævitiâ grassante, tanta omnium malorum † lerna, hinc tot subditorum undique afflictiones, exilia, eviscerationes rei familiaris, familiarium nobilium interitus, desperationes & ipsi tandem ad gehennam transitus, luget inde Germania, lamentatur, Polonia, Dania, Bohemia, Ungaria plorat, demum Italia, vide Waremund. ab Erenberg. *de fœderib. p.* 1. *cap.* 1. *num.* 44. Erasmus *de laud. stult. pag.* (*mihi*) 68. *ibi:* quasi verò ulli sint hostes Ecclesiæ ipsius perniciosiores, quàm impii PP. qui & silentio Christum sinunt abolescere, & questuariis legibus alligant, coactis interpretationibus adulterant, & in pestilente vita jugulant. Idem Erasm. *in quær. pacis, ibi:* quò minus mirum, si Martem spirant, quos Mars genuit, & quo malum sit insanabilius, tantam impietatem pietatis specie prætexunt. Et paulò pòst: Ibi, quid hoc monstri? Pugnat crux cum cruce, &c. *& in d. Chiliade, in prov. dulce bellum inexpertis, &c.*

Quæ cùm ita sint, nulla juris ratio dictitat, Clericos indistinctè quosvis ad relationem confessionis auricularis admittendos, hinc illud: Impo-
12 stori, † perjuro, vel furi deferendum non sit, Waremund. ab Erenberg. *p.* 2. *de fœd. cap.* 1. *num.* 144. cumprimis quod in genere testimonium Clericorum contra Laicos in causâ criminali rejiciatur, *cap. testimonium, ubi Archidiac. num.* 3. *& Abbas in cap. cætero, ext. de testib.* Alex. *cons.* 65. *num.* 7. *lib.* 2. Farinac. *lib.* 2. *tit.* 6. *quæst.* 61. *num.* 61. ubi opinatur, quod Clerici depositio nedum indicium pariat, &c.

13 Deniq; dixi, attendendum esse, qualiter Sacerdos † de confessione sibi facta deponat, scilicet an jurato, nec ne? Cùm enim jure expeditum sit, indicia non minus, ut facta alia, in judicium deducta probanda esse, *d. auth. si quis, C. de edendo,* Probatio verò non nisi instrumentis vel testibus juratis expediatur, *tot. tit. ff. de probat.* consequens est, Sacerdotem jurejurando confirmare delationem teneri, quoniam injurato nunquam credatur testi, etiamsi magna præfulgeat dignitate, Crot. *de test. num.* 227. prout de Sacerdotibus, ne ad testimonia sine juramento admittãtur, expresse deciditur, *c. & nuper, ext. de testib. ibi:* respondemus, quòd nullius testimonio, quantumcunq; religiosus existat, nisi juratus deposuerit, in alterius præjudicium debeat credi, *& gloss. in cap.*

in cap.olim,in verb. quorundam juramento in judiciis credatur, Felin. *in c. tuis, ext. de testib.* qui saltem hanc prærogativam habent, ut quandocunq; jurant, SS. Evangelia haud tangere cogantur, sed iis propositis, pectori imponant dextram, *auth. sed judex*, *C. de Episc. & Cler.* quemadmodum hodie loco libri † Evangeliorum, quemlibet librum alium tangere licet. Waremund. ab E- 14
renberg. *p.2. de fœd.1.n.155.*

Quibus sic præsuppositis facimus hanc conclusionem, quod sacerdos in passibus licitis secreta confessionis pandens indicium quæstionis suppeditet forte & validum, concurrente quali quali indicio, per vulgaria: quod nullum indicium per se solum quæstionem pariat, nisi † quando testis unicus 15
de delicto immediatè deponit: neque obstat, quod Jason. *in l. admonendi, lect. 2. num.* 192. scribit, nempe depositionem religiosi non juratam facere aliquam præsumptionem, Mascard. *de probat. lib.3. concl.* 1362. *num.* 18. ubi similiter statuit, quòd testes non jurati, siquidem viri graves sint, coadjuvent & stabiliant alias probationes. Resp. 1. DD. hosce loqui contra manifesta jura modo adducta 2. differunt præsumptio & indicia, Angel. Aretin. *de malef. cap.* 1. 3. ajunt Dd. citati, depositionem juratam præstare saltem ad formandam inquisitionem generalem, vel conscientiam judicis, ut loquitur Jason, hìc de indiciis, quæstionem generantibus agitur, quę diversa sunt, Farin. *lib.1. consil. crim.* 10. *nu.*17. Felin. *in c. quin verisimile. de præs.* Bos. *de indic. col.* 1. & 2. ubi docent, quod duæ præsumptiones demùm indicium pariant, unde quoque nihil infertur, hinc est, quod quamquam statutum aliquod dicat credendum esse testi non jurato, id prorsus non valeat, Felin. *in c. tuis. de testib.* nec aliter explicandum sit, quam lex scripta sonat, Bald. *in l. ejus, num.3. ext. de testib.* Bart. *in l. Theopompus, ff. de dote præleg.* Farin. *de testib. 3 quæst.* 74. *nu.* 70. adeò quòd nedum Papa, nec Imperator † vigore plenariæ potestatis rescribere jure que- 16
ant testi sine juramento credendum, Franc. Ripa *in d. l. admonendi, n.*194. *ff. de jurejur.* Crot. *de testib. num.* 229. ubi tamen judex discretus arbitrabitur, ne etiam quosvis, quod partim modo attingimus, ad juramenti præstationem admittat, cùm omnis generalitas ad subjectum suum restringenda sit, Eberh. *in top. in loco, à subjectâ mater.* cavere quippe, quantumcunq; viribus licet consequi, oportet à juratione temerariâ, nec provocare hominem ultro ad juramenta: hinc illud: Ecce jurat, † ecce pejerat, ecce perit, Warem. ab Eren- 17
berg. *c.1. p.2. de fœd. num.* 144. quod ipsum vero ad juramenta temeraria & extrajudicialia haud extendendum, ut si quis jurasset, non relevare secreta sibi commissa, etenim præsuppositis iis, quæ diximus, non dubium est, ne sacerdos quoque testificari hoc in casu etiam sine perjurii reatu possit, ac teneatur manifestare, quorum rei publicæ interest, ne celentur, ita Dd. communiter teneri, testatur Gail. 1. *observ.* 100. *num.* 4. quia, *inquit*, hoc ipso quod non servat juramentum, præsumitur peccati pœnituisse, quod juramento temerario cõ-

18 misit, idem de eo receptum esse constat, nolle se ferre testimonium, † jurante, qui nihilominus jurare, & veritatem dicere cogitur, cum juramentum hoc videatur bonis contrariari moribus. Ergo non obligatoriũ, *arg. c. pervenit. clem.* 1. *de testib.* Gail. *d. loc. num.* 3. cui simile est, quando quis per diabolum jurat, ducturum se virginem aliquam in uxorem, quâ de re prolixius *cap praecedenti in fin.* Caeterùm extra casum † necessitatis, quam dicendi testimo-
19 nii ratio infert, jurans, non manifestare secreta, pandens illa, nullo jure cogente contravenit juramento & perjurium incurrit, Gail. *d. loc.* qui male ad probandum hoc theorema juris allegat § *fin. c. fin. post. lib.* 2. *feud.* de pace Constantiae (qua effectum constitutione, ut tota Italia jam vix recognoscat superiorem, quod conqueritur Bart. *in l.* 7 *ff. de pub. jud.* Nicol. de Ubald. *in tr. de success. ab intestat. part.* 1. *n.* 82 *&* 83.) nempe, quod nihil ad rem facere constat.

20 Sed utrum relatio † delicti à laico, cui id secretò relevatum erat, facta indicium pariat? Resp. juxta praedicta, ut si laicus, homo integer omnique exceptione major appareat, juratoque relationem fecerit, famâ concurrente indicium quaestioni paretur, habetur enim haec propalatio confessionis extrajudicialis vice, quae indicium procul dubio suggerit, per notissima: quemadmodum respectu delictorum exceptorum, quoad relevanda ea, idem de
21 laico, quod de clerico statuimus, judicium est, aliàs contra hominem † nefariè & improbè secreta pandentem, actio injuriarum atq; in factum datur, nonnunquam quoq; falsi tenetur manifestator, *l.* 41. *ff. ad L. Aquil. l.* 1. §. *is qui, ff. ad L. Cornel. de fal.*

CAPUT C.

DE INDICIIS, QUAE EX RELATIONE IUDICIS, qui de maleficio, quod ipsemet perpetrari viderit, oriuntur.

SUMMARIA.

1. *Relatio judicis de maleficio quid operetur?*
2. *Iudex ex visione formare suam potest inquisitionem.*
3. *Inducta ad unum effectum non debent operari contrarium.*
4. *Aliter loqui, quam scias, mendacium est.*
5. *Media non debent esse fini contraria, ad quem diriguntur.*
6. *Notorii non allegati judex habere debet rationem.*
7. *Iudex potius contra jus scriptum, quam conscientiam agat.*
8. *Iustum naturale & legale qualiter differant?*
9. *Iudici non parti probandum est, quomodo id accipiendum?*
10. *Secundum conscientiam judicare quid propriè sit?*
11. *Iudicium Farinacii hac de re elegans.*
12. *Testis sponte sese offerens ad testimonium dicendum, suspectus est.*
13. *Quomodo illa regula sit intelligenda: quod judex unà, & testis esse nequeat?*
14. *Practica traditur, quâ judex in hujusmodi facti quaestione procedat.*

15. *Favo-*

15. *Favore innocentiæ multa extra ordinem sunt recepta.*

16. *An judex testem agere possit in causa coram se ventilata, officio ejus jam sublato.*

17. *An & in quibus casibus judex contra acta testificetur?*

18. *Explicatur l. 2. ff. si ex noxali causa agatur.*

19. *Quomodo id intelligendum sit, judicem judicare debere, secundum proprios animi motus, arbitrium & conscientiam?*

20. *Pontius Pilatus Palestinæ præses, pessimè salvatorem mundi sine indiciis & probationibus condemnavit.*

DEniq; indicium quæstioni facit relatio judicis † de maleficio, quod ipse- 1
met vidit committi, Spec. *de sentent. §. qualiter,* Blanc. *de ind. in l. fin. d. qq.*
num. 403. dicens: quòd judex † ex ea visione possit formare inquisitionem, 2
& procedere contra reum, & Carer. *in pract. crim. pag. mihi*, ubi sic argumen-
tatur, si unus testis de visu deponens plenum facit indicium: ergo multò ma-
gis judex, qui est majoris fidei & authoritatis, &c. Et quanquam non leviter
dissentiant Dd. utrum judex hic unà & testis & judicis officio fungi queat,
velut vulgarius quærunt, an judex juxta conscientiam potius, quàm acta &
probata quoties hæc sibi invicem opponuntur, teneatur judicare, Dd. *in l. 6.*
§. 1. de offic. præsid. Bald. *in l. fin. C. de appell.* Covar. 1. *res.* 1. qui prius affirmant, fe-
rè argumentis utuntur sequentibus.

1. Inducta † ad unum effectum non debent operari contrarium, per 3
vulgata. Sed actorum observatio in judiciis propterea introducta apparet, ut
inde veritas habeatur, de veritate accuratius constare possit, *l. 3. ff. de testib. l. 9.*
C. de judic. l. 2. Cod. de edendo. Ergo si veritatem non præ se ferunt, acta attendi
non debent.

2. Judex sententiam contra veritatem † pronuncians sibi ut privato 4
compertam, contra acta, mentitur in læsionem tertii, aliud quippe dicere,
quam scias, sane mendacium est, *c. 1. ext. de crim. falsi, l. 1. ff. de R. V. c. 2. quæst. 2.*
c. super eo, de usur. quin imò adversus conscientiam agit judex, qui procedit
contra veritatem rei, in quantum sibi de eâ constat, *c. 1. de re jud. in l. 6. clem. 1.*
§. verum. de hæret. Corasl. 4. *misc.* 20. Hott. *illust. q.* 27. Ergò.

3. Probationes ut media exiguntur in definitionibus causarum: at
media † non debent contraria esse ipsi fini, ad quem media illa tendunt, non 5
secus, ac testis falsi, falsaq; instrumenta veritatem producere prorsus neque-
unt, actis itaque remotis, quæ ad veritatem destinantur, media demum erunt
rara vel nulla, rarissima consequentia. Neque stringit, quod vulgò objicitur,
judicis officium hic esse, deponere munus judicandi, scilicet cui veritas, ut
privato saltem est cognita. Sed quæso quo jure, ubi nam hoc scriptum, di-
ctumve jure constat? quod eâdem facilitate, qua adseritur, quoque negari
potest. 1. Quia notorii † etiam non allegati, rationem judex habere debet, 6
Panorm. *in c. si clericus. num. 4. ext. de for. comp.* Gail. 1. *obs.* 31. Decian. *cons.* 619.
2. probatur auctoritate Salomonis judicis sapientissimi ac justissimi, 2. *Reg.* 2.

3. exemplo Pontii Pilati, qui si Judæorum (crucifige) non attendisset, rectè judicasset in foro conscientiæ. Quapropter † Bald. *in l.fin.C.de pœn.jud.male*
7 *jud.* Judicem (*ait*) oportere eo intendere, ut conscientiam liberet, etiam contra justitiam scriptam.

8 4. Justum naturale † prævalet legali. *l.8. §.si quis, ff. de bon. poss.contra tabul.§.2.Instit.de jur.nat.gent. & civil. l.8.C. de judic.* Wilhelm. Antonii *de rescript.morator.conclus.49.num.227.* Sed justum naturale est, quod juxta rei veritatem æstimatur, indeq; deciditur justum legale, secundùm acta, qua legaliter solummodò prostant. Ergo.

9 5. Judici † probandum est, non adversario, cui nunquam satisfiet, *l.12. ff.de probat.* Sed quod verum novit judex, omnem probandi materiam superat, *l.minor.ff.de minor.cap.dilecto,de appellat.* Quocirca, si dicamus, non tenere judicem sequi conscientiam, sed litigia & acta, quæ sæpenumerò falsa & calumniosa sunt, in recessu nihil aliud statuemus, quàm judici haud probandum, sed satius esse, quoties actori ad importunã sollicitationem deferatur
10 & malitia impertinens quandoq; exhibeatur. Atq; hinc est, † quod judex juxta suam religionem, secundùm quod sibi visum fuerit, *l.29.ff.de jud* ex animi sui sententia, *l.3.ff.de testib.* juxta arbitrium; *l.1.§.1.ff.ad SCtum.Turpill.l.15.ff.ad municipal.* secundùm motus æquitati naturali consentaneos, judicare jubeatur, *l.quod Ephesi, ff.de eo quod cert.loc.* quæ & alia nihil aliud volũt & exigunt, quam jus dicentem conscientiam arte æqui & boni instructam sequi oportere, eoq; respicere cumprimis, ne veritas naturæ umbris & imaginib.adum-
11 bretur, *l.23.ff.de lib.& posthum.* videatur Farinac. † *in tract.crim. lib.1. tit.5. quæst.52.pag.mihi 807.& lib.2.de testib.tit.6.q.6.num.90.* ubi pronunciat, judicem hoc casu, à superiori vel pari quoque magistratu, ut juramentum sibi deferatur, postulare debere, ut decernat, quantum sibi de veritate contra acta constet.

12 Neque præterea hic adversatur: 1. Quod testis † sponte se offerentis depositio sit suspecta, *quâ de re suprà cap.98.* nec non 2. Quod judex & testis & magistratus vices unà sustinere nequeat, *l.quisquis, C.de postuland.cap.14.*
13 *q.4. Resp.* 1. quod regula † illa locum non habeat in materia, ubi de peccato vitando agitur, Felin.*cap.2.num.23.de testib.* Marsil.*sing.140.* Mascard. *de prob. 3.concl.135.num.65.* atq; peccatum mortale foret, contra conscientiam hominem immerentem occidere, adversus 5. præceptum Decalogi: Non occides,
14 Farinac.*de testib.quæst.80.lib.3.num.19.* Resp. 2. Quod ut omnis † evitetur suspicio, eligendos esse arbitros, qui adjungantur judici, si Assessores non habuerit, nõ aliter, ac si in causa recusationis procederetur, existimarim quoque, judicem discretum, cui hæc facti quæstio incidat, ultrò resignaturum, neque sine authoritate Collegarum quicquam definiturum esse: deinde respiciendum est, an judicis scientia actis & probatis repugnans, liberationem vel condemna-

demnationem rei concernat, si liberationem, res extra dubium est, quin judi-
cis depositio ex omni asse stringat, quoniam favore† innocentiæ & defensio- 15
nis, multa extra ordinem recepta sint, atq; in hoc passu testes aliàs omninò
inhabiles admittantur, vide Farinac. *lib. 2. de opp. cont. test. tit. 6. quæst. 72.
num.* 10. *& seqq.*

Ergo hoc in casu judex nihilominus judex manet, qui officio suo exu-
tus, jam inhabilis dici nequeat, cum quod ratio affectionis hoc ipso videatur
sublata, nullitasq; processus subtimenda, inde aboleatur, Salycet. *in l. ne in ar-
bitris, num.* 3 *C. de recept. arb* Albert. de Malett. *de testib. cap.* 4. *nu.* 35. Campeg.
de test. reg. 60. Corn. *cons.* 13. *num.* 4. *lib.* 1. Cravet. *cons.* 48. Menoch. 1. *lib. de arb.
jud. quæst. quæst.* 73. *num.* 16. ubi unanimes statuunt, ut siquidem judex super
assertione suâ juret, deponatq; coram alio, testimonium ejus recipiatur, tam-
etsi in genere jure constitutum sit, ne judex testem agat in causâ, de qua judi-
cavit jam finita, officio suo resignans, Spec. *de test. §.* 1. *vers. item*, Farinac. *lib.* 2.
tit. 6. *quæst.* 60. *nu.* 92. Porrò condemnationem rei, respiciente judicis scien-
tia, ut quia testes sine dolo exculparunt reum, quem judex conscium non du-
bitat, dicendum paulò aliter videbitur, idq; propter jura in genere loquen-
tia, nempe ne judex contra acta attestetur, unaq; & testem † & judicem agat 16
Felin. *in cap. cum à nobis, num.* 10. *de testib.* Specul. *de test. §.* 1. *nu.* 74. hoc ipsum
ad assessores quoque extendentes, §. 1. *num.* 74. *cap. statutum, & ibi gloss.* 2.
quæst. 6.

Sed hæc utcunque sese habent, quæstionis propositæ scopus est de as-
sertione judicis, utrum ea plus, quàm indicia pariat? quod negamus: sive ju-
dicem ut judicem, & virum egregium, sive ut hominem privatum conside-
remus, res in idem recidit, cum utrobique par sit ratio, neq; judex, † ut judex 17
testari potest, quod personæ alterius, extra judicem, officium separatum, ad-
eoq; distinctum manet, ut nulla ratione unâ constare possit quo ad idem, se-
cundum idem, & eodem tempore, uti Philosophus loquitur, prius compro-
bant & sequuntur, Specul. *de test. §.* 1. *num.* 76. Campeg. *de testib. reg.* 60. Ab-
bas. Felin & Anton. de Butr. *in c. cum à nobis, extra de testib.* Farin. *de opposit.
contr. personas test. lib.* 2. *tit.* 6 *quæst*, 60. *ibi:* sicut unus testis non plenè probat,
ita etiam nec plenè probabit unus judex, &c. *num.* 149. ratione ex cc. antece-
dentibus huc repetenda, quòd nulli nedum Cardinali, in judicio credatur
injurato, *c. in nomine domini, c. licet, c. ex quodam. de testib.* Felin. *in c. tuis. ext.
eod.* Joan. Bapt. Asin. *de execut* §. 8. *cap.* 104. *&* 111 Lancellot. *de offic. prætor. in
caus. civ. rubr. personas testium aggrediendo, num.* 77. *vers. clericus, & num.* 78.
Autor *notar. marginal.* auff das *publicirte votum absolutorium, in causa* Keys.
Fiscalis vnd Hessen Darmbstadt *contra* Jsenburg Büdingen / *num.* 39. *p.* 26.
& seq. & licèt posterioris respectu, Paul. de Castr. *in l. quicunq;, Cod. de serv.
fugit. in fin. propter l.* 2. §. *absens, ff. si ex noxal. caus. agat.* & alii eum secuti arbi-

trentur, teſtis privati atteſtationem plenè probare, quoties de facto proprio vel alieno, quod vidit ipſemet geri, deponat, id tamen non ἁπλῶς ſed κατά τι ut loquuntur, explicari decet, ſcilicet ut in terminis, ubi plenè probat. Probat verò plenè teſtis unicus in puncto indiciorum, quando de delicto imme-
18 diatè deponit, quo ſenſu quoque *d.l.2.* † *§. abſens. ſi ex noxal. cauſ. agat.* accipienda, Cephal. *conſil.434.num.37.lib.3.* jure quippe tralatitium eſt, locutionem generalem reſtringendam eſſe ad aptitudinem ſuam, & ſubjectam materiam, Eberhard. *in top. in loc. à ſubject. materiâ*, Wilhelm. Antonii *de reſcript. morat. concluſ.* 15. *num.* 23. Nec refert, quod vulgò opponitur, judicem juxta
19 id, quod ſibi viſum fuerit, judicare † oportere, *l.29.ff. de jud.* item ex animi ſententia, *l.3.ff. de teſtib.* juxta arbitrium, *l.1.§.1 ff. ad SCtum Turpill. l.15. ff. ad municip.* judicandum eſſe, inde nimis large concluditur hoc, Ergo judex indiſtinctè ac ſine his, quæ modò exegimus, requiſitis, judicabit juxta conſciẽtiam, quibus admiſſis demum juxta id, quod ſibi videtur æquius, ex animi ſententia, & juxta rectam arbitrii ſui normam judicabit: Neque obſtat, Salomonis regis omnium ſapientiſſimi quoque exemplum, 2. *Reg.* 2. quod miſterii plenum & ſingulare, non ad conſequentias producendum eſt, *l.16.ff. de ll.*
20 & licèt Pontius Pilatus, † ut ſacra prophanis miſceamus, contra conſcientiam condemnaverit filium Dei, longè rectius facturus, ſiquidem clamorem accuſantium non attendiſſet, ad quem innocens occidi non debet, *l. decurionum, C. de pœn.* ubi gloſſa Pilatum verbis expreſſis reprehendit, Tiraquell. *de pœn. cauſa* 46. nec tamen inde quicquam probè infertur, fatemur omnes, Pilatum proceſſiſſe pluſquam turpiter & iniquiſſimè, qui cùm manus laviſſet caſum ancipitem non retulerit ſenatui, nec Tiberio Imperatori Romano, vel præſidi provinciæ vicinæ judicandi partes non commiſerit, & quæ alia argumenta ejuſdem farinæ congeſſit Vent. de Valent. *in parth. litig. lib.2.c.8.*

CAPUT CI.

DE INDICIIS, QVÆ EX TRISTITIA depromuntur.

SUMMARIA.

1. *Qualiter ex triſtitia formetur inditium?*
2. *Supplicia non tolluntur furore interveniente.*
5. *Quid ſi triſtitia degeneravit in mentis exilium?*
4. *Quid de confeſſione mente capti judicandum?*
5. *Quæ potiſſimum attendenda ſint hac in re quoad indicia fundanda?*
6. *Quibus argumentis demonſtretur verum vel fictum delirium?*
7. *In delictis exceptis nemo excuſatur, nec pœna tollitur delirantium.*
8. *Reos triſtiores Sathan ut plurimum ſolet tentare.*
9. *Reos triſtes Sathan obſidere quando ſolitus ſit?*
10. *An relatio vel criminatio potius obſeſ-*

ſorum

ſorum indicia pariat quæſtionis?

11. *Quid de delictis obſeſſorum ſit judicandum?*

12. *Quis damna reſarciat ab obſeſſis data?*

13. *Qui ſuggerunt obſeſſis, inſtigantve furioſos ad maledicendum, ſeriò coërceantur.*

14. *Quomodo Deus ſæpe eludat Sathanam ne nocere poſſit?*

15. *Quibus ſignis colligatur diaboli adventus, hominem obſeſſuri.*

16. *Vnde concludi poſſit, aliquem reverâ ab immundo ſpiritu obſeſſum eſſe.*

17. *Sæpe pueri obſidentur.*

18. *Veneficæ non raro quoque obſidentur à dæmone.*

CÆterùm inter indicia generalia ſeſe offert indicium triſtitiæ, † Petr. Re- 1
buff. *in tract. concord. pag.* 740. hinc Plin. *lib.* 11. maleficiorum triſtitia judex, torpens paſſio vel pœnitentia ſceleris, triſtitia illa tetrica eſt ex mentis cogitatione promanans, quâ dirum nobis conjunctum ponderamus, averſamur, Joan. de Pined. *in Job. cap.* 26. *verſ.* 17. *vide part.* 2. *c.* 3. *de indic. blaſphem. num.* 53. 54. Degenerat hæc paſſio ſæpenumero in turbatum mētis affectum, eumq́ue melancholicum & turbatam phantaſiam, quæ nonnunquam mentis exilium, & dira alia ſibi accerſit. Si mentis alienationem inducit triſtitia, conſiderandum eſt, quid qualenam præceſſit illos affectus, utrum ante mœſtitiam illam nata, & quænam indicia? an ante vel poſt inquiſitionem vel capturam, animi mœror & tortura ejuſmodi ſuborta fuerit? Si ante cæptum delirium indicia alia fuerint contra reum reperta, ea durant nec evacuantur ſuperveniente hoc affectu, non minus ac ſupplicia reo in furorem † labente, 2
ſuſpenduntur quidem, at minimè tolluntur, Bald. *in l. humanitatis, C. de impub. & aliis ſubſtit.* Bart. *in l. congruit*, 13. *ff. de off. præſid.* quinimò indicia illa ſtabiliuntur mœrore inſolito & angore conſcientiæ, neque hic triſtitia mentis † alienationem antecedens confundenda erit cum affectu hoc deprava- 3
to, quoad thema propoſitum, triſtitiâ inconſuetâ augeri indicia dicimus, non furore quem fati infelicitas excuſat, *l.* 14. *ff. eodem.*

At quid ſi laborans hoc affectu adverſus ſeipſum fateatur nonnihil criminis, quod ſanæ mentis utique haud feciſſet? Reſpondeo indicia hinc naſci, quoties concurrunt indicia, quæ coadjuvant dicta eorum, ſive antecedant ſive ſubſequantur inquiſitionem, quanquam enim mente depravatâ actus † 4
quid loquatur neſciat, & pro mortuo habeatur, Jaſon. & Dd. *in l.* 2. *C. qui teſt. fac. poſſ.* non deſunt tamen rationes, cur acta dictavé delirantium haud prorſus aſpernabimur, idq́ue tantò magis, quod infantes & fatui de ſeſe citius ſoleant confiteri quam adulti & prudentes. At minoris relatio indicium ſuggerit, *vide ſupra cap.* 18. adde quæ adducit Ludov. Carer. *in pract. crim. pag. mihi* 164. Animadvertendum † verò hic eſt, an reus dementia triſti correptus eo 5
tempore quo confitetur adverſus ſeſe, habuerit intervalla amentiæ, imò an tunc temporis quo de ſe nonnihil loquitur, de vitæ ſuæ vitiis vel virtutibus diſcurrens, admodum inordinata & incongrua dixerit nec ne? Si congrua & ordinata rationi nonnulla dixerit ea intermiſcens, vel præmittens quoad cætera,

tera, non videbitur confessio ejusmodi ex omni parte vana & elusoria, secus
sin planè abominanda, irrationabilia, eodem tempore & momento adduxe-
rit, elocutus fuerit: quæ potius bestiarum quam hominis voces sunt æstiman-
dæ, Alphons. Tostat. *in Matth.* 8. *q.* 119. vide Joan. Grivell. *in decis. Senat. Do-*
6 *lum, decis.* 33. *n.* 27. ubi dicit: meminisse se, dementem † cùm plures pulsasset
gladio, pepercisse liberis sibi obvia venientibus, nec pepercisse judicem fatuo
nequam, qui si intervalla non habuisset, & omninò non delirasset, procul du-
7 bio æquè in liberos, uti in peregrinos sæviisset. At quia actus † ille congruus,
& rationi humanæ conveniens erat, non absolutum fuisse reum. Quin quod
simulantes dementiam, idcircò de sese confiteantur delicta, quò judex cre-
dat ac inducatur in hanc sententiam, quasi revera desipiant, non decipiant,
qui tamen id agunt, ut confundant judicem, illudant tribunal, dementent
vulgum, existimantem vix fore, ut non nisi insipidus adversus seipsum dira
confiteatur, cùm nemo sanæ mentis ultrò præsumatur confiteri velle, vel al-
legare turpitudinem propriam, quam quisq;, quousq; par & possibile, solet
occultare, Specul. *de actore, §. expend. num.* 55. *per cap. dilectos, de donat. cap. cum
super, ext. de conceß præbend.*

Annotandum autem est, simulationes ejusmodi in delictis exceptis
tantò minus prodesse reo, quantò majus delictum est, fingere id, quod non
est, vel quod est malitiosè depravare, obnubilare, *vide omninò suprà cap.* 15.
Hinc demens sive simulet illum affectum, sive non, siquidem parentes occi-
derit, Cæsari, Patriæ insidiatus fuerit, proditionẽ, Sodomiam exercuerit, ulti-
mo supplicio afficiatur, Joan. Grivell. *in decis. Dolan. d. loc. suprà cap.* 28. Dixi-
mus tristitiam multa parere dira, quæ verba hanc sententiam habet, eoq; allu-
dunt, quod scribit Euseb. *adversus Theologiam gentium, lib* 4. *cap.* 12. Scilicet
8 accidere sæpenumerò, ut impurus † Dæmon uti per cibum & potum, sic per
tristitiam sese insinuet corporibus hominum, eaq; obsideat.

9 Ubi non inconvenienter quæri potest, ut siquidẽ obsessus † fateatur de
sese crimen, exinde indicia sint jure formanda, & quid de maleficiis & damnis
ab obsessis patratis illatis judicandum sit? [1] Quoad indicia respondemus,
10 nulla exoriri argumenta † delictorum ex calumniosâ obsessorum relatione
sive contra seipsos, sive alios retulerint crimina. Est equidem Satan mendax,
& pater mendaciorum, inimicus & hostis capitalis humani generis, leo ru-
giens, quærens, quem devoret, vide *cap.* 29. *in fine*, at inimici capitalis relatio
nihil efficit, præstat nec probat. Farinac. prolixè *de testibus, quæst.* 53. *num.* 35.
Mascard. *de probat. lib.* 2. *concl.* 857. Wilhelm. Antonii *in claust. ad resp. Theod.*
Reinkingk *in proceß. contra sag. null. instit. quæst.* 2. *num.* 257. Ergò.

[2] Maleficia obsessorum quantum attinet, ea quoque impunita ma-
nent non secus, ut furiosorum, Grivell. *in decis. Dolan. d. loc. pag.* 107. 108. non
vana est, nec inepta distinctio Alphonsi Tostati *in tom.* 8. *super Matth. q.* 114.
quem

quem admirandum ſcientię vas vocat Joan. de Pineda *in Job. tom. 2.* aut, *inquit,* delicta † committuntur ab obſeſſis propria ipſorum voluntate, & Dæmone 11
ad id, nihil præter ſuggeſtionem conferente, ea crimina ipſis obſeſſis, & non Dæmoni obſidenti imputantur, nec minus eorum venia danda eſt, quam quę fiunt ab iis, qui nullas Dæmonum infeſtationes patiuntur: aut patrantur flagitia nimis admodum ſæviente & furente Diabolo, ea non ab obſeſſis, ſed Dæmonibus propriè fieri exiſtimabuntur, quare miſeris obſeſſis ea haud imputantur, ſed infelicibus Dæmonibus, Alphonſ. Toſtat. *d. loc.* Grivell. *in deciſ. Dolan. deciſ.* 33. *num.* 10.

3. Quod ſpectat ad damna † ab obſeſſis illata, ea quoque fato potius 12
quàm noxæ adſcribuntor, cumprimis diſtinctione modo dicta hîc admiſſa. Et quia furioſis ſimiles ſunt obſeſſi, ſi nō atrociori & violentiori aguntur motu, placuit ut quæ de illis hinc inde jure obtineat, eadē etiam quoad hos meritò obtinere debeant. Cùm parium idem ſit judicium, *l. 32. ff. ad L. Aquil.* De furioſis autem dicitur, ut quoties damnum injuria dederint, id reſarcire teneantur parentes, conſanguinei & familiares furioſorum, *l. 14. ff. de off. Præſid.* Ergo idem de damno ab obſeſſis dato, judicandum eſt. Planè quam grande nefas incitare obſeſſos vel furioſos ad damna inferenda, æquè deteſtandum & pœnis coërcendum gravioribus, ſiquidem ſuggeſtione † pravorum homi- 13
num coguntur maledicere, injuriis afficere, calumniari homines frugi & honeſtos, illi enim inſtar ipſorum ſunt Dæmonum, qui quod ipſi præſtare nequeunt, Deo † prohibente, obliquè per organa efficiunt, & ſuavi cum ſub- 14
ſannatione nihilominus operantur, Deo ſæpè Satanam eludente, quando illius facultatem ligat & in medio impetu à nocendi libidine revocat, non ſecus uti paſſer laxiori filo alligatus, volare tentans ſpe eluditur, & medio volatu impeditur, Joan. de Pineda *in Job. cap. 40. verſ. 20. tom. 2. pag. 1126.*

De ſignis † incepti & pridem incogniti vel obſervati furoris diximus, 15
part. 2 hujus noſtri operis, cap. de homicid. caſuali.

Signa, quibus Diabolus triſtiſſimum ſuum adventum obſidendis prænunciat, à Theologis recenſeri ſolent hæc:

1. Horribilis aſpectus Dæmonis, quo ſpiritus obſidendorum turbat, nam paulò antequam in corpus eorum ingreditur, apparet eis vel in forma cadaveris humani defuncti, vel nigricantis, & hirci, interdum quoq; obſeſſi, ſe ſpiritum in ſpecie canis aut nigri Æthiopis vidiſſe aſſerunt.

2. Inuſitatus ſonus, interdum enim vento horribili ſtrepitu & tumultu grandi, qui vix alibi, quàm eo in loco, ubi ſunt obſidendi, adventum ſuum prodit.

3. Moleſtia, quam adfert obſidendo, quem vel cædit, in terram dejicit, hoſtiliter tractat & affligit, futurorum cruciatuum quaſi prodromum præmittens.

4. Somnia tristia, quibus obsidendis videatur, sese Dæmonibus agitari, vexari, pulsari, quæ plagæ post ingressum Dæmonis, ipsis nimis verè contingunt.

16 Porrò quibus signis † certò appareat, aliquem à Diabolo obsessum, vel motu aliquo alio horrendo & depravato agitari? vide Dn. Balduinum, Præceptorem nostrum Witebergæ aliquando *in cas. conscientiæ, lib. 3. c. 2. cas. 2. & tract. eod. cas. 3. pag. 623. & cas. 4. pag. 627.* Grivell. *in decis. Dolan. d. decis. 33. ubi*
17 *ait num.* 20. Quòd sæpè etiam pueri, † & innocentes à Diabolo obsideantur singulari & imperscrutabili Dei judicio. Nonnunquam quoq; ipsæ lamiæ &
18 veneficæ, † quarum aliquam liberatam fuisse precibus & exorcismis scribit, & Diabolo descendente nigricantes limacos visos fuisse aliquantulum in cubiculo circumire, qui tamen mox disparuerint. Confessa erat mulier sese per commestionem pomi sibi dati concepisse hoc malum, vide Joan. Grivell. *d. decis. Dolana* 33. *in princ. & part.* 2. *tract. nostri, cap.* 31. *de indiciis magiæ*, non rarò bestiæ & animalia bruta Diabolorum obsessionem patiuntur, uti vivum exemplum in sacris extat, &c.

CAPUT CII.

DE INDICIIS, QUÆ EX ATTENTATA SUI *ipsius occasione depromuntur,*

SUMMARIA.

1. *Quæ sæpe accidunt, accuratè sunt tractanda.*
2. *Experientia stultorum mater est pœnitentiæ comes.*
3. *Mœror errorem parit.*
4. *Malus malitia sua perit, quia nemo læditur nisi à seipso.*
5. *Superbia est ipsa virga & flagellum superborum.*
6. *Qualia indicia ex occasione sui ipsius nascantur?*
7. *Quæ pœna statuenda in cadavera eorum, qui seipsos occiderunt?*
8. *Quid si quis saltem sese occidere attentavit, quæ inde indicia generentur?*
9. *Turpe est ex solo commentario sapere non edoctum quoq; experientia.*
10. *Reus qui sibi voluit inferre mortem non solus, dehinc relinquatur in carcere.*
11. *Vbi malitia radices egit, quasi ingenita ægritudo extinctu est difficilis.*
12. *Quomodo indicium hoc probetur?*
13. *An custodi carcerum credatur referenti, quod reus voluerit se ipsum suspendere?*
14. *In causis modici præjudicii creditur nuncio publico.*

1 CÆterum accidit ἐπὶ τὸ πλεῖστον, † quod attendendum est, Pompon. *in l.* 3. *ff. de ll.* Wilhelm. Antonii *de rescript. morat. conclus.* 20. *nu.* 52. nec quotidianum prætereundum, Paul. *in l.* 27. *ff. de liberat. legat.* Joan. Schneidew. *in proœm. epit. feud. p.* 1. quod rei mœrore affecti, carnificis officio præveniant, sibiq; ipsis manus ultrices & violentas inferant vel inferre gestiant, uti expe-
2 rientia † rerum magistra, §. 7. *inst. de satisdat.* stultorum mater & pœnitentiæ comes

comes, Herm. Lather. l. *de censu cap.* 12. *num.* 17. Anton. *d. tr. concl.* 6. *num.* 8.
sat superq; evincit. Mœrore † affecti errore conficiantur, confundantur, 3
ut malum sibi convenire existiment instar boni, quia mens hominis perversa
desperabunda, ad exitium seipsam impellit, Sophocl. *in Antigon. pag. mihi*
107. quod sic exponit Alphons. Tostat. *in Matth. tom.* 4. Deus ea aufert homi-
ni malo, quibus posset resipiscere & redire ad actus saniores, ut sunt rectum
judicium & bonum desiderium circa agenda. At permittit sæpe Deus homi-
ni aliquid, unde puniatur proprio suo facto. Idem *in Paralipp. n.* 257. malus † 4
malitia perit, quia nemo læditur nisi à seipso, malitia est gladius improborum,
quo seipsos jugulant. Idem *cap.* 40. *v.* 14. Joan. de Pined *in Job. tom.* 2. *cap.* 35.
vers. 7. *pag* 831. Flagellum equo, camus asino, & virga dorso imprudentium.
Idem *d. loc. cap.* 34. *num.* 9 Superbia † superbo nocet, eorumq; virga dicitur, 5
Ezech. 7. ibi: egressa est quasi gemma arboris frondosæ, contritio floruit vir-
ga, superbus ipsa superbia quâ elevatur, malus malo, quo sustentabatur, op-
primitur. Idem Pined. *tom.* 2. *pag. mihi* 107. & 1078. non mirum itaque ex lu-
mine fieri umbras, ex die tenebras, &c. quæ malorum mentes obfascinant, ut
quid agant vel statuant, prorsus tandem ignorent, hinc ut diximus præcipitia
pœnarum, præventiones suppliciorum privatæ, de quibus partim hic quæ-
stio est. Sed de indiciis † impræsentiarum dicendum est, ubi distinguendi ca- 6
sus sunt, an quis extra custodiam vel in custodia sibi mortem intulerit nec ne?
Deinde an mors sit subsecuta, an saltem attentaverit reus sibi adimere vitam?
Sæpenumerò eò impellere affectus melancholicos & tristitiam homines, ut
sibi manus violentas inferant, extra dubium situm esse apparet, ut variis de-
monstratur exemplis, *part.* 2. *cap.* 29. & 30. quod & conscientia sceleris vel
solo affectu illo prædominante fieri potest absque omni reatu mortali & ma-
leficio, quod supplicio dignum sit, de quo themate hic nullus est sermo, nec
tum quoq; siquidem ante inquisitionem ejusmodi quid in sese attentat reus
famâ delicti saltem gravatus, nisi constat signis exterioribus, per cruciatum
sceleris magis sibi vim intulisse vel inferre voluisse reum, quam per affectum
sibi innatum vel morbo contractum, illo casu conatus indicia infert, & quan-
do seipsum † occidit, non tam carebit sepultura honesta, quàm indiciis de- 7
lictorum concurrentibus, & quod plus, maleficio in quantum probato, cor-
pus suspendatur de furca comburatur, vel in partes dissectum prout crimi-
nis atrocitas id dictitabit, hinc inde palis affigatur, Petr. Roz *in decis. lituan.
decis.* 1. non secus ac si captivi sese occidentes perinde judicantur statuunturq;
in cadavera defunctorum legibus & moribus constituta & introducta sup-
plicia, *gloss. in c. placuit,* 23. *q.* 5. Roman. *in sing* 264. *l.* 3. & *fin. Cod. de bon. eor qui
ant sent &* Neq; hic obstat; quod per mortẽ pœna extinguatur, mors enim
omnia solvit. *l. d. functo sent. de pub jud.* Cagnol. *in l. pupillum §. in heredes. ff de
R. J.* nec non videatur inhumanum sævire in corpora inanimata, pœnas ex-

poscere, ubi nullus est pœnarum sensus, &c. Jul. Clar. *lib. 5. sent. §. fin. quæst. 51. num. 13.* Respond. Distinguendum esse inter crimina excepta & non excepta, hæc quidem morte pœnas sinunt esse sepultas, illa non utique. Clar. *d. loc. nu. 14. ibi:* Sunt tamen aliqua crimina excepta, in quibus etiam post mortem delinquentis procedi potest, scilicet hæresis, & læsæ majestatis, repetundarum, peculatus, homicidii sui ipsius ob conscientiam sceleris patrati, Gomez. 1. *delict. num. 79.* refert: Quod in civitate Salmaticensi monachus sodomita, qui antè quæstionem sese suspenderat, per plateas urbis sit ductus & igni concrematus, qua de re multa variaque recenset præjudicia Clar. *d. loc. num. 26.*

Cæterùm si incarceratus non quidem sese interemerit, sed interimere
8 saltem attentaverit, † si funes nexerit, quo sese suspenderet, vel suspensus reperiretur à custodibus, at nondum exanimis incisâ resti, quâ constringebatur, certè nullus dubitare poterit, quin hæc attentatio indicium fortissimum generet, modo alia de maleficio recepta sint indicia, neq; enim solum adeoq; unicum hoc indicium quæstioni esse debet, idque ex vulgari paradoxo, quod unum indicium non producat quæstionem, Alexand. *consil. 13. lib. 1. in fine*, Carer. *in pract. crim. pag. 45.* quin moveat potius judicem exactius, ut inquirat in delictū, nec non in mores rei, an appareat, cum animi mœrore magis, quàm delicti conscientia in se tantum attentasse scelus. Et quia hoc facinus per sese delictum ingerit, quanquam innocens reperiatur ille respectu criminis insimulati, non prorsus tamen evadet impunis ob conatum cædis sui ipsius, *d.*
9 *c. 30. part. 2.* Procurabit a. judex experientia † edoctus, cum turpe sit demum ex commentario sapere illum, qui prudentia pollere præ aliis debet, Senec.
10 *Epist. 33.* ne dehinc reus † ille solus relinquatur in carcere, sed vel inde eruatur fideli custodiæ commissus, ne squalido carceri intrusus, ad paria declinet flagitia, nam, ut Euripides ait, semper aliud malū post aliud nascitur, & ubi se-
11 mel radices † egit malitia, quasi ingenita ægritudo exstinctu difficilis est, imò anima semel malignitate capta, omnes insaniæ numeros explicare consuevit, eleganter Petr. Peck. *de reg. jur. reg. 8.* Planè si ob latrocinium incarceratus est reus seipsum interfecturus, indicia latrocinii hinc erunt ponderosiora, cum aliis pepercisse haud credendum sit, qui sibimet ipsi mortem inferre atque in propria viscera grassari non dubitavit. *l. si cum dotem, §. si maritus ff. sol. matr.* quomodo legem positivam servabit, qui naturalem neglexit? Roiz. *d. decis. 1. pag 16. & seqq. ego part. 2. cap. 31. num. 6.* Sed quo pacto probabitur †
12 hoc indicium, an Commentariensium vel custodum relatione, qui denunciāt magistratui cædem † ejusmodi voluisse patrari ab incarcerato? Ita dicendum esse videtur 1. Cum nuncio jurato regulariter credatur in his, quæ ad sua officia spectant. *l. 1. ubi gloss. & Dd. ff. de vent. inspic.* 2. tum quod in causa diffi-
13 cilioris probationis, testimonium † domesticum passim & ubivis admittatur,

tur, *vide cap.62.* 3. adeoq; nec fallere possit illa relatio, quæ ut plurimum signa exteriora eaq; infallibilia præ se ferre soleat, utpote demonstratis funiculis in carcere repertis, carcerato examine quasi cubante, atq; indicia exploratæ necis sui ipsius dictitante. At utcunque hæc sint, non existimamus nudam illam relationem sufficere 1. Quia indicium quodlibet duobus ad minimum testibus debet probari, Alexand. *vol.1.cons.13.in fine,* 2. idque hominibus omni exceptione majoribus, Carer. *in pract.crim.pag.46.* Quales autem vulgò sint carcerum custodes, non est operæ precium edisserere, hodie illi sunt vel lictores, carnifices eorumq; servi, nisi quod rarò contingit, custodibus extraordinariis asserventur captivi. 3. Quod testes de indicio deponentes quoque jurati esse debeant, Carer. *d.loc.* Ad argumenta objecta respondeo. Quod in causis † modici præjudicii quidem credatur nuncio publico, de actu expedito referenti, cum modicum prætor non curet, *l.scio, ff. de rest.* 14 *in integ.* & quod defectus non noceat parvus, *l.quamvis, ff.de cond. & demonst.* Secus verò ubi præjudicium prægrande dominatur, quale infert quæstio, quę gravior dicitur, per commune axioma, amissione oculorum, & utraq; manus abscissione. Farinac. *de test.lib.3.tit.8.q.78.* Cunrad. Harß *in tr. de inquis.in caus.crim.jur.inst.c.8.n.3.* & *4.ibiq; Anonym.in not.*

Ad 2. Respond. Quod testimonium dici nequeat revera domesticum, quandocunq; illa, quæ proponuntur in illo argumento, referuntur, *vide supra cap.73.*

Ad 3. Quod signa accedentia non suppleant fidem testis mutilam & mancam, licèt relata hæc informia judicem instruant meritò, & quam hactenus non habuit fidē indiciis, eam inquisitioni & examini ulteriori exponat, recipiatq; pro re nata de carcerum custodibus depositionem in forma probante, quam, ut diximus, indiciorum causæ omninò requirunt, Clar. *5.sent.* §.*fin. quæst.9.num.7.*

Commemorant annales, diabolum Brunswici incacerato homicidę die sequenti suspendendo obtulisse funiculum artificiosè contextum, quo se strangularet, noluisse verò eum in se admittere tantum facinus, demonstrantem mane restim, quam Satan post se reliquerat, proinde versiculi:

Brunswici in vinclis homicida retentus, acuto
Carnificis gladio percutiendus erat.
Prægressâ is vidit sub nocte venire Satânam
Ad sese in cœci carceris ântra sui
Dicentem: Cras occumbes prostratus ab ense
Carnificis: mors hæc est subeunda tibi.
Ne verò sit opus probrosâ hac morte perire,
Cernere nec turpis publica damna necis,

En tibi dem laqueum possis quo abrumpere vitam:
Nec mora: disparet sic homiperda Satan.
Carceris intorquens malè olentis flabra Mephitis
Claustro, quod fœdum putuit inde diu.
Sole sequente fuit laqueus monstratus ocellis,
Artificum restes qui laqueare solent,
Nec quisquam artificum, ingenio hanc ut ab arte manúve,
Tam solers laqueum solvere posset, erat.
Olim cum Musis Frischlini subditus essem,
Hæc res est sanctâ cognita vera fide.
Christe tuere tuos! tutelæ retia pone
Nos circum! serva nos, tege pasce, doce.

CAPUT CIII.

DE INDICIIS, QVÆ EX TACITVRNITATE procedunt.

SUMMARIA.

1. *Qualiter ex taciturnitate formetur indicium.*
2. *Dolus ex silentio arguitur.*
3. *In odiosis, ubi publicum interesse stringit, taciturnitas pro contumacia habetur.*
4. *A judice interrogatus reus, siquidem tacet, ubi tacere non debebat, indiciis prægravatur.*
5. *Taciturnitas quoad sociorum delicta indicium generat.*
6. *An dissimulatio indicia pariat?*
7. *In actionibus præjudicialibus taciturnitas nedum indicia, sed plenam probationem infert.*
8. *Contumacia & taciturnitas pari passu ambulant.*
9. *Regula: Quod duo specialia non concurrant: in materia indiciorũ non habet locũ.*
10. *Intellectus tacitus, qui inest dispositioni legis vel hominis, idem operatur, quod expressus.*
11. *An dominus videns res suas contrectari, neq; acclamans furem, videatur remittere actionem furti?*
12. *Silentium responsum optimum coram juvene loquaci & immodesto.*
13. *Patientia & spes bonis sit sponsa vel conjunx.*
14. *Prælatus taciturnitate non potest præjudicare Ecclesiæ.*
15. *Quid de taciturnitate filii Dei coram Pilato judicandum?*
16. *Quo fato Pilatus obierit, & ubi is sepultus sit?*

1 DE taciturnitate † indicium est, referente Carer. *in pract. crim. pag. mihi*
64 Si amicus scribit amico, quod rumor vel fama de eo spargatur.
Quod is commiserit, cujus author hactenus ignoretur, flagitium, ipseq; ac-
ceptis & lectis literis taceat, non contradicens, neque sese excusans, &c. Hyp-
pol. de Marsil. *in pr. crim. §. diligenter, vers. quæro etiam notabile, &c.* Petr. Pecc.
de reg. [illegible] Can reg [illegible]3. num. 1. Porrò si cui objiciatur crimen in præsentia ho-
2 minum, isq; taceat † neque contradicat, indiciis ex tacitunitate prægravatur,
Bart.

Bart. *in l. 2. ff. ad SCtum Macedon.* Marsil. *d. loc.* Petr. Pecc. explicat hoc indicium: modò ne animo irato per injuriam alicui objiciatur crimen, quo casu retorsio jure recepta est, quæ ex intervallo facta quoq; suam habet ἐνέργειαν, vide Berlich. 5. *concl. pract. de injur.*

Quo spectant divulgata juris brocardica: Dolus ex silentio arguitur Cravet. *consil.* 298. *in fine*, in odiosis † & in quibus versatur bonum publicum, 3
odio tacentis, & veluti contumacis lex omnia interpretatur contra tacentem in pejorem partem, Jason *in l. qua dotis, ff. solut. matr. num.* 38. Porrò indicium fortius est, quoties à judice † interrogatus reus de delicto tacet, cùm respon- 4
dere posset vel teneretur, Bald. *in l. 3. in 1. notab. C. quand. fisc. vel privat. & in l. 16. 2. not. C. de probat.* quanquam à privato vel accusatore interrogatus & tacens, præjudicium tantum sibi haud accersat, Petr. Pecc. *d. reg.* 44. imò taciturnitas, † quoad sociorum delicta, pro consensu habetur, & indicium parit 5
respectu sociorum, *l. penult. ubi Dd. ff. de furt.* dissimulatio † etiam, quia pro 6
taciturnitate habetur, indicia parit, Bald. *in l. 2. C. de bon. qua lib. & in l. suum, C. de repud. hered.* in actionibus † præjudicialibus, ubi de statu hominis quæ- 7
ritur, taciturnitas nedum indicia, sed probationem plenam infert, Pecc. *d. loc. num.* 2. in causa civili taciturnitas tantò magis inducit assensum, quantò gravius est in causa criminali solam taciturnitatem obesse reis. Sic qui tacet in collatione beneficii, habetur pro acceptante & cōsentiente, ut Patronus sese non opponens præsentationi, consentire dicatur, Rota *decis.* 423. sic ad dominii acquisitionem valet taciturnitas, patre enim tacēte, cùm filius delatam possidet hereditatem, plenum hinc inducitur ratum, quod est vice mandati, Bald. *in l. 1. col. 13. vers. quid si pater, C. qui admitti, &c.* Sic contumacia consensum & confessionem inducit, quia contumacia † & taciturnitas jure pacifi- 8
cantur, *cap. 2. de confess. in 6.* Andr. Gail. 1. *observ. pract.* Diximus supra, dolum fovere taciturnitatem: multò magis itaque ea nocet dolo probato, ut si quis dolosè taceat, *l. 2. C. si res alien. pign. det.* quin quod taciturnitatis indicia magis magisq; stringant, reo indiciis aliis superato, quoad articulum, quem tacendo præteribat, vel respondere nolebat, ut haud immeritò bina concurrunt indicia, alterum taciturnitatis, alterum probationis semiplenæ super eodem vel eisdem articulis.

Neque hìc adversatur, quod duo † specialia non concurrant circa i- 9
dem, &c. Respondeo, hanc regulam cumprimis pertinere ad indicia, eoque totam indiciorum materiam esse dirigendam, scilicet ut duo indicia specialia si haberi possunt, quia generalibus sunt fortiora, concurrant circa delictum idem, quà de re alibi. Præterea taciturnitas pro consensu habetur, quando ultra illam superest actus positivus, Menoch. *lib. 6. præsumpt.* 99. *nu.* 22. *vers. primus itaq. casus*, Cravett. *consil.* 111. *num.* 5. Etenim sese subscribens actibus præjudicialibus, pro consentiente existimabitur, *l. fidejussor.* ubi Jason §. 1. *ff. de pignor.*

de pignor. Exinde & illud paradoxon emanavit, quod taciti eadem sit vis ac potestas, quæ est expressi, *l. cum quid. 3. ubi gloss.* & Bald. *ff. de reb. cred. l. quanquam, ff. de rit. nupt. l. 31. ff. de legib. l. 3. ff. de test. tutel.* ubi Bald. in civilibus præsertim, in criminalibus quantum ad indicia. Quocirca aliæ natæ juris ætiologiæ: dies tacita pro homine æquè interpellat ac expressa, *l. 2. in fine, Cod. de jure emphit. c. potuit. ibidem.* conditio tacita non minus facit, ne obligatio nascatur quam expressa, *gloss in l. 2. §. 3. in fine, ff. de reb. cred.* pactum tacitum ita informat contractum uti expressum, Eberhard. *in top. prolixè, num. 4. in loc. ab express. ad tac.* exemplum est expeditum in actione Serviana, ubi nisi tacitum operaretur, deficeret obligatio, ut ait Fortun. Garz. *in l. item, ff. de pact. nu. 4.* ita sanè & mandati causa quoad ratum superveniens, *l. si fidejussor, C. mandati,* ubi Donell. nec non in exceptione de non petendo, ubi si tacita inest conditio pactis, perinde est, ac si expresè id fuisset conventum, *l. 2. ubi,* Bart. *Cod. de*
10 *pact.* Et toties dici placuit, intellectum tacitum, † qui inest legi vel hominis dispositioni, ita operari idemque inferre, quod intellectus expressus, *l. 13. l. 17. ff. de ll.* Ut autem inesse dicatur tacitum dispositioni, considerandum est, hoc ipsum fieri vel ex natura causæ, *l. 1. C. de divers. rescript.* natura rei ipsius, *l. 3. ff. de reb. credit.* vel ex præsumpta voluntate disponentis, *l. Labeo, ff. de pact.* ex consuetudine *l 31. §. 20. ff. de edil. edict.* ratione conventionis, convenienti & eidem subjectæ, *l. ea lege, ff. locati,* ratione præcedentium vel subsequentium, *l. si servus, §. fin. ff. de legat. 1. l. 126. ubi* Gœd. *ff. de V. S.*

Non obstat modo dictis: Quod tacens stipulanti non obligetur, nec ta-
11 citurnitas reo quicquam obsit, *l. 1. ff. de V. O.* deinde quod dominus † videns sibi furto res abripi, nec acclamans furem, censeatur remisisse actionem furti, cum non nisi invito & nolenti furtum fiat, *d. l. penult. ff. de furt. adde cap. nihil, ext. de præscript.* ubi Papa respondet, taciturnitatem non præjudicium fa-
12 cere juri Ecclesiarum. Denique quod silentium † sit responsum optimum, Plutarch. *de vic. pud.* kein Antwort ist auch ein Antwort / Wilhelm. Antonii *de rescript. morat. conclus. 2. num. 48.* adeoque seni tutum coram adolescente locutuleio, Johan. de Pineda *in Job. cap. 38. vers. 1.* nec non innocenti gloria, coram judice improbo. Quandoquidem salvator mundi, cujus actio nostra erit institutio, cujus exemplar nobis erit patientiæ fulcrum, juxta illud: Pati-
13 entia † & spes mihi sponsa. Idem Pineda *in fine tractat. tom. 2.* Div. Ambros. *serm. 49.* Petr. Pecc. *in d. reg. 43. in princ.*

Respondeo ad [illegible] quod *l. 1. de V. O.* agat de solennitate obligationis verborum, quorum εἶναι vel forma est verborum elocutio, nempe ad differentiam cæterarum obligationum, ut enim res initium præbent obligationibus, quæ re constant, ut ait Donell. 15. *com.* 4. Sic loquela, solennis illa rogatio & responsio formam dat stipulationi, sine qua obligatio illa constare haud potest, *princ. instit. de V. O.* à particulari igitur ejusmodi parum vel nihil infertur,

Petr.

Pett. Pecc. *d. loc.* Ad 2. respondeo & quidem *ad d.l. penult. ff. de furt.* quod in odium furum actio nihilominus detur tacenti domino: nonnulli respondent non sponte sed metu tacuisse dominum, fures enim cum telo solent ambulare nonnunquam, ut si fors deprehendantur, vi & vi armata ac apprehendantur, resistere atque dilabi possint, licèt hæc explicatio non arrideat Pecc. *d. loc.* 3. non obstat, *c. inhib. de præscript.* neque enim prælatus † sive taceat sive palam agat, rem Ecclesiæ deteriorem facere potest, cujus tutor non tollitor esse debebat, *argum. l. 7. §. 3. ff. pro emtor. l. tutor. qui tutelam, ff. de administr. tut.* Donell. 4 *com. 5. num* 50. adeò ut successor revocare possit factum prælati, Ecclesiæ bona dilapidantis. 4. nihil facessit, cum actus salvatoris † sint pleni mysteriis, nec ad consequentias trahendi, *argum. l. 16. ff. de leg.* tacuit, quia pati voluit, obmutuit sicut agnus sub suo tonsore, percussus & calumniatus est nec contradixit, quos Prophetarum locos Abnuriell Rabbi Judæus, qui vixit post natum Christum 40. cui Judæi adscribunt fidem Abrahami, zelum Esaiæ, & spiritum Ezechielis, nec non indubitatam bibliorum explicationem, exposuit de Messia, vide Anton. de Guevar. *in epist. aur. 2. pag.* 25. de hac taciturnitate & gestatione arundinis scribit Pined. *in Job. cap.* 40. *vers.* 14. tacuit innocentissimus & gestavit arundinem exitialem serpenti, qui est diabolus, venit enim in hunc mundum, ut sua passione & patientia destrueret diaboli opera, imò turbatus & obrutus clamore & tumultu populari quid respondebit? Quapropter glossa *in l. decurionum, C. de pœn.* Pilatum † judicem hac in re pessimè lapsum fuisse, nulliter & iniquissimè Christum condemnasse statuit, Tiraquell. *de pœn. causa,* 46. *nu.* 2. Carer. *in pract. crim. pag. mihi* 119. Pilatum vocat Parricidam, qui Christum patrem universalem occiderit dignum, qui puniatur, juxta *l. penult. §. milit. ff. ad L. Jul. repetund.* J. de Anan. *in c. accusati, ext. de accusat.* refert, corpus Pilati injusti judicis à duobus bobus per terram fuisse hinc inde tractum & in locum projectum, quem prope Lucernam Helvetiæ existere, squalidum & atrum colore, cui si quispiam immittat lapidem tanta fulgura confestim suboriri, quasi elementa cœli & terræ invicem sint corrutura, scribit Sebast. Münster. *in Cosmog. pag. mihi* 1026.

14 15 16

CAPUT CIV.

DE INDICIIS, QVÆ EX CONSVETVDINE delinquendi promanant.

SUMMARIA.

1. *Consuetudo delinquendi indicium parit.*
2. *Malitia semper insidiatur malo, ut leæna venationi.*
3. *Malitia imbutus pro nihilo habet peccare.*
4. *Scurra pendet alieno cibo.*
5. *A præterito ad præsens & futurum probabiliter infertur.*

 6. *An*

6. *An regula: Qui semel malus, trahatur extra idem delicti genus?*
7. *Præsumptiones & indicia differunt.*
8. *Cæde in rixa commissa, contra quem indicia cædis potissimùm stringant?*
9. *In ambiguis pro bonitate hominis est respondendum.*
10. *Nemo repentè fit magnus, nemo repentè fit turpis.*
11. *Virtus, quæ duros patitur impetus, non tam facilè assurgit, uti vitium in pejus declinat.*
12. *Pœna adjecta contractui quousq; operetur.*
13. *Qui semel contumax, non præsumitur semper contumax.*
14. *Absq; relato non creditur referenti.*
15. *Tutor malè versatus in tutela, an & quando removendus?*
16. *Relapsus in hæresin testibus ineptũ probatur.*
17. *Fustigatus quando ad honores aspirare possit?*
18. *Non decisum videtur, quod provocatione pendente durat.*

D OFFERT sese indicium, quod ex consuetudine † delinquendi promanat, Carer. *in pract. crim. pag. mihi* 61. Bartol. *in l. fin. ff. de qq.* Salycet. *in l. fin. C. eodem*, Alex. *consil.* 5. *vol.* 1. Bald *in l.* 1. *ff. de hered. instit.* Petr. Rebuff. *in tract. concordat. rub. de collat. §.* 1. *pag.* 305. *ibi:* bonum argumentum est à solitis, *argum. l.* 24. *ff. de usufr. in verb. quia ut servus talis ei stipulari possit*, usitatum est. Hinc vulgata & trita illa regula: Qui semel malus, semper præsumitur malus, *cap.*
2 *semel malus, de reg. jur. in* 6. Quanta enim peccati & malitiæ vis, † quæ turpitudo & macula, quam acriter insidietur semel operantibus iniquitatem, nemo est, qui ignoret, ait Petr. Pecc. *in reg.* 8. *num.* 1. imò malitiæ vis, ubi semel radices in homine egit, non aliter insidias struit homini, quàm leæna venatio-
3 ni, *Eccles. cap.* 27. ut tandem malitia imbutus † pro nihilo habeat delinquere, Alphons. Tostat. *in Parapp. tom.* 1. *in princ.* Qui semel scurra, nunquam paterfamiliâs, id est, quem semel depuduerit, quiq; contemptâ famâ scurram age-
4 re cœperit, vix unquam ad bonum frugem redibit. Porrò scurra † gaudet aliquo cibo (quocunq; flagitio eum acquirat, modo habeat, quod comedat) vir bonus parat, unde domi vivat, Erasmus *in adag. Chiliad.* 2. *cent.* 4. *pag.* 462. delinquendi consuetudo non modo indicia parit, sed & pœnas meretur duplicatas, Tiraquell. *de pœn. caus.* 42. *num.* 14. spectant huc argumenta topica Eberhard. *in loc. à tempore ad tempus.* Etenim à præterito ad præsens rectè infertur, Alciat. *de præs. reg.* 2. *præs.* 26. delictum præteritum arguit præsens & futu-
5 rum. Siquidem præteritio † & futuritio sunt semper præsentes, licèt res, quæ fuit vel futura est, non sit nec appareat in conspectu, Alphons. Tostat. Abulens. *in Josua, tom.* 2. *num.* 61. sine prioribus posteriora non existunt, Idem *in Matth. tom.* 7. *num.* 255. imò priora trahuntur ad posteriora, Idem *d. loc. tom.* 6. quæ Philosophis à priori dicuntur probationes, Aristoteles demonstrationes à posteriori vocat signa. Idem Tostat. *in Exod. tom.* 1. *num.* 80. Certissima est consequentia, cùm præterita connectuntur futuris, ait Pogg. Florentin. *in lib. Epist. pag. mihi* 117. atque hinc passim uno ore quasi conspirant Doctores,
6 quod regula: Qui semel † malus: extra idem delicti genus non trahatur, adeò, ut

eò, ut verberare assolens, nô inde gravetur indiciis homicidii, Thom. Gram. *decis.*25. Bart. *in d. l. fin. ff. de qq.* Carer. *d. loc.* quanquam inde præsumptiones indicio † minores resultare dicantur, quæ ad capturam potius quàm torturam commovere judicem debeant, Carer. *d. loc.* ubi sibi ipsi non constans, tandem docet consuetudinem illam extra terminos operari. Nam expressè dicit: Indicia generari junctis aliis indiciis, quæ & nostra & liquida est Doctorum sententia Si enim concurrente indicio quæstionem illa consuetudo pariet, utique ea per sese indicium faciat, est necesse, cùm præsumptio juncto indicio non hoc præstet, sed indicium indicio junctum, demum indicii nomen meritò obtineat. Et licèt Petr. Pecc. JCtus acutus & accuratus *in d. reg.*8. *num.*3. huc quoq; alludere videatur, cùm statuit, si quando plures in rixa, † sub quâ pereat homo, interfuerint, vulneratus vel occisus præsumatur ab illo jugulatus, isq; demum quæstioni tradendus, qui simile delictum commiserit, assentiente Salycet. *in l. fin. C. de qq.* Hypp. de Marsil. *in l.* 1. *§ præterea, ff. eodem & sing.*217. Nec tamen exinde sequitur: Ergo extra terminos, vel genera delictorum eadem extendenda esse indicia. Sed quid si in rixa nemo fuerit, qui retrò commisisset cædem, sed qui rixari, citius movere guerram, & ex verbis verbera facere solent, nonne is præ cæteris indicio cædis arguetur? nonne indicium illud ex consuetudine verberandi depromptum, juncto alio indicio sufficiens erit quæstioni? Hoc uti dixi, tandem statuit Carer. & ni fallor, ipse Peccius: Quia de vulnerato & occiso agit conjunctim, at cædes sine plagis, sine verberibus non perficitur, hinc à cædendo cædes dicta. Ergo ex illa prava consuetudine indicium hìc nascitur quasi ex causa causæ. 7 8

Deinde non adversatur: Quod uti unicus actus non sufficit ad probationem absolutæ virtutis, §. *cumq. in verbis, Inst. in proœm.* nec inter Athletas numeratur, qui semel vicit *l.* 1. *C. de athlet.* Sic nec semel malus, semper sit dicendus malus, cùm in obscuris † id quod minimum sequendum, & pro bonitate hominis potius sit respondendum, *l. meritò, ff. pro socio.* Et ut Quintilian. Innocentia per certos gradus discedit ab homine, cùm nemo repentè scelestissimus evadat. Et Cicero *pro Sylla*: Quod quisque cogitavit, voluit, admisit, non ex crimine, sed ex moribus ejus, qui arguitur, est ponderandum, neque enim potest quisq; nostrûm subitò fingi, cujusquam repentè vita mutari, aut naturâ converti, nemo repentè † summus, nemo repentè turpissimus: vulgato quoq; circumfertur diverbio: Quod una hirundo ver non faciat, ex Aristotele Pogg. Florent. *in tractat. de miser. human. condit. lib.*1. *pag. mihi* 38. 9 10

Resp. Quod à diversis imò contrariis & oppositis malè infertur: Neq; aliàs sequitur uno actu non acquiritur virtus nec brabejon. Ergo nec eodem omittitur actu unico; plus in conclusione est, uti loquuntur Logici, quam in præmissis: virtus, † quæ dura est, durosq; patitur impetus, non tam facilè as-

surgit, accrescit, uti vitia in pejus ruunt passim, decidunt suo pondere, aliter ad hoc argumentum respondet Petr. Pecc. *d. loc.*

Porrò movetur, quòd semper sit accipienda ea ll. interpretatio, quâ delictum excluditur, *l. proxime, de his quæ in test. delent.* quidni eodem pacto indicia excludantur, quæ vestibula sunt pœnarum mediante quæstione? Cum
12 jure communi receptum sit, quod pœna † apposita contractui in una parte ea non extēdatur ad aliam pacti partem, cujus non facta fuit expressa mentio. Quia odia sunt restringenda, neque ultra expressum pactum extendenda, *c. odia, ubi Dd. de reg. jur. in 6.* Respondeo, similiter inferri à diversis & fieri posse hinc reductionem ad absurdum. Equidem enim præmissâ illâ propositione nullus foret indiciorum locus, ergo nec pœnarum, & sic starent furcæ in viduitate.

13 Præterea movetur, quòd semel contumax † non præsumatur semper contumax, alias enim non esset necessarium contumacem citari denuò, *c. 2. de dol. & contum.* Respondeo accidere sæpenumerò, quod citatio prima non veniat in notitiam citati, vel quod citatus comparere volens impeditus sit, ne compareret, & quæ alia inter os & offam accidere possunt. Quapropter lex eadem præsumere noluit, quæ præsumenda sunt respectu viri perversi & famosi, & ubi procul dubio de flagitio ejus anteacto, in pari passu sat superque constat, *Dd. in d. c. qui semel malus.*

Quinimò opponitur: Quod an quis malè vel bene vivat? Sit solius facti: facta verò non præsumuntur, sed liquidam requirunt probationem, non credimus referenti nisi de relato † constet, *auth. si quis, C. de edendo.*

14 Respondeo, licēt ea quæ facti sunt non præsumantur, *l. asseveratio, Cod. de non num. pecun.* præsumuntur tamen, dummodo aliquid præcedat vel interveniat, unde præsumptio aliqua ducatur, nemo quidem præsumitur malus, nemo dolosus, interim verò cum quis retrò malus esse cœperit, atque de ejus malitia constiterit, immittit ea malitiæ probatio vim & virtutem suam in tempus sequens & præsumptionem malitiæ producit, quæ non nisi probatâ innocentiâ & prioris maculæ abluitione consumitur, manetq; vetus & constans regula: Quod ex vita anteacta colligatur, quid in futurum sit præsumendum, quâ de re suprà.

15 Neq; obstat, quòd qui in rebus pupillaribus semel versatus sit † malè, non inde removeatur à tutelâ, *l. 1. §. nunc videndum, ff. de susp. tutor.*

Resp. Quod quanquam non removeatur à tutela tutor ille, nihilominus tamen se suspectum reddit, quoad casus subsequentes, ubi lubrica ejus deprehenditur administratio. Sic impræsentiarum quoq; haud adstruximus ob indicium præsens condemnandum esse reum, sed junctis indiciis ea, quæ pœnam antecedunt, inde construenda: aliter hoc argumentum diluit Pecc. *d. loc. pag. 36.*

Opponi

Opponi quoq; poteſt, quod relapſus † in hæreſin vel Simoniam non 16
admodum jure attendatur, quandoquidem ad probandam illam prævaricationem teſtes admittantur alias inepti, & de jure inhabiles, *c. in fidei, ext. de hæret. c. per tuas ext. de Simon.*

Reſp. Quod exhinc nedum quicquam inferatur, crimen hæreſeos & Simoniæ exceptum delictum eſt, quod admittit teſtes ineptos, ſed quid inde ad indicia noſtra inferendum? quaſi conſuetudo delinquendi non inducat indicia futurorum: ſeparata hæc ſunt & prorſus incompatibilia, nihil ergo concludi poteſt, *arg. l. ſi maritus, ff. de donat. inter vir. & uxor.*

Nec faceſcit, quod quoque ob delicta antecedentia fuſtibus cæſus, † 17
vel gradu honorum exutus, ad dignitatis apicem nihilominus poſſit aſpirare & viciſſim repetere gradus dignitatum. Ut idcirco parum vel nihil prætor curare debeat, quid hactenus actum, quid tranſactum? *l. eos, Cod. de decur. l. ſi quis, C. de cohort.* Reſp. Quod fuſtigatio infamiam non importet, niſi cauſa, ob quam quis eam pati coactus eſt, fuſtium ictu fuerit digna, *l. 22. ff. de his, qui not. infam.* Porrò ubi gratiâ principis abolita eſt criminis macula, ſi provocatio † pendet ſententiæ coram ſuperiori, quid ſupereſt, quam ut nihil actum 18
quoad infamiam illatam adferamus, neque enim amiſſum quidquam æſtimabitur, quod in integrum eſt reſtitutum. Quantum perditio nocuit, tantum profuit reſtitutio, *t. t. ff. de in integ. reſtit. &c.* non deciſum vel mutatum cenſebitur, quod provocatione pendente durat, *l. præcipimus, C. de appellat.*

CAPUT CV.

DE INDICIIS, QUÆ EX COMMUNITER accidentibus depromuntur.

SUMMARIA.

1. *Quomodo formetur argumentum à communiter accidentibus.*
2. *Argumentum à communiter accidentibus involvit præſumptionem juris, & transfert onus probandi in reum ſeſe defendentem.*
3. *Ubi civiliter de crimine agitur, judex ex hoc argumento ad ſententiam uſq; procedere poteſt.*
4. *Quoad connexa hoc argumentum quoq; ſtringit.*
5. *Nullum eſt ſignum in natura ſine cauſalitate.*
6. *Vulnera capitalia ſunt lethalia à communiter accidentibus.*
7. *Quomodo argumentum hoc in cauſa homicidii & adulterii uſurpetur?*
8. *Clericorum commune vitium eſt, quod ſoleant adulterari à communiter accidentibus.*
9. *Quomodo clericus hoſpitem occidens ſeſe purgaverit?*
10. *Locus, tempus, perſona & cauſa inducunt indicia delictorum.*
11. *Quomodo in cauſa incendii hoc indicium formetur?*
12. *Ludovicus Metropolitanus Magdeburgenſis cum choreis nimium indulgeret, incendio ſuborto periit.*
13. *Novercæ ſolent inſidiari vitæ & ſaluti privignorum.*

14. *Mortuo tyranno, quasi ad novercæ tumulum lugent subditi.*

15. *Delicta inter sese habent caudas combinatas.*

16. *Quid Concilium Tridentinum de baptismo reiterato nec non baptismo Lutheranorum sentiat?*

17. *Hoc indicium pedissequa est vel mancipium cæterorum indiciorum.*

18. *Quid in civilibus causis hoc argumentum præstet?*

19. *Duæ præsumptiones faciunt indicium.*

20. *Omnes fatui sese reputant sapientes à communiter accidentibus.*

21. *Potentia & religio sine Dei metu est non nisi sceleris tegumentum.*

22. *Contractus usurarius præsumitur ex eo, quod alter contrahentium sit homo usurarius.*

1 PRæterea à communiter † accidentibus formatur indicium, Carer. *in pr. crim. pag.* 63. Eberhard. *in top. in loc. à comm. accident. num.* 6. *ibi*: Et procedit hic arguendi modus à communiter † accidentibus etiam in malo præsumendo. ubi testatur argumentum hoc tanti ponderis esse, ut inferat præsumptionem juris, scilicet adversus eum, qui hoc indicio premitur, adeò ut probare teneatur rem non ita sese habere, uti communiter accidit, Alciat. *de præsumpt. reg.* 1. *præsumpt.* 44. Quin quod hoc indicio stante judex ferre possit sententiam, ubi de crimine † civiliter agitur. Panormitan. *in consf.* 113. *vol.* 2.

4 Deinde ejusdem est efficaciæ hoc indicium, ut si quæ annexa † sint iis, quæ communiter accidunt, vel ita sese habent, eadem ejusdem censeantur esse complexionis & naturæ, ut hinc saltem colligere fas sit, quænam hujus indicii sit ἐνεργεία. Cùm propter quod unumquodq; tale est, id magis sit tale.
5 Alphonf. Tost. *in Levit.* 304. *ibi*: in natura nullum est † signum sine causalitate, &c. Sic percutiens aliquem capulo ensis in fronte, præsumitur habuisse occidendi animum, imo si fustibus, vecti, lancea, lapide petierit caput ho-
6 minis, perinde est. Quia vulnera capitalia † solent esse lethalia à communiter accidentibus, Hypp. de Marsf. *in l.* 1. *§. divus, ff. de qq. vide part.* 2 *de indic.*
7 *homicid. cap.* 27. Sic assidua frequentatio in loco, ubi delictum † solet committi, vel commissum est, indicium parit, Bart. *in l.* 3. *ff. de furt. & l. justo. de usucap.* idque potissimum concurrente fama & vitæ vilitate, & quod fortius, reperto cadavere, in causa homicidii, in vicinia ejus loci, qui ita frequentabatur, Carer. *in pract. crim. pag.* 63. In causa adulterii vel stupri hoc indicium stringit hoc pacto, ut ea mulier habeatur pro adultera, cujus ædes adolescentes noctu & clam, vel quoq; palam frequentant, Eberhard. *in top in loc. à communiter accident, num.* 7. nec enim Laicus, uti clericus, præsumitur dicere mulieri pater noster, Bald. *in l. neque natales, C. de probat.* nisi clericus fuerit quoque
8 nequam, solitusq; sit adulterari, quod commune clericorum † vitium est à
9 communiter accidentibus derivatum, Eberhard. *d. loc. in fine*, de sacerdote † adultero, occidente hospitem, cujus conjugem stupraverat, accusato at liberato tandem inde, quod allegaret se existimasse hospitem fuisse Lutheranum, refert Wolff. *tom.* 2. *lect. mem. pag.* 431. Quapropter idem ex Aventino, *d. tom.* 2. *pag.*

2.*pag.* 260. Episcopi nostri quales sunt? pudet dicere: Pauperum alimentis canes, equos, ne dicam, scorta alentes, potant, amant, literas uti contagionem vitant, vide Rebuff. *in tr. concordat. pag.* 716. *& pag.* 222. *ibi:* Canonici hodiè diabolici, &c. Eberh. *d. loc.* Clericus si amplectitur mulierem, præsumitur causâ benedicendi id facere, non causa libidinis, *per glossam ordinariam in c. absit*, 11. *quæst.* 3. Sed tu dic, dicit ille: in hoc considerandas esse loci & temporis circumstantias, & personarum qualitates, quia locus, † tempus, persona, 10
& causa inducunt præsumptionem delicti, & illam cessare faciunt, *c. in omnibus, & c. clericus, dist.* 81. *l.* 16. *ff. de pœn.* ut taceam, & vulgò reprobari illam glossam ab Abb. *in cap.* 1. *de cler. non resid.* Mascard. *de probat. conclus.* 59. *num.* 16. Wilhelm. Antonii *in corollar. tract. de rescript. morat. subject. sect.* 2. *concl.* 4. *sub fin. alleg. lit. a.* subjungentes facetè ex Angelo, istam benedictionem in Litaniâ sacrâ omissam esse, tanquam sit versâ literâ ex istorum numero malorum, à quibus nos liberet Deus omnipotens.

Porrò in causa † incendii hoc indicium stringit, quod à communiter 11
accidentibus, & utplurimùm culpa inhabitantium soleat exoriri, *l.* 3. *§.* 1. *ff. de off. præf. vigil.* Eberhard. *in Top. d. loc. num.* 4. *qua de re part.* 2. *cap.* 39. ut ad clericos redeam, recenset idem Wolff. *d. tom.* 2. *pag.* 170. *& sequenti* 171. cùm Ludovicus † Archiepiscopus Magdeburgensis Calbi à mane ad vesperam cho- 12
réis indulgeret, coquorum culpâ incendium fuisse exortum in arce, voluisse illum amasiam, quam manu tenebat, per flammas deducere, atq; dilabi, at oppressum vi incendii, & cum saltatrice miserè periisse. Aliàs constat, Joannem Episcopum Ziticensem, cùm in die Joannis inter duas mulieres choreas duceret, subitò mortuum fuisse, Joan. Wolff. *citatis locis.*

Atq; hoc argumento utitur Lucian. *in Dialog.* 2. *pag.* 54. adversus novercas liberos infestantes, iisque sæpe veneno, malisq; artibus insidiantes, *ibi:* novercæ præsumuntur regulariter malæ à communiter accidentibus, etsi bo- 13
næ quandoq; sunt, propter communem mulierum insaniam. Eodem utitur argumento Divus Augustus Cæsar *in orat. ad pop. relata in l.* 22. *§. fin. ibi:* sed etiam contra fœminas immoderatas atque intemperantes prospexit minoribus, quæ plerunq; novis maritis non solùm res filiorum, sed etiam vitam addicunt. *C. de administr. tut. vel curat.* Theodor. Reinkingk *in resp. jur. de proceß. contra sag. null. instit. num.* 435. *& seqq.* ibiq; Wilhelm. Antonii *in claustr.* atq; ex professo Burchard. Berlich *in tr. de jur. novercar. part.* 1. *sect.* 5. *passim per tot.* idem argumentum usurpat Waremund. ab Erenberg *in tract. de regn. subsid. & oner. subdit. cap.* 9 *&* 11. *ibi:* quemadmodum tyrannus insidiatur vitæ & bonis populi, sic populus tyranno, fato vel voto mortem exoptat, juxta illud: Mortuis tyrannis † flent subditi ad novercæ tumulum, &c. Idem argumen- 14
tum inducit Hieron. Drexel. *in Niceta* 1. *cap.* 7. *in princ. ibi:* ex Davide mœcho mox latro evasit, uti enim delicta † in genere caudas habent combina- 15
tas, ut

tas, ut Samsonis vulpes, vix unum delictum est sine cohærentia alterius, idq; à communiter accidentibus, qui parvis de sceleribus cogitat, grandia quæq; molitur, & ex integro perditioni se tradens nullo inferior est in flagitiis, Georg. Major. *in homil in die S. Johan. Evang.* Nam ex furtis latrocinia solent subsequi, per communiter accidentia, Ruttg. Ruland. *in Planet. Christian. pag.* 417. allegans Aristotelem hac de re 5. *Eth. cap.* 8. Idem Major. *d. loc.* ubi de puero Joanne Ephesi à Johanne Evangelista adoptato, traditoq; institutioni, agit, qui primo conviviorum illecebris deceptus inde nocturnis furtis socium sese præbuit, & posthac factus latronum dux est, conversus verò ab Evangelista, & baptizatus. Idem *d. loc. p. mihi* 278. *part.* 1. *hom.* quanquã Baptisma reiteratum
16 tum seriò damnarint quoq; Concilii † Tridentini Præsides (ut saltẽ hoc obiter addam) ratum habentes baptisma ab hæretico & infideli peractum, nec non baptisma Lutheranorum ex omni asse adprobantes, Petr. de Suav. Polan. *in histor. Concil. Trident. lib.* 3. *pag.* 277. Planè, ut paucis me absolvam, tam familiare hoc indicium aliis indiciis, ut ea quasi mancipium vel pedissequa
17 † passim sequatur, transeatq; in indicia, ut plurimùm, quæ ex solito & prava consuetudine profluunt, ex conversatione cum improbis, ex fama, fuga, physiognomia, patria, natalibus, & quibuscunque aliis indiciis generalibus.

18 In civilibus † etiam hoc indicium stringit, ubi præsumptionem juris pro re nata infert, quæ tantum præstat, si non plus, in civili, quod indicium in criminali causa, Alciat. *de præsumpt. reg.* 1. *præs.* 44. *in annotat. Guid. Pap. & Oldendorpii.* Nota verò juris præsumptionum est, quandocunq; onus probandi in adversarium rejicitur, contra quem militat, & prędominatur argumentum à communiter accidẽtibus, uti suprà partim demonstravimus, aliàs dicimus:
19 Quod duæ † præsumptiones faciant indicium, Farinac. *lib.* 1. *consil.* 10. *nu.* 17. Boss. *de indic. col.* 1. *&* 2. Felin. *in cap. quia verisimile, de præsumpt.*

Deniq; Socinus *sen. cons.* 42. hoc argumento utitur, dicens: Quod omnes
20 fatui † reputent se sapientes à communiter accidentibus, Eberhardus idem adducit *d. loc. num.* 3. divites nonnunquam, ut ille Morio Syracusanus, qui opinabatur suas esse naves omnes, qui ad portum appellerentur, Joan. Spinæ. *in lib. de anim. tranquill. lib.* 6. *pag.* 309. excellentes ut plurimum. Cùm nemo regnum affectans, eo se indignum esse judicet, Æneas Sylv. *in histor. Boemic. in fine.* pios & devotos, de quibus Erasm. Roterod. *in laude stultit. pag. mihi* 38. *& seqq.* Verè autem qui sapiunt, non divitias, non regna, non devotionem superstitiosam sectantur, sed qui Deorum cognitionem & veritatem amplectũ-
21 tur, Plutarch. *in Osiride.* Nam ad quid potentia † & religio sine Deorum metu, quæ non nisi sceleris est tegumentum? qua de re suprà *cap.* 99. Sed ab hisce crepundiis & infantilibus objectis quid tandem petunt homines, nisi quod ad stultitiam attinet, & quos merito ducamus miseros ob hoc ipsum, quod miseriam suam non sentiant? Seneca de vita beata *cap.* 11. Pogg. Florentin. *de miser. human. cond. lib.* 1. *pag. mihi* 39.

In

In causa civili, inquam, hoc indicium stringit, uti hoc declarat Eberh. *in top.d.loc.* Sic quanquam heres sese immiscens hereditati teneatur solvere æs alienum defuncti.

Fallit tamen brocardicum, siquidem res immobiles saltem, & particulares quispiam ex hereditate cœperit, nō res immobiles, cum immobilia bona, is qui hereditatem adire meditatur, soleat primo loco occupare & deinde bona immobilia & sese moventia, idque à communiter accidentibus, Eberh. *d.loc.* Sic æstimatio rei probatur ex hoc, quod testes deponant ante initum contractum rem constitisse decem, nam præsumitur tanto precio dignam quoque eandem extitisse sub ipso contractu, *l.8.C.de rescind. emt.vendit.* nec deterioratio allegata attenditur, nisi probetur, cum brevi nō existimetur mutationem rei factam à communiter accidentibus. Sic præsumitur contractus † usurarius cum eo celebratus, qui soleat exercere usuras, scilicet à commu- 22
niter accidentibus, Bald. *in l.cum oportet, C.de bon.quæ lib.* Sic qui coheres diu vixit in Academiis, præsumitur immensas fecisse expensas, quas vita academica requirit à communiter accidentibus, quod argumentum facere, ait idem Bald. *in authent.habita, C.ne filius pro patre*, pro fratribus coheredibus, qui vixerunt domi, quasi innuat Baldus, studiosum eas impensas conferre teneri. Sed de hac quæstione alibi, &c.

CAPUT CVI.

DE INDICIIS, QVÆ EX DEPREHENSIONE IN delicto nascuntur.

SUMMARIA.

1. *Deprehensio in delicto indicium parit tam contra clericos quam laicos.*
2. *Fatuus est judex, qui indicia quærit, ubi delictum rectâ probari potest.*
3. *An duo pluresve dentur casus, ubi indicium unico teste probetur?*
4. *Quid præsupponendum sit huic indicio, quo locum habeat.*
5. *Explicatur loc. Carerii de hoc indicio.*
6. *Adulteri sub atra & media nocte oculatissimi sunt.*
7. *An fama ingrediatur & informet quævis indicia generalia.*
8. *Improbi possident aliquando bonam famam.*
9. *Divites plusquā Venerei quam pauperes*
10. *Dives uti pila per omnia malorum genera rotatur.*
11. *Poëta Euripides quam miserè perierit?*
12. *Cur clericis hoc indicium sit familiare?*
13. *Vtrum clerici quæstionibus sint subjugandi?*
14. *In quibusnam casibus mitius agetur, quoad infligendam pœnam, cum clericis?*
15. *In criminibus exceptis an ordinaria pœna sint afficiendi clerici?*
16. *De degradatione & discinctione clericorum ante supplicium.*
17. *De virginum defloratione ante supplicia.*

INdicium quod ex deprehensione † in delicto nascitur, urgens & validum est tam quoad clericos quam laicos, ut ait Carer. *in pract.crim.pag.65.cum*

aliquot Dd. ibidem citatis, ecqua enim erit probatio fortior vel præstantior illa, quæ visu tactuq; consistit, ut dubitandi causa hic meritò subeat, cur non probationem potius quam indicium dixeris, ea quæ proponuntur, quæ certè
2 confundi non debent, cum fatuus † dicatur judex, qui causam probatam coram se reperit, indicia investigans, vel confundens hæc invicem, qui error tolerandus non est, Jul. Clar. *in pract. crim. l. 5. q. 64. n. 7.*

Quam rationem subolens Carerius *d. loc.* docet, judicem ex hoc indicio confestim ad quæstionem discingere sese posse, ut videatur, binas constituendas esse regulas, quando indicium unum idemq; sufficiat ac pariat quæ-
3 stionem sine aliis indiciis: [1] unum, † ubi testis omni exceptione major de delicto deponit, ut qui viderit, oculisq; conspexerit, fieri consummariq; delictum, quâ de re supra, *cap.* 4. [2]. alterum, ubi reus in flagranti crimine deprehenditur uti hoc in loco, &c. Sed ne scrupulum moveant, quæcunq; sic adfe-
4 runtur, considerandum est, præsupponi † in præsentiarum ejusmodi objectum, quandoquidem reus repertus fuerit in loco suspecto, ut quia noctu in ędibus alienis in conclavi alieno furandi vel adulterandi ergò, fors apprehenditur ille, qui hactenus nihil contrectaverat, vel attentaverat delicti, subest tamen suspicio, quod non intermissurus erat vel furari vel adulterari, siquidem occasio adversa ei haud restitisset. Deinde præsupponitur repertum esse reum quidem contrectantem, effringentem cubilia, thorisq; alienis incubantem absente muliere, imò ea committentem, unde adulterium solet juris præsumptione inferri, non tamen duobus id probare poterit testibus, iisque omni exceptione majoribus, vel quia aufugerit adulter, fur, priusquam domestici accelerarent adventum. Ubi profecto indignum foret, soli denunciantis vel accusantis elogio fidem tribuere, &, quod plus, delatum quæstioni subigere. Præterea res clara & expedita est, judicem rejectis omnibus indiciis ad pœnam deproperare posse, ubi testes de delicto immediatè deposuerint, Jul. Clar. *d. l. 5. q. 64.*

5 Quapropter Carerii † sententia sic accipienda erit, quandocunq; reus fuerit deprehensus, ut ille loquitur, in delicto, id est, non loco saltem, sed actu delicti, isque actus non nisi imperfectè probari queat, juxta ea, quæ tradimus supra *cap.* 4. nec præterea scrupulum movet, de duabus illis speciebus constituendis, quoad indicia, unico teste probanda. Etenim quocunq; te verteris, indicium hoc influere indicium illud de quo *cap.* 14. agit, ultrò nobiscum statueris. Non obstat, quod indicium de visu receptum dici rectè nequeat de factis nocturnis & obscuris, hinc furtum à furvo dictum ait Paulus *in l. 1. ff. de furt.* quod clam & in obscuro fiat, nec non adulterium, quod & furtum thori
6 alieni dicitur, Joan. de Pined. *in Job. cap. 24. vers. 15. ibi:* adulteri † in mediis tenebris oculati sunt & perspicaces, at in luce & media die cæcutientes, sordidissimi vespertiliones, qui non nisi noctu vident:

Lucemq;

——— Lucemq́ʒ peroſi,
Nocte volant.

Ovid. 4. *Metamorph.* hinc dictum Jobi *d. c.* 24. oculus adulteri obſervat caliginem, &c. imò juxta Eccleſiaſt. *cap.* 13. Nox fornicario panem dulcem facit, pellicitq; ad tranſgrediendum lectum ſuum, & dicentem : tenebræ circumdant me, & parietes cooperiunt me, & nemo circumſpicit me, quem verear? Idem Job. *d. loc. verſ.* 16. adulter perfodit in tenebris domos, Joan. de Pineda *ibid.* ubi admonet patresfamilias, ut circumſpiciant domum, ne quà pateat adultero vel inſidianti aditus. Reſponſio ad hoc argumentum patet & éxtat, *in c.* 74. quò lectorem remitto.

In cauſa homicidii hoc indicium generale ſuam quoq; *ἐνεργείαν* habet, nam deprehenſus in loco cædis commiſſæ, indicio homicidii aggravatur, uti *part. 2. de indic. homicid. & part.* 3. hujus noſtri tractatus, de indiciis latrocinii, prolixius eſt demonſtratum.

Et quia facta † mala vilitasq́; perſonæ cumprimis indicia informat, ut 7
grave ſit contra non diffamatum & ſincerumq́; hominem, indicia effingere,
ſic quoq; hoc indicium non aliter ſtringit, niſi fama & vilitate hominis concurrente, Carer. *d. loc.*

Animadvertendum autem eſt, quæ regulariter ita adſeruntur, ſæpenumero deficere pro diverſitate objectorum. Qui enim præ aliis induſtrioſo
callent ſimulationis ſtudio, eò potiſſimum ſunt inſtructi, ut qua par, ſimula-
tione retineant coram hominibus famam † bonam, cùm interea vivant ſpur- 8
ciſſimè & nefariè, vide omninò hujus *part.* 1. Deinde nec vilitas perſonæ præ-
ſertim in delictis carnis & cædis, paradoxon eſt, ſed indicium fallax & con-
tingens. Ecquis enim inſidiatur magis alienæ carni, alieno thoro, quam di-
tiores † paſſim luxu & otio diffluentes, & in omne genus libidinis deſpu- 9
mantes? Quis irâ truculentior, cædis & vindictæ avidior, quàm potentiores,
qui vel invidiâ offenſi non intermittunt inſidiari vitæ & ſaluti parium vel te-
nuiorum; ſi quorum virtuti vel pietati invident, eos metuunt, quos metuunt,
oderunt, quos oderunt, periiſſe exoptant, Senec. *in Oedip. act.* 3. Joan. de Pi-
ned. *in Job. cap. 22. verſ.* 4. Dives, † uti lapis manu emiſſus, obviam quemque 10
petit etiam ex improviſo. Dives, uti pila per omnia malorum genera rotatur. Idem Pineda *cap. 27. verſ.* 20. Proinde Sili. Italic. *lib. 11. de bello Punico, ibi:*

Fortunæ ingenium vitia adlatrantia quaſſat,
Mollitæ flammis lymphæ languentia ſomno
Membra fovent, miſeriſq́ʒ bonis perit horrida virtus,
Ipſe etiam afflatus fallente cupidine ductor,
Inſtaurat menſas dapibus, repetitq́ʒ volentum
Hoſpitia & patrias paulatim decolor artes,
Exuit occultâ mentem vitiante ſagittâ.

Sic cùm dubitaretur, Ecquis necis author esset excellentis Poëtæ † Eu-
11 ripidis, nonnullis adſerentibus fato ſingulari eum occubuiſſe, atque inde dilaniatum à canibus, quod Poëta pro Thracibus exoraſſet Regem, qui canem regis oberrantem immolaſſent, ne pœnas poſceret à ſubditis, re penitius inquiſitâ, compertum fuit, Arridæum Macedonem & Cratevam Theſſalum Poëtas, quos Euripidis fama & gloria per invidiam urebat, incitaſſe moloſſos in Poëtam, ut dilaniaretur, vide Gell. *lib.* 13. *Noct. Attic. cap.* 20. Eraſm. *in Chiliad.* 1. *cent.* 7. *pag.* 245.

12 Quocirca cautè dicit Carer. *d. loc.* quod indicium † hoc æquè contra clericos ac laicos ſtringat multâ habitâ perſonarum, quoad earum qualitates,
13 vel ordines differentia. Quanquam enim de Clericis † mitior ſit capienda præſumptio, nec quæ indicia generalia ſtringunt adverſus laicos, pariter contra illos militare debent propter præſumptam ſcilicet eorum integritatem, Hypp. de Marſil. *de fidei num.* 111. *& ſeqq.* Decian. *conſ.* 53. *vol.* 3. Ambigendum tamen non eſt, quin indiciis quibuſvis urgeantur, ſi abſque habitu & tonſura incedant, ſi ante clericatum in vitia eadem, quorum amodo rei dicuntur, fuerunt propenſa, ſi non clericaliter, & qua par religione & devotione, quam profitentur, vivant, genio potius, quàm monaſterio ſervientes, carni non ſpiritui obedientes, vide eundem Marſil. *in ſingul. ſing.* 383. Carer. *in d. pract. §. circa tertium, num.* 33. *ibi*: an dicta præſumptio locum habeat in Clerico, &c.

14 Porrò licèt quoad † pœnas infligendas cum clerico agatur mitius, *Dd. in c. perpendimus, c. audientia, ext. de ſentent. excomm.*

Id tamen non ἁπλῶς quoq; eſt adſtruendum, Doctoribus inter delicta communia, & excepta diſtinguentibus, nec non quoad indicia iſtiuſmodi delictorum, Franciſc. Pollier. *in hiſt. jur. Rom. lib.* 5. *c. fin.*

Proinde Henricus IV. Angliæ Rex, in cauſa læſæ majeſtatis in carceres miſit octo monachos, eosq; inquiſitioni expoſuit. Henricus VIII. Vicarium Epiſcopi Londinenſis cum ſuis officialibus damnavit ad torturam. Stovæ. *de reb. geſt. Henric. VIII.* Henricus IV. Walterum Baldoke, Priorem Londen-
15 ſem ob † crimen læſæ majeſtatis pœna ordinaria affecit, Helias b. *in Henr. IV.* vide Henn. Arniſæ. *de ſubj. & exempt. Cler. cap.* 3. *num.* 13. Sic monachus ad inquiſitionem tractus, & ultimo ſupplicio plexus eſt, qui monialem moribundam ſolatus eſſet merito Chriſti, non operibus, & regula S. Claræ ſe ſalvatam iri, Joan. Wolff. *tom.* 2. *lect. mem. pag. mihi* 430. In Saxonia Clericus igni crematus eſt, quod doceret jejunium. Idem *tom.* 1. *pag.* 283. adeò, ut ſæpenume-
16 rò degradatio & † diſtinctio non fuerit obſervata reorum, quæ regulariter neceſſaria eſt tam reſpectu Clericorum, quàm gradu coruſcantium perſonarum, qua de re prolixiùs diximus *cap.* 4. *p.* 2.

17 Antiquitas virgines † ad mortem condemnatas quoq; pudicitiæ cingulo à carnificis miniſtro privari voluit ante ſupplicium, Tac. *lib.* 5. *annal.*

Franciſc.

Francisc. Polliet. *in histor. Roman. pag.* 812. Qua pœna autem plectatur carceris custos extra hunc casum virginem captivam stuprans, tradit Berlich. 4. *concl. pract. cap.* 56.

CAPUT CVII.

DE INDICIIS, QUÆ EX CONFESSIONE REI sub spe promissæ gratiæ, factâ, depromuntur.

SUMMARIA.

1. *In causis criminalibus probationes crudæ & imperfectæ demum producunt indicia.*
2. *Confessio spe gratiæ facta non nisi indicia parit delictorum.*
3. *An confessio processu nullo existente aliquid operetur?*
4. *Recensentur nonnulla præjudicia & argumenta dubitandi.*
5. *Facinorosi sunt hostes rerumpublicarum.*
6. *Refutantur rationes dubitandi.*
7. *Paria sunt sine lege vel contra legē loqui.*
8. *Confessio indebitè facta revocanda est adhunc effectum, ne noceat reo?*
9. *Quid si reus idiota & imprudens non revocet illam confessionem, utrum sibi faciat præjudicium?*
10. *An magistratus teneatur promissam impunitatem servare?*
11. *Quid de præjudiciis causarum parium judicandum sit?*
12. *Quæ dicatur confessio metu tormentorum expressa?*
13. *Quomodo Episcopus quidam tractârit subditos utramq; speciem Cœnæ Dominicæ exigentes.*
14. *Quid si processus indiciorum plane nullus sit, an confessio non revocata subsistat?*
15. *Gemina confessio extrajudicialis tantum infert indicium, ut revocari non possit confessio, nec destrui indicium inde natum.*
16. *Quid si reus alleget nullitatem confessionis, judex vero neget, cui sit credendum?*
17. *An quis bona conscientia metu torturæ in se confiteri possit crimen falsum?*

SÆpiusculè judices rerum criminalium, † qui vel abhorrent à sævitia tor- 1
mentorum, vel difficultates, quibus involvuntur indicia, subverentur, reos blandè habent, mitibusque eos inflectunt verbis, ut spontè confiteantur crimina. Nonnulli metu tormentorum id, quod viâ amicabiliori non poterant obtinere, aggrediuntur, sicque confessionem reorum consequuntur, quam alias per fidiculas vix poterant eis exprimere. Sed quia confessiones ejusmodi non in eo numero sunt, ut veram & sufficientem mereantur confessionem, de utroque casu dicendum est, quęnam inde indicia resultent, cum in causis criminalibus probationes imperfectæ & crudę ut plurimum indicia soleant generare, ubi vulgata maxima prædominatur: & quæ non prosunt singula multa juvant, Alex. *consil.* 13. *vol.* 1.

Parit itaq; indicia & indiciis accedentibus quęstionem demum confes-
sio † blanditiis & spe promissæ gratiæ facta, Carer. *in pract. crim.* §. *in textu.* 2
num. 18. *pag.* 78. Clar. *in pract. crim. in* §. *visis defensionibus, nu.* 7. *pag. mihi* 255. Marsil. *in l.* 1. §. *quæstionem, ff. de qq. & in singulari* 201. *in fine, pag.* 67. Clar. *cit. loc.*

*loc.*ait, & refert: Quod cum Catharina Candolia coram prætore Vogoniæ confessa esset se partum occidisse, quæ deinde adseruisset, confessionem hanc sibi prætorem extorsisse verbis blandis, & partim minis, idq; probasset coram commissariis ad hoc deputatis, quæstioni hinc subjectam, non pœnæ, & cum denuò facinus esset inficiata, fuisse mulierem absolutam. Neque hic adver-
3 satur. 1. Quod confessio † quoq; processu prorsus nullo existente, pariat condemnationem, Innoc. *in c. per inquisitionem, de elect.* Bald. *in l. edita, C. de edend. col. 5. idem in l. properandum, C. de judic. in fine*, ubi docet: Quod lapsâ instantia confessus sit condemnandus, quia, *inquit*, ubi confessio dominatur,
4 nulla est opus judicii figurâ vel ordine. Porrò licèt pro condemnato † possit appellare amicus rei intermittentis provocationem, non tamen appellatio sit recipienda contra confessionem factam, vide Marsil. *in d. sing.* 2. adeò, ut non pauci statuant, posse supplicium sumi de eo etiam, qui promissione impunitatis delictum est confessus, Cyn. *in l præsenti, C. de his, qui ad Eccl. confug.* Alciat. *in l.* 177. *ff. de V. S.* ubi hanc sententiam communem esse adstruunt, Viv. *in tr. com. opin. in verbo, judex promittens, &c.* & testatur Cagnol. *in d. l.* 177. sic Taurini fuisse observatum, ut confitens spe immunitatis fuerit condemnatus, adhærentes huic opinioni adducunt argumenta vulgata ejusmodi 1. Quod in effectu paria sint, sive confessio spontanea sine coacta habeatur, modo reus mentis compos fuerit, imò longè præstet, siquidem sponte confiteatur reus, meliorq; sit hæc quam illa expressa confessio, *Dd. d. loc.* 2. Quod
5 sive fraude sive vi apertâ contra facinorosos, † qui & hostes reipublicæ dicuntur, decertetur, perinde sit, *argum. l. 1. ff. de dol. malo*, hinc denominatio piarum fraudum, bonorum dolorum, *d. l.* 1 § 3. *ibi:* quoniam veteres dolum etiam bonum dicebant, & pro solertia hoc nomen accipiebant. Sed hæc & alia parum movent.

Ad 1. Resp. Quod Doctores brocardica illa proferentes sine lege & textu vagentur, quorum adsertio eadem facilitate, quâ probatur, reprobari potest. Sanè si suggerentis & extra fas modumq; juris præscriptum, interrogantis studium effectivè nihil præstat, *l. ubi Bart. & Dd. ff. de qq.* Quid factura illa per blanditias conquisita confessio, quam paulò pòst revocavit reus? Johan. ab Imol. *consil.* 110. ubi textus & rationes adducit pro sua sententia, Mar-
6 sil. *in d. sing.* 201. *in fine*, deinde confunduntur † sub hoc argumento ea, quæ distinguenda erant, neque enim sequitur ex Baldi relatu, confessio exequenda est licèt processus deficiat quoad sua solennia: ibi sanè Baldus præsupponit confessionem legitimam & irrefragabilem, non dubiam & litigiosam, qualis hæc nostra confessio est.

Ad 2. Resp. Quod Doctores illi quoq; sine textu doceant, quod pennæ avi, hoc textus authori procul dubio erunt. erubescimus sine lege loqui, ait Novell. 18. *cap. 5. l. Labeo, ff. de suppell. leg. l. fin. Cod. de consum. lib.* 12. Wilhelm.

helm. Antonii *de reſcript. morat. concluſ.* 61. *num.* 12. *& ſeq.* addens, tales nimis
altè volare ſine pennis, unde non mirum ſi Icarico more cadant, & paria † 7
ſunt contra legem, vel ſine lege loqui, Bald. *in c. in Geneſi. de elect.* Jaſon *in l.* 22.
ff. de reb. credit. col. 4. Porrò attendendum eſt, quod ſcriptores citati, non
omnes ἁπλῶς eam defendant ſententiam, ſed quoties reus non confeſtim
contradixerit factæ confeſſioni. Ita enim jure comparatum eſt, ut ſiquidem
confeſſio blanditiis ſive minis expreſſa dehinc fuerit ſpõte ratificata, vel valla-
ta aliis indiciis, omninò ſtringat. Sed ad quem effectum quæris: vel quæſtio-
nis vel ſupplicii?

Quæſtionem parere † informem illam confeſſionem, ſuprà diximus, 8
quæ eò fortius operabitur, quò validior quæſtio copulata binis indiciis, neq;
enim exiſtimandum eſt, ſolam ejuſmodi confeſſionem remotis aliis indiciis,
ſufficere quæſtioni, per paradoxon illud tritum, totiesq́; ex Alexand. *conſil.* 13.
vol. 1. petitum.

Cæterùm ſi revocata non ſit confeſſio, ut quia confeſſus promiſſæ gra-
tiæ omninò credidit, vel reus † ignoravit idiota, quid ſibi pro cautela hac in 9
re ſtatuendum fuerit? ne tum meo judicio quicquam aliud præterquam me-
rum indicium generabit confeſſio, ſi reus deluſus dimitti impunis nolit, tam-
etſi Cyn. Clar. aliiq; noſtri ordinis ingenuè decidant hic, adſerantque princi-
pem, cujus eſt facere gratiam, & remittere pœnas, teneri fidem exſolvere,
magiſtratum † adſtrictum eſſe quidem pro poſſe ſervare promiſſa, at quia jus 10
abolendi non ſit in ejus marſupio, ultra pœnam extraordinariam cumulatis
indiciis imperfectioribus confitentem non plectat. Nec denique obſtat præ-
judicium Taurini aliquando factum: Ecquid enim de præjudiciis † in gene- 11
re judicandum? tradit Cothman. *vol.* 1. *conſil.* 13. *num.* 124. *ibi*: Præjudiciis cau-
ſarum parium, non eſt nimium tribuendum, niſi conſtet plenè & planè de
cauſæ identitate & convenientia in omnibus circumſtantiis: iſta enim præ-
judicia habent ſe inſtar referentis, cui non viſo relato, id eſt, actis integris, ad
quæ ſunt lata, non creditur. *Hæc ille.* Et quod ejuſmodi jura & res judicatæ ex
minimâ facti mutatione & circumſtantiâ varientur, poſt pleroſq; tradit Wil-
helm. Antonii *in clauſ. ad reſp. affinis ſui D. Theod.* Reinking *de proceß. contra
ſag. null. inſtit. num.* 124. *ad fin.* Autor *notar. maginal.* auff das ſpargirte *votum
abſolut in cauſa* Keyſ. *Fiſcal.* vnd Heſſen Darmbſtatt / *contra* Iſenburg / *n.* 171.
Ad duo argumenta incidentia reſpondeo: Quod omne ſimile claudicet, nec
etiam paria ſint, quæ paria dicantur, imò quod paria non eadem, ſed di-
verſa magis dicantur, à quibus malè infertur, *l. ſi maritus, ff. de donat. inter vir.
& uxor.*

Alterum hujus capitis membrum erat de confeſſione † metu tormen- 12
torum extortâ, de qua idem jus & judicium eſt impræſentiarum. Dicitur au-
tem tormentorum metus, quandocunq; reus deducitur in locum, ubi ſtant

chordæ, fidiculæ, aliaq; instrumenta tormentoria, manibus post tergum ligatis, atque ibidem examinatur de facto & facinore, item si vestibus exuitur quasi modo torquendus, Carer. cum multis citatis *in §. in textu, pag. mihi* 77. alii levem territionem, quoties reus mollis & pusillanimus est, nõnulli metum tormentorum dicunt esse carcerum squalorem insolitum, denegationem cibi & potus. Porrectionem cibi nimium salsi, quo potu negato reus marcescat, & præ siti penè intereat, Bald. *in l.* 1. *C. de confess.* Bart. *in l.* 1. §. *Divus,*
13 *ff. de qq.* Joan. Wolff. *tom.* 2 *lect. mem. pag.* 88. dicit, sese novisse † Episcopum, subditos utramq; speciem Cœnæ Dominicæ exigentes, fame necantem, juxta carceres poni jussisse mensam instructam epulis lautioribus, & dici per custodes ad miseros jam fame sitive perituros: accipite, comedite, bibite, &c. Non pauci omnes minas judicis de torquendo reo hic referunt, quæ sententia tamen vulgò exploditur, ut enim minæ solæ non attenduntur in edicto, quod metus causa, nisi vis major accesserit, sic nec hoc in loco. Denique tormentorum metu confessionem factam dictitant, quotiescunq; sub quæstione illegitima, nondum matura & decenti reus confessus fuit, Carer. *d. loc. num.* 9. adeò, ut licèt millies hæc confessio sit ratificata, non tamen noceat confitenti. Idem *d. loc. num.* 12. nisi aliis indiciis corroboretur confessio nulliter emanata, ut quia reus extrajudicialiter quoque fuisset confessus eadem, quæ quæstione pendente confitetur, Marsil. *in l.* 1. *in princ. ff. de qq. & in pr. §.*
14 *quoniam, vers. ulterius tenens menti, &c.* ubi nec confessio † per suggestionem impetrata, nec confitenti, nec aliis nocet, idem *in l.* 1. §. *qui quæstionem, eod.* Carer. *d. loc. num.* 17. Quantum ratificatam confessionem concernit, non omittendum erit monuisse, quod ea parum vel nihil inferat, si quando gemi-
15 na † præcesserit quæstionem confessio extrajudicialis, item si indicia pondesa eoq; probata decenter extiterint adversus reum, etiam ante quæstionem & confessionem, quæ metu tormentorum facta proponitur. Marsil. *in d. pract. §. quoniam,* Par. de Put. *de synd. vers. an stetur dicto torti, &c.* Brun. *de ind.* 2. *p.* 1. *quæst.* 2. Bald. *in l.* 1. *C. de probat.* Bart. *in l. fin. ff. de qq. & in l. bonæ fidei, C. de jurej.* ubi ait: quod hìc confessus jure appellare nequeat à sententia. Hoc notatum
16 esto, ut quoties allegat reus † nullitatem confessionis, judex verò id neget, adseratq; spontè reum fuisse confessum, potius coacta, quàm spontanea præsumatur confessio, Bald. *in l.* 1. *C. de confess. & in l. novissimè. ff. quod fals. tut.* Ancharan. *consil.* 23. Carer. *in d.* §. *n.* 21. Covar. 1. *resol. var.* 2. *n.* 8. *& seq.* ubi disputat,
17 an liceat metu † tormentorum crimen de se falsum confiteri? Et negat, adducens aliquot argumenta decisiva, ubi hoc finaliter considerandum relinquo, quandoquidem confessio ad evitandam quæstionem vel torturam facta, denuò & demùm pariat torturam, nihil aliud hac de confessione judicandum esse, quàm quod foret potius de re reorum non revocasse confessionem, non allegasse confessionis nullitatem, qua sese demum ipsos agunt

præci-

præcipites in torturam, quàm temeraria revocatione aliquantiſper ſuſpenderunt. Sed hac de re forſan alibi opportunius, &c.

CAPUT CVIII.

DE INDICIIS CONTRA HOS, QVI OBVIANT, ne reus capiatur.

SUMMARIA.

1. *Qui obviant & impediunt ne capiatur reus, indiciis ex hoc loco adſtringuntur.*
2. *Quot modis obviare quis dicatur?*
3. *Receptatori ſimilis eſt obviator.*
4. *Receptans indiciis gravatur, in cauſa homicidii autem ut maximè, ſi fuerit inimicus occiſi.*
5. *Receptator ſeſe purgare tenetur ad eludenda indicia.*
6. *Iudex in latitantem reum realiter inquirere poteſt.*
7. *De priſco inquiſitionis modo cum lucernis & fractis parietibus.*
8. *Qui dominus ædium admittere nõ vult inquiſitionem realem, non modico ſe aggravat indicio.*
9. *Quid ſit aſſociatio, & quale indicium inde reſultet?*
10. *An ſciens aliquem læſæ majeſtatis crimen commiſſurum, nec reum indicans, ultimo ſupplicio ſit afficiendus?*
11. *Quid ſi reus auffugerit in territorium aliud, & judex eum exhibere vel punire noluerit?*
12. *Qui reo, quò evadat, viam monſtrat, equos, veſtes, commodat, indiciis aggravatur.*
13. *Deducens aliquem per paſſus ſalebroſos, quo in manus latronum incideret, non eſt inſons nec expers indiciorum.*
14. *Aſtans latrocinio vel alio flagitio indiciis urgetur.*
15. *De Hermanno Archiepiſcopo Colonienſi abducente inſontes ſacerdotes, hiſtor. a.*
16. *Qui reum rapit è manibus lictorum, qua pœna teneatur?*
17. *Diluuntur quædam argumenta, quæ obſtare videbantur.*
18. *Qui arma reo ſubminiſtrat, quo ſe defendat contra lictores, indiciis premitur.*
19. *Perfringens carceres vel attentans ſaltem eos perrumpere, indiciis gravatur.*

PRæterea adverſus hos, qui obviant † & impediunt, ne capiatur reus, in- 1
dicium exoritur, quod ſint ſocii, participeſq; criminis, Carer. *in pract. crimin. § indicium ſeptimum, pag.* 62. Gandin. *de indic. dub. indic.* 4. Alexand. *volum. 2. conſil.* 35. *hinc tituli, ff. ne quis eum, qui in jus voc. vi exim. & tit. de eo, per quem factum erit, quo minus in judicio quis ſiſtat. &c.* quos explicavimus *part.*
2. de vi privat. ejuſq; indic. fit autem impeditio hæc † vel obviatio, reum oc- 2
cultando, abducendo, vel è manibus lictorum prorſus eximendo: [1.] Qui
reum occultat indiciis ſeſe adſtringit & ſimilis eſt receptatori, † quod ho- 3
minum genus peſſimum appellitat, JCtus *in l. 1. ff. de recept.* Marſil. *conſil.* 30.
Thom. Gramm. *conſil.* 32. Carer. *in d. pract. §. poſt verò, pag.* 128. ubi adſerunt:
quod contra receptantem † quoq; reſultent indicia & conſilii & auxilii oc- 4
culti, quod indicium in cauſa homicidii ſtringere contendunt, quoties receptator fuerit inimicus occiſi, Gandin. *in rubr. de indic. dubit. ad tort. in prim.*
indic. adeò, ut receptans † ſe exonerare, probare teneatur, quod ſi præſtite- 5

rit, tenetur nihilominus pœna receptantium, Carer.*d.loc.* Porrò quid de receptantibus parentibus, filiis, consanguineis & amicis judicandum, prolixè est deductum suprà *cap.* 8. & ne quisquam per manus injustorum receptatorum evadat, bene constituta & recepta est inquisitio realis contra latitantes,
6 nempe ut judex † possit ac debeat per ministros quærere reos in ædibus alienis etiam per totum vicum, villam, & urbem, ne dilabatur pravus, unde hominum lætitiæ partim turbarentur, dicente Imp. *in l.* 3. *Cod. de episc. au-*
7 *dient.* Quamobrem ad furta perquirenda mirabilis illa priscorum † diligentia, ut ait Joan. de Pined. *in Job. cap.* 29. *vers.* 16. ut etiam cum lucernis & perfodiendo pariete fieret, Plin. *lib.* 29. inquisitio, *ait*, per parietes agitur, & qui judicetur, à Gadibus columnisq; Herculis accersitur: & Petron. Arbiter *in Or.* scribit, *ibi:* non servus publicus tam languidè agit, sed raptam arundinem subter tectum mittit, omniaq; foramina parietum perscrutatur: hinc ll. Platonis præceptum est, ut judex clausa omnia & obsignata ac minutissima quæque perscrutetur & excutiat, ne furtum latere possit. Sic supremus judex (inquit Pineda) minatur se scrutaturum Jerusalem, in lucernis, *Sophon.* 1. qui quoque præcipit Ezechieli *cap.* 8. ut munus judicis obeat perfodiatq; parietem, *vide part.* 3. *cap.* 2. *num.* 48. 49. Quæ veterum perquisitio non tam de furto quàm fure & quovis maleficio, non tam de perfodiendo pariete, quam foribus, cameris, cistis, ubi vel res vel reus occultetur, intelligenda est, ut
8 qui ædium domus † intromittere nolit apparitores, reserare cameras, cistas, non leviori sese adstringat indicio, Carer. *dict. loc.* Præcipuè autem hoc prægravatur indicio, qui post delictum commissum sese adsociat reo, quæ asso-
9 ciatio † & receptationem arguit & participationem criminis, adeoq; exosa & improbabilis est, ut licet delicti insons fuerit, teneatur tamen eadem, qua ipse reus, cui sese associavit vel quem occultavit, nisi allegatam imprudentiam juratò possit probare, nempe quod ignoraverit conditionem personæ, qua cum fuerit versatus, at occultatio quævis est suspecta, & vix crediderim, facili negotio aboleri posse suspicionem inde resultantem. Quin quod tanto gravius arguatur occultator, quanto atrocius delictum est, cujus insimulatur reus,
10 adeò ut qui viderit rebellem vel criminis læsæ † majestatis, non acclamaverit: succurrite, succurrite, ecce proditor Regis: strangulandus sit, Carer.*d.loc. pag.* 129. quæ sententia tamen displicet Panormitano & Felino *in c.* 1. *de off. de leg.* statuentibus ob solam scientiam, eamque haud revelatam, minimè habere locum pœnam strangulationis vel decapitationis, ideoque animam Bartoli, qui hanc sententiam primus dixerit, sepultam esse inferno. Quomodo autem & quâ pœnâ receptantes in quavis delicti specie coërceantur, vide Ca-
11 rer.*d.loc. pag.* 129. Sed quid si reus † aufugerit in territorium diversum, & judex nolit hominem exhibere pœnæ, repudiatis reversalibus & quibuscunque cautionibus, utrum præses illius provinciæ de receptatione sit conveniendus?

niendus? Vide Caret. *d.loc.p.*130. Sanè ſi crimen læſæ majeſtatis eſt in quæ-
ſtione, indicia conſpirationis vix evitabit ille præſes, qua de re *p. 2. cap.* 4 uti
nec indiciis vacant, qui ſubditi jubente prętore nolint capere reum. Angel. *in*
l.1.C.de Nili agger.non rump. [2]. Qui reum † abducit, cumprimis aggravatur 12
indiciis, uti ſuprà, adeò ut qui ſaltem viam oſtenderit malefactori quò evadat,
delicti conſcius præſumatur, Caret. *d.loc.pag.*128. *num.* 7. magis eſt, ſi equum
commodaverit dilapſuro, ſi ratem, quâ aquam pernataret, ſi veſtes peregri-
nas, quò ignotus fugeret, ei ſuppeditaverit, ſi barbam, comam, capillos ei
deraſerit, ſi per feneſtram, fores inſolitas, illum demiſerit, & quæ alia, &c. uti
in caſu converſo indiciis eſt obnoxius, qui deducit aliquem † per paſſus pe- 13
riculoſos atq; indumeta, ubi latrones latitant, modò id ſciens prudens fece-
rit, Gandin. *in rub. de indic. & in rubr. de pœn. in fine*, item qui explorat quà
viator ſit iturus, idq; denunciat latronibus, Marſil. *in l. ſcienter, ff. de parricid.*
Caret. *in d. pract. §. homicidium autem, num. 7. pag.* 124. hi indiciati paſſim pro
ipſis auxiliatoribus habentur, Caret. *d.loc.* uti adſtans flagranti † maleficio, ut 14
loquuntur, cujus conſummationem poterat impedire, non impedivit, indi-
ciis premitur, quaſi auxiliator, Gandin. *de indic. dub ad tort. indic. 9.* Caret. *in* §.
*circa, num. 26 p.*126. imò ſi vaſallus Domini necem poterat impedire, nec im-
pedivit, non modo feudo cadit, ſed ſocietatis occultæ indiciis ſcatet. Idem
Caret. *d.loc.num.*30. Hermannus Epiſcopus † Colonienſis tres Lutheranos 15
Paſtores Baderbornio per aſtutiam, qua eos Vulcano offerrent, abduxit, au-
riga vero incidentibus pluviis aberravit in via & pervenit Soſtium, ubi Paſto-
res fuêre liberati, & currus vacuus rediit ad Epiſcopum, hic ad Soſtenſes ſcri-
bit, revocatq́ue Paſtores illi reſcribunt, ſe audire velle cauſam coram ſua cu-
ria, Johan. Wolff. *tom. 2. lect. mem. pag.* 183. Wann ſies auffs Klügeſt greiffen
an/ So geht doch Gott ein ander Bahn/ ꝛc. *Hæc obiter.* [3]. Qui è manibus li-
ctorum rapit reum † non modo indicia contra ſeſe congerit, ſed & vel læſæ 16
majeſtatis, vis publicę, & injuriarum pro re nata tenetur. Neq; hîc diſtingui-
tur, ſive ipſemet quis, ſive per familiam vim fecerit, & ne caperetur reus,
præſtiterit, *l. 8. ff. de vi publ.* Bart. Angel. & Dd. *in l. 1. C. de his, qui latron. & in l.* 3.
§. quiſquam, ff. ad SCtum Syllan. Bald. *in l. non ideò, C. qui accuſ. poſſ &c.* Neque
hîc obſtat, quod Ulpian. *in l. 1. §. 2. ff. ne quis eum, &c.* dicit: non teneri eximen-
tem †, quando citatus comparere non tenebatur, *ibi*: & ſanè ſi deliquit, qui 17
vocat, non deliquit, qui exemit, &c. Deinde, quia vim vi repellere licet, etiam
adverſus injuſtum executorem, Bart. & Dd. *in l. 3. ff. de juſt. & jur.* Franciſc.
Marc. *quæſt.* 748. Caſſan. *in conſuet. Burgund. tit. des juſtices, rubr. 1. §. 7. gloſ.* 3.
ubi ſcribunt, officiario injuſtè procedenti reſiſtere quidem licitum eſſe, at in
dubio illi eſſe parendum, Mynſ. *cent. 5. obſerv.* 18.

Reſpondeo: à diverſis inferri. Ulpianus *in d.l.* 1. præſupponit actionem
civilem, nec non ejuſmodi cauſam, ubi citatus omninò neceſſe habebat com-

parere, quia extra territorium jus dicenti impunè non paretur, *l. fin. ff. de jurisd.* idem est, inquit Paulus *ibidem*, si suprà jurisdictionem suam velit jus dicere, in re præsenti & criminalis actio, sive accusatio vertitur, & causa sic comparata præsupponitur, ubi reus realiter citandus, & ad judicium trahendus erat. Quod enim citatio verbalis in civilibus, hoc in criminalibus præstat citatio realis, quæ dicitur captura.

Ad sequentem respondeo rationem: Quod vim inferre non dicatur magistratus, qui jure publico utitur, non minus quàm qui ultore ferro animadvertit in facinorosos, purgandæ enim sunt provinciæ malis hominibus, *l. 3. ff. de off. præsid.* quinimò ubi offensio est licita, defensio est prohibita, per tritam æthiologiam, Franc. Marc. *d. quæst.* 748. Christian. Kremberg *in tract. de necess. defens. quæst.* 3 *n.* 11.

18 Eisdem quoque aggravatur indiciis, qui arma † suppeditat reo, quibus se defendat, alioq; modo & pacto efficit, quo effugiat ille, nec ad judicem perducatur, Carer. *in pract. pag.* 131. Perinde est, si juvit jam carceratum, quo perruptis compedibus, fracta custodia evaderet, nisi notoriè innocens esset captivus, adeò, ut juxta nonnullorum tradita ipse reus carceres effringere, atque fugere possit impunis, prolixè Covarruv. 1. *resol.* 2. *num.* 12. *& seqq.* At inquies: Ergo adhuc verum est, quod ex *l.* 1. *ff. ne quis eum, &c.* adferebatur argumentum. Respondeo à separatis inferri denuò. Quin confunduntur, non confundendæ causæ, & longè atrocius est subire mortem immeritam exemptione hacce evictam, & sententiam in causa civili teruncialem, quæ reparari potest facili negocio: hæc nequaquam, mors enim omnia solvit, Sebast. Medic. *in tract. mors omnia solv. in med.* Deinde nec ἁπλῶς nostram facimus illam scientiam trivialem, quin potius adseramus, exhinc quoq; indicia nasci tam
19 contra fractorem † carceris, quàm jutorem facinoris, non secus ac indicia generantur ex confessione metu tormentorum, vel spe gratiæ facta. *Qua de re cap. antecedenti.*

CAPUT CIX.

DE INDICIIS, QUÆ EX FAMOSITATE descendunt.

SUMMARIA.

1. *Famositas & fama quomodo differant?*
2. *Vix labora' falsitate, quod omnes & universi dicunt.*
3. *Fama mala ab invidis & improbis passim solet spargi.*
4. *Famositas totius Provinciæ clamor & rumor est.*
5. *De Coracota & Demetrio famosis latronibus & piratis quædam enarrantur.*
6. *Famosa meretrix quænam?*
7. *Specialia de Mathilda Gregorii VII. pellice referuntur.*
8. *Famositas parit indicium vehemens & notorium.*

9. *In*

9. In causa famositatis an danda sit copia indiciorum reo?

10. Ulterior processus de hoc indicio qualis?

11. An appellatio admittatur in hac indiciorum materia?

12. Non omne, quod notorium dicitur, notorium est.

13. An notorium requirat solennia processus?

14. An latro vel proditor famosus possit à privato occidi?

15. Iudex gratiâ prece vel precio corruptus solet delirare.

16. Latro famosus & fori judicatus pari passu ambulant.

17. Instante necis vel periculi discrimine, melius est quacunq; occasione praevenire, quàm praeveniri.

18. Utrum in bannum declaratus licitè possit occidi?

19. Bannitus laesa majestatis reus quando occidi possit à privato?

20. An homicidii teneatur is, qui interficit hostem captivum, cui promiserat salutem?

DE fama diximus suprà *cap.* 7. & quæ indicia inde propullulare soleant
famositatis † indicium ab indicio famæ tantum distat, quod fama men- 1
dax, ut plurimum aberrare soleat à veritate, quia vanæ populi voces non sunt
attendendæ, Clar. *5. recept. sent. in pract. criminali*, § *fin. quæst.* 8. *num.* 3. vel quia
fama requirit accuratam probationem, qua de re *d. cap.* 7. famositas verò nun-
quam vel rarissimè soleat veritatem non indicare, quæ multitudinis dicitur
testimonium, à Cothman. *resp.* 1. *num.* 743. & opinio vulgi, quæ præsumptio-
nem juris inducit, Eberhard. *in loc. ab opin. vulgi.* Vix † quippe falsitate labo- 2
rat, quod universi dicunt, Carer. *in pract. crim.* spectat huc locus, *Gen.* 18. *ibi:*
Clamor Sodomorum & Gomorreorum multiplicatus est, & peccatum eo-
rum aggravatum est nimis, descendam & videbo, utrum clamorem, qui venit
ad me, opere compleverint, &c. de hoc indicio agit *l.* 10. §. *pen. ff. de qq.* uti re-
fert Carer. *in pr. crim.* §. *trigesimum quartum indic. pag.* 65. Paris de Put. *in tr.
syndic in verbo. tortura, versic. quidam latro famosus, &c.* alias fama † est vox 3
vicinorum, quæ ab invidis oriri solet vicinis, sive populi ejusdem universita-
tis, Freher. *de fama.* 1. *& seqq* famositas † totius provinciæ vel regni rumor 4
vel clamor, proinde populares istæ enatæ locutiones, famosus latro, Bodin.
1. *cap.* 1. Quod enim Coracotas † insignis & famosus diceretur latro, non tam 5
pervulgatum erat adeoq; certum, quam facinus hoc indubitatum Cæsar Au-
gustus publicis edictis describi, & qui prædonē captum sibi offerret, ei decies
sestertium ex fisco dari juberet Ex famosorū latronum vel piratarum nume-
ro fuit Demetrius ille, qui jam supplicio afficiendus reponebat Alexandro
Magno, cur hic non contētus regno suo Macedoniæ totum infestaret orbem
latrociniis, cum ipse ex paterna hereditate percepisset vix duos myoparo-
nes, *vide part.* 2. *cap. de indic. pyrat.* famositatis vel famosorum latronum no-
mē quoq; usurpat Callistrat. *in l.* 28. §. 5 *ff. de pœn. ibi:* famosos latrones in his
locis, ubi grassati sunt, furca figendos, compluribus placuit, ut & conspectu
deterreantur alii ab iisdem facinoribus, &c. Sic famosum † scortum dici- 6
mus, cujus turpitudo manifesta est & scandalosa, uti scribit fuisse Leænam

quæ ad necem uſque cruciata & torta nedum in ſe, nec in alios confiteri noluit, Tiraquell. *in ll. connub. leg 9. gloſſ.* 1. *pag.* 9. Atticam, famoſam illam meretricem, ejus farinæ extitiſſe idem ſcribit, quæ carnifice jam fatigato, linguam tandem comeſtam in faciem judicis expuit, ne vocem emitteret, nec ſe aliosve in diſcrimen majus conjiceret. Taceo famoſam Thaidem, quæ penes Alexandrum ſollicitabat, ut domus Xerxis eburnea incendio deſtrueretur, Plutarch. *in Alexandr.* quam ipſa ſuccendit meretrix ſubridente rege vino & blandimentis dementato, nonnullis condolentibus tam inſigne ædificium regium in cineres converti.

Taceo ſcortum famoſum, Mathildam Gregorii VII. pellicem, aliquot legiones militares pro authoritate Papæ de ære ſuo, quia comitiſſa erat, ſuſtẽtantem contra Cæſares, Car. Molin. *in tr. contr. parv dat. cur. Roman. pag.* de
7 hac Mathilda † (ut ſaltem hæc obiter annotem) Büſdragus acer Papæ defenſor in hæc verba ſcribit: Papa non poteſt errare. Unde legitur de Papa Gregorio ſeptimo, quod aliqui Epiſcopi volebant eum damnare ut Magum, & quod ſuſpectus eſſet ob nimiam familiaritatem cum Domina Mathilda, ſed Epiſcopi non cogitaverunt, quod Papa nec Magus eſſet, nec errare poſſet in quocunq; facto, nam licèt fuiſſet cum Mathilda illa aliquid jocatus, feciſſet hoc pro curialitate, quia ſe modicum recreaſſet in tentationibus ſuis, ut faciunt alii quoque Eccleſiaſtici, ſed non præſumitur tantæ celſitudinis apicem errare poſſe, Wolff. *tom.* 1. *lect. mem. cent.* 15.

8 Atq; hinc jure accidit, ut ad rem redeam, quod famoſitas † promiſcuè dicatur indicium vehemens, indicium notorium, quod à cæteris ſpeciebus in
9 hoc differt, ne in cauſa † famoſitatis & notorii reo communicetur indiciorum copia, negante autem reo factum, ut examinentur teſtes in præſentia rei,
10 & ſiquidem ulterius † factum neget facta confrontatione, examinatisq; teſtibus, confeſtim tradatur quæſtioni, vide Gail. 2. *de pac. publ. cap.* 7. *num.* 10. imò ſi quæſtionem ſuſtinens, ultrò, quod ei famoſitas opponit, notorium dictitat, fuerit inficiatus, terminus brevis ex abundanti conceditur inficianti, ad producendos defenſionales, eoſque probandos, quod ſi præſtare nequiverit, ſententiam condemnatoriam ferat judex, & quod juſtitia in eo deſiderat, exequatur, Carer. *in pr. crim. in* §. *ſecundus erit caſus, nu.* 15. *pag.* 6. Gail. *d. loc. de pac. publ. c.* 7. *lib.* 2. *n.* 11. *&* 12.

Deinde hoc admittit ſpeciale, indicium præſens & vehemens, ut licet
11 in proceſſu indiciorum toleretur, appellatio † ea in præſentiarum nequaquam jure permittatur, Carer. *d. loc.* ratio eſt: quia in notoriis non ſervatur proceſſus, adeò ut judex ſe ſtatuta & ordinem judiciariũ ſervaturum, jurans, non perjurium committat, ſiquidem ſuper notorio, neglecto juris ordine procedat. Paris de Puteo *in tract. Syndic. in verbo, latro famoſus, &c.* Quanquam aliqui contendant recipiendam appellationem eſſe, ſi gravamen ſit ſummè

summè relevans & urgens. *per c. Romana*, §. *sin autem*, *ext. de appell.* cum multa dicantur notoria, † quæ non sint notoria, *c. consuluit. eodem*, quæ opinio 12
cumprimis valet, quoties sententia definitiva super ipso notorio pronunciatur, ut quia hæc verba inserantur decreto: quia de crimine notoriè constat, vel crimen notorium est: Ergo condemno, &c. nonnulli statuunt notorii tantam vim esse, ut nedum requirat sententiam sed ἁπλῶς executionem, Paris de Put. *in d. tr. Syndic. in verb. notorium, &c.* Carer. *d. loc. n.* 30. quam traditionem non nisi veram existimarim, nisi deliquisset reus in judicio, judice pro tribunali sedente, ut quia percussit, occidisset hominem, conspiciente prætore & turbâ hominum. Ad quid enim processus tela, ad quid sententia solennis remotis actis? Gandin. *in tit. quom. proced. quand. delict. est notor.* Alber. de Rosat. *in l. 6. §. 1. ff. de off. præsid.* Neque hic adversatur, quod *cap.* 41. notorium non nisi indicium parere diximus. Respondeo, aliud notorium † dici, 13
quod quidem notorium est, at probatione indiget demonstrativa, ut videat judex an etiam notoriũ sit revera, quod pro notorio venditatur, quo sensu capiendum est *c.* 41. Porrò aliud non tam dicitur, quam existit notoriũ, de quo hæc præsens nostra oratio. Carer. *in pract. crim. d.* § *secundus erit casus.* Sed anne latro † notorius, fur, vel proditor notorius & famosus à privato occidetur? Respondeo [1.] quod quanquam minator cædis occidi possit, cum melius 14
sit prævenire quam præveniri: & naturalis ratio dictitet, ut vim atq; injuriam propulsemus, *l. 3. ff. de* 1. *&* 1. Cumprimis cum copia judicis haberi nequeat, vel judex † accusatũ de minis liberè demittat, nec recipiat sufficientem cau- 15
tionem, aliàq. de causa deliraret favore & gratia corruptus, ne securus sit accusator. Carer. *in d. pract. §. circa tertium, pag. mihi* 175. [2.] nec non occidere sit permissum fori judicatum † vel bannitum, cui latro, proditor famosus rectè 16
assimilantur. Idem *in §. septimò igitur, pag.* 194. *& seqq.* Non tamen id crudè adeò subintelligendum dixerim: cùm singulis concedendum non sit, quod per magistratum fieri publicè potest, ne occasio sit majoris tumultus faciendi, *l. 176. ff. de reg. jur.* Bald. *in l. fin. C. de mal.* & Matth. Car. *in d.* §. *secundus erit casus, in fine*, ubi indistinctè quidem docent ultionem de famoso latrone non esse concedendam privato. At, quod minator cædis, minas quoque executioni daturus, occidi possit sive per sese, sive alium, judice justitia dormiente, nullam videtur habere difficultatem, *l. 1. C. quando lic. sine jud. se vind.* Bald. *in l. 1. C. unde vi*, Carer. *in* §. *circa tertium, num. 6. pag.* 175. Hinc est, quod si alter destinasset rixâ subordinatâ offendere † alterum, faciens præparamenta, hìc 17
verò præveniens, occidat parantem sibi necem, non teneatur pœna ordinaria homicidii, quoties ille fuerit pugnax, solitusq; dare minas executioni, Gram. *decis.* 5. Carer. *d. loc. num.* 7. Deinde, an bannitus occidi possit sine evidenti eaq; jure admissa causa? Crinomenon est, unde nihil solidi infertur, Bart. *in l. ubi pactum*, 40. *C. de transact.* Carer. *d. loc. in princ. & toto illo* §. *prædicto*, dispu-

18 *cto*, disputari solet, an statuto caveri possit, bannitum † impunè occidendum à privato? quo ipso sat nervosè concluditur, jure communi identidem non licere, aliàs enim opus haud foret, ea, quæ licita sunt, demum licita facere.
19 Quoties tamen ex causa perduellionis, vel læsæ majestatis † reus esset in banno, secus dicendum esset, & siquidem bannitum non interficeret, cùm posset patriota, & Imperii subditus, vix evaderet societatis occultæ indicia, secundùm tradita capitis antecedentis, *num.* 10. præsuppositis hisce: Quod reus majestatis divagetur incertis sedibus, nec tutò capi possit, vel sisti pœnis ordinariis, *d. cap. anteced.* Cæterùm qui proscriptum odio privato, temerè vel proditoriè occidit, vix pœnam homicidii extraordinariam evitabit, Menoch. *1. arb. qq cas.* 90. *arg.* §. *fin. Instit. de his qui sunt sui vel alien. jur.* sicut qui captum
20 bannitum † interficit, cui promiserat, ne occideretur, pone, bannitū jure occidi potuisse hostem, Bart. *in l.* 2. *C. quand. lic. unicuiq., &c.* nec non, qui cædit in bello captivum hostem, cui fidem captivitatis, & solvendi lytri dederat, de homicidio tenetur coram Deo & mundo. Si fidem dare jus erat, datam frangere crimen: Hæc enim ipsa sibi sunt consequentia, vide Bodin. *de Republ. lib.* 5. *pag. mihi* 937.

CAPUT CX.

DE INDICIIS, QVÆ EX IVMENTORVM NVTIbus, mutisq; demonstrationibus eruuntur.

SUMMARIA.

1 DEniq; non muta nec prorsus obscura sunt indicia, † quæ ex jumentorum nutibus, divino sic dirigente judicio, cum omnium non possit reddi ratio evidens, *l.* 20. ubi Bart & Zas. *ff. de ll.* incertæ sunt sæpe hominibus casuum contingentia, Deus quicquid occulto nobis pandit judicio vel indicio, nō uti contingens vel vanum, quodvis arbitrabimur, nihil sine nutu divino natura agit, aliquantum à communi recedens scopo, nihil perperam nihil temerè divina operatur majestas, nos cœci versamur in tenebris, minimum est, quod intelligimus. Æneas Sylv. *in hist. Boëm. c.* 69. Pogg. Flor. *de mis. hum. condit. l.* 2.

In tan-

In tantum ut bestiæ abjectissimæ & vilissimæ Deus arcano suo consilio
usurpârit ministerio asinæ, quâ inequitavit mansuetus Hierosolymas scil. ad
confundendum hominum fastum, vastumq; superbiæ spiritum, quo turget o-
mnis caro, quæ coram Deo est fœnum, *Ps.* 102 Sic Jehova asinæ † usus est mi- 2
nisterio, Bileamo adversus Israëlitas fremente. *Num.* 22. ubi dicit textus: Et
Deus aperuit os asinæ & locuta est. Romæ anno 366. asina pistoris ascendit
excelsum tribunal quasi concionatura, & rugitum immanem edidit multis
admirantibus, Sigon. *l.* 15 Joan. Wolff. *tom.* 2 *lect. mem. p.* 901. Ammonius Ale-
xandrinus asinum auditorem habuit, non absq; miraculo. Idem Wolff. *tom.* 1.
p. 116 Sic bos locutus † est Romæ, frustra se urgeri pulsariq; à domino ad ara- 3
trum, non n. frumenta sed homines brevi defuturos. Idem *tom.* 1. *p. mihi* 25. In
Pannonia serpentes nati in corporibus humanis, (nonnullis ad calorem solis
evomentibus serpentes) imò tanta multitudo implevit domos & agros, ut
cum aliquis serpens fustibus cæderetur, ex aliis serpentibus quidam locutus
est dicens: nihil efficietis contra ultionem divinam pugnantes. Idem Wolff.
tom. 2. *p.* 561. Equidem vero verius est, quod divino irascente † numine omnes 4
bestiolæ cogantur stare in armis contra hominem mortalem. Anno 1520. ci-
vis Erphordiensis quidam domi aluit corvum, quem mœstum vidit, alloqui-
tur joco corvum, quid agis corve? respondit corvus ex *Psalm.* 77. cogitavi dies
antiquos & æternos in mente habui. Idem Wolff. *tom.* 2. *p.* 138. Sic duę luscinię
colloquuntur in caveis de bello Smalcaldico, Camer. 3. *med. hist. c.* 61. *p.* 260.
Quin quod equus depictus ediderit hinnitũ Constantinopolis, quòd regni
translationẽ significavit. Id. Wolff. *tom.* 1. *cent.* 14. *p.* 686. & quæ exempla alia.
Porrò ecquis dubitat, ut proposito nos accingamus, Deum super hominum
sceleribus irascentem sæpe incitare bestias, indiciis silentibus † exterioribus, 5
quæ vel denuncient suggerantq; vindictam, ne evadere possit perniciosus &
flagitiosus, nedum coram mundo dilabatur impunis. Ut idcircò, occurrente
insolitâ ejusmodi denunciatione, judicis sit non temerè aspernari causas, quæ
aliis argumentis subticentibus, non pusillàm præ se ferunt suspicionem, quæ
qualiacunq; indicia ut illustrentur exemplis, quæ rem declarare solent, unum
atq; alterum ex memorabilioribus adducã, atq; inde non tam caput præsens,
quam hunc tomum primum tandem absolvam. Refert Laur. Cupræ: Carme-
lit. *in theat. mundi*, & Joan. Wolff. 2. *lect. mem. p. mihi* 976. quod Pyrrhus Epi-
rota † quodam die iter faciens cum exercitu suo, fortè fortunâ canem reperit, 6
qui mortui heri sui cadaver in ampla & publica via asservârat. Cumq; aliquã-
diu hoc miserabile spectaculum esset contemplatus, submonitus est à rusti-
cis, jam triduum esse, quod miserum hoc animal, loco illo non demigrârat, &
licèt cibo, potuq; carens, tamen cadaver non deseruerat: qua ex causa, Rex
corpus illud humari fecit & sepeliri, canisq; ob fidelitatem suam enutritus &
conservatus est. Quodam vero postmodum die Rex de cæde inquiri fecit, sed

nihil certi de ſcelere invenire potuit. Accidit autem, ut paucos poſt dies cenſerentur, luſtrarenturq; ejus copiæ, jubente Rege, ut ſinguli præter ejus oculos irent, ut turmas equitum recognoſcere poſſint. Canis quotidiè Regem, ſed triſtis & mutus penè ſequebatur, donec illi, qui herum ejus trucidarunt, tranſirent. Mox impetu & furiis admirandis incurrere cæpit in eos, lacerare diſcerpereq;, eoſdem meditans, magnoq; cum ululatu, modò huc modò illuc ſe vertens, & jam Pyrrhum, jam latrones intentiſſimè aſpectans, videbatur ab eo judicium poſtulare: quæ etiam cauſa fuit, cur Pyrrhus omnes circumſtantes merito ſuſpicaretur, quos canis allatraſſet, per eoſdem hoc homicidium perpetratum eſſe, ita ut hiſce conjecturis damnarentur, & in examen & quæſtionem dati convincerentur punirenturq; delicti. Res erat indubiè miraculoſa, ſubdit author, qua Deus, quam ſit in judicio juſtus, demonſtrat, quodq; ſummè eos exſecretur latrones & homicidas, qui ſanguinem profundunt humanum, uſq; adeò, ut bruta quoq; animantia capitis eos accuſare, imò & ſup-
7 plicium de eis ſumere permittat. Adde relationem Ranzovii † carmine deſcriptam, judicium hoc admodum ſcitè illuſtrantis, *in catal. Imp. inter epitaph. ſuæ famil. pag. 60. ibi:*

Rem non abſimilem celeberrima Cimbria novit,
Colmariæ in noto quæ fuit acta loco.
Hic deteſtandum commiſit adultera conjux,
Inſtinctu Satanæ, proh furioſa, ſcelus.
Quale ſit, incluſum numeris, ut ſcire nepotes
Poſſint, qua potero dexteritate, dabo.
Incola Colmariæ quidam, cui ſedula certè
Cura domus, uxor ſed malè fida fuit.
Ad loca quæ porcis tunc exhibuêre ſaginam,
Se cum vicinis contulit ipſe ſuis.
Obſcuram traherent cum ſera crepuſcula noctem,
Apta viatori nox tamen illa fuit.
Cumq; ſuis paulum digreſſus ab ædibus eſſet,
Hei malè confeſtim cœpit habere miſer.
Dixit & ad comitem: domus eſt repetenda ſodalis,
Et quo perrexi, non datur ire mihi.
Setigerum pecus ergo meum ne quæſo graveris
Ad noſtram rurſus ducere rite domum.
Promiſit comes iſta viro, qui protinus æger,
Inflectit greſſus ad ſua tecta ſuos.
Adveniens ædes occluſas vidit, & intra
Mox animadvertit cuncta ſilere domum.

Uxor

Uxor enim veneris gaudebat adultera furto,
Cum servo fœdans luxuriosa thorum.
Et quia jam dudum sese malefida marito
Fecerat injectâ suspitione ream.
Nunc etiam suspecta fuit: vir fervidus ira,
Institit ergo suas concutiendo fores.
Territus aufugit mœchus stratumq; reliquit,
Hei malè pro merito nox nimis æqua fuit.
Pulsatas toties tandem vix mœcha reclusit,
Insidiis nec non fraude repleta, fores.
Atq; viro cœpit vehemens intendere litem,
Quam non immeritò debuit ipsa pati.
Neglectum incusans pecoris discrimine plenum,
Pro nihilo duxit damna pudicitiæ.
Sed vir multa movens intra se & lassus eundo,
Imposuit lecto frigida membra suo.
Et cum prima quies ipsi per membra latenter
Serperit, admissum est exitiale scelus.
Mœchus cum mœcha jugulum mucrone resolvit,
Namq; quiescentis (res memoranda) viri.
Mox etiam sacco gelidum intrusêre cadaver,
Atq; sepulturæ proxima cura fuit.
Aggere defodiunt illud satis inde remoto,
Tutaq; sperantes omnia & absq; metu.
Insuper egregium simulavit adultera luctum,
Omnis cum fuerat turba reversa domum.
Replevitq; vias crebris ululatibus omnes,
Attestando suum non rediisse virum.
Sed Deus, è summo qui prospicit omnia cœlo,
Judice clam tantum noluit esse scelus.
Justus enim Deus est, patrantes odit iniqua,
Nunc qua detectum sit, ratione dabo?
Cum re confectâ vicinia cuncta rediret,
Unus fecit equos pabula adire suos,
Et subter curru concessit lumina somno,
Aurorâ bigis approperante suis,
Hic ubi mœcha viri defoderat ipsa cadaver:
Ah nihil est summum fallere velle Deum:
Namq; quiescenti vir quidam apparuit, illum
Ore repræsentans, qui tumulatus erat.

Hunc ille objurgat, quærens cur serius adsit,
Nec tempestivè venerit ipse domum?
Hic contra: noli quicquam, vir amice, timere,
Sed mihi da puro pectore, quæso, fidem.
Te summo studio mea velle capessere jussa,
Annuit, hic autem talia deinde refert.
Cum mœcho uxoris propriæ me dextra peremit,
Aggeris ac hujus contumulavit humo.
Hoc super imposito dabitur spectare recenti
Cespite, & hoc notum fratribus esse velim.
Cætera judicibus mando: disparuit hisce
Vocibus orator jamq; erat orta dies.
Ille domum pergit, sed præ formidine mentis,
Dicere non audet fratribus ista viri.
Restaurans iterum gratâ sua membra quiete,
In somnis patitur, quæ modo passus erat.
Lecto astare virum stupefactus cernit eundem,
Solventem subitò talibus ora modis.
Cur levis es, promissa negans, promissa requiro,
Adstrictam verbis te rogo, solve fidem.
Quod me cum mœcho jugulavit adultera conjunx,
Detectum cupio fratribus esse meis.
Tristes exuvias aliò mea detulit uxor,
Absconsæ penitus non tamen esse queunt.
Tu comes esto viris, tu dux quærentibus esto,
Monstrabit tandem nigra catella locum.
Nec mora cum Titan surrexerat, ipse rejecto
Fratribus exposuit somnia bina metu.
Quæritur amissus spectatur in aggere fossa,
Corporis humani signa relicta tenens.
Quæritur ulterius corpus, non cernitur ullum,
Cernitur at circa nigra catella viam.
Disjicit hæc terram pedibus notat atq; cadaver,
Protinus ad comites dux stupefactus ait:
Nigra quiescenti talis mihi visa catella est,
Hic nobis fiet res manifesta viri.
Approperant omnes, mox defossumq; cadaver,
Inveniunt sic per somnia res patuit.
Sic Deus in claram profert abscondita lucem,
Tandem impunitum nec sinit esse scelus.

Et ne quid dubites, me ſcribere vera notabo,
Supplicium tulerit quo rea turba loco.
Stadenſem mœchus fugitando venit in urbem,
Illic ſupplicium mox capitale luens.
Qualiter & vitam finivit adultera conjunx.
Indiciis certis dicere Crempa poteſt.
Diverſisq; licet pœnas, mortemq; tulêre,
Pro ſcelere admiſſo, fœmina virq; locis.
Amborum tamen una fuit confeſſio, tali
Qualem commemoro ſingula geſta modo.
Sic velut in ſpeculo ſpectas, odiſſe ſupremum
Rectorem cædes concubituſq; vagos.
Acta quidem ſunt hæc elapſo tempore Crempe,
Præfectus Ranzow cum Nicolaus erat.

Cæterùm quàm mirando admodum facinora abſcondita demonſtraverit canis indicio: non prætererire poſſum ea, quæ hac de re ſcripta reliquit Plutarchus † *in vita Pelopidæ*, eaque commemorat uti exemplum vindictæ & divinæ obſtupendum, Joan. Spinæ. *de tranquill. anim. lib. 5. pag. 275. ibi:* Scedaſo cuidam in leuctris habitanti & humaniter peregrinos hoſpitio excipienti, licèt non admodum diviti, duæ erant formoſæ & honeſtæ filiæ: quarum amore duo Lacedæmonii hoſpites correpti, primò quidem præſentiam & virtutem patris reveriti, nec ardentem libidinem ſuam patefacere auſi, abierunt: Sed reverſi quum pater abeſſet, & filiæ comitate patria & decora grataq; urbanitate illos excepiſſent, tum illi has ſolas, & conſilio ac ope deſtitutas, obliti omnis officii, honeſtatis, hoſpitalitatis amicitiæque ſacrati Juris, antiquæ majorum ſuorum virtutis, ſeverarum adverſus adulteros Lycurgi legum, auſteræ patriæ diſciplinæ, famæ, virtutis & æquitatis, Spartanæ ubique celebratæ, aliarumq; rationum, (quibus contineri potuiſſent, niſi eos ſua libido excœcâſſet) turpiſſimè violarunt, & incorrupta illibataq; hactenus virginitate per vim ſpoliarunt, ad hæc eas lamentantes & Deorum hominumque fidem tantæ injuriæ & turpitudinis ultricem implorantes, in puteum dejecerunt. Poſtquam abjiſſent, pater reverſus diu hæſit inſcius, quid filiabus ſuis factum eſſet, quod caniculæ indicio, quæ ad puteum itaret, miſerè ſuffocatas reperit. Quibus ſepultis miſerabiliter lugens, quum Lacedæmonios illos ſe abſente reverſos intellexiſſet, ſuſpectos habuit, quod aliquando ſibi filias laudaſſent. itaq; Lacedæmonem profectus rem Ephoris detulit, nō auditus, aut neglectus, ad reges ſe contulit: inde ad populum, quum & ab his negligeretur. Sed neminem nactus, qui vellet auderétve pro ipſo verba facere, quantumvis juſta orante, tum demens præ dolore pedibus terram pulſans, manus ad cœlum tendens, & dira Spartiatis imprecatus, ſuper ſepulchra puellarum

ſeipſum jugulavit. Quid autem inde accidit? Tunc Lacedæmonii, omni Græciæ præſidio in præcipuas urbes impoſita, dominabantur, ſed Thebani ſervitutem indignè & impatienter ferentes, duce Epaminonda præſidiarios ad unum omnes interfecerunt: & quum accepiſſent, Lacedæmonios ipſorum rebellionis ulciſcẽdæ cauſa accelerare coactis copiis, ad ſepulchra filiarum Scedaſi illis occurrerunt, & victos ita profligarunt, ut ſe recolligere poſtea nunquam potuerint. Quod omnium admirationem excitavit, quia inauditũ hactenus fuerat, à paribus, nedum ab inferioribus illos ſuperatos fuiſſe, & certè Deus tum evidentiſſimè oſtendit, ſe probè ſtupri illius & magiſtratuum in eo ulciſcendo negligentiæ meminiſſe, quod ut manifeſtius declararet, potentiſſimos & omnibus formidabiles, quũ per ſeptingentos annos imperium Græciæ obtinuiſſent, voluit ab imbellibus, paucis & malè inſtructis, repentè cædi & profligari ad ſepulchra virginum illarum, ac uno prælio ad eam & hominum & bellicorum apparatuum neceſſitatem redigi, ut ab eo tempore non facilè adorientibus reſiſterent, & quo melius hic Dei juſtitiam animadvertamus, Pelopidas, unus ex Thebanorũ ducibus, paucis ante conflictum diebus, ſignis quibuſdam aëriis tertius Scedaſum in ſomnis vidit ipſum hortãtem, ut pergeret, fore enim, ut eo victore Lacedæmonii ſibi & filiabus ſuis injuriam acceptam luerent. Plura de hoc indicio ſcribere cogor à canibus ſuppeditato: Heſiodi Poëtæ illius eximii, interfectores à cane proditos, ſupplicium dediſſe refert Plutarch. *in dialog. de compar. terreſt. animal.* ubi & ejuſmodi recenſet hiſtoriam, quam quoq; Eraſmus *Chiliad. 1. cent. 7. allegat, ibi*: Quidam irrupit in Æſculapii templum ſublatis aureis & argenteis aliquod monumẽtis, clam & ignotus, ut putabat, aufugit, at canis tẽpli cuſtos, cui nomen Cap-
9 parus, † nam indignus, qui periret ἀνώνυμος, cum videret neminem æditorum ſua voce commoveri, fugientem ſacrilegum eſt inſequutus: ac primum quidem ſaxis petitus haud tamen diſcedebat: Exorto die non accedebat propius, ſed procul oculis obſervans ſectabatur, nec cibum objectum capiebat. Rurſum juxta dormientem cubabat & ipſe, & abeuntem ad conſimilem modum inſequebatur, quod ſi qui viatores fuiſſent obvii, iis caudâ adblandiebatur, in illum unum latrabat ac ſæviebat. Hæc cum ab aliis alii didiciſſent, ſimul & canis & homines figuram cognoviſſent, ſacrilegum apprehenderunt, & ad ſupplicium duxerunt, cane præcedente hilari jam ac geſtiente, quod maleficum eſſet venatus. Unde ei cani de publico paſtus decretus eſt, ejuſq; rei cura ſacerdotibus mandata. *Hactenus ille.*

Nihil hic dicamus de jumentorum aliorum opportunis ſuppetiis quoad fortunæ caſus adverſæ, eorumq; erga Dominos amore pluſquam beſtiali, ut non pauci ſtatuere non ſint veriti, animalibus nonnullis animam ineſſe rationalem, quâ de re admodum ſcitè Joan. de Pineda *in Job. tom. 2. c. 35. verſ. 11.* ubi atteſtatur, & Theologos & Philoſophos fuiſſe in ea ſententiâ, nempe quod

quod quædam bruta sint rationabilia. Quin etiam Socratem & Rhadamantem jurasse per animalia. Socratem cygnos suos conservos appellasse constat, & sermonem potius deesse animalibus quam intellectum, scribit Plutarch. *d. loc.* in dialogo an brutis † insit ratio? Vide memorabiliora de hac quæstione 10
apud Pined. *d. loc.* Herm. Busch. *in comm. ad Sil. Ital. pag.* 372. ibi: equos Clœlii jam semimortui dominum prostratum agnoscens excusso insessore Vageso per media cadavera accurrit, & Clæsio flexis cruribus terga cōscendenda prębuit, qua de re versiculi eximii, Silii Italici *de bell. Puniç. lib.* 10.

Seminecem extremo vitam exhalarat in auras,
Munere deficiens jam Clælius, † oraq; nisu 11
Languida, vix ægro, & dubiâ cornice, levabat.
Agnovit sonipes, arrectisq; auribus acrem
Hinnitum effundens, sternit tellure Vagesum,
Quem tunc captivo portabat in agmina dorso,
Hinc rapidum glomerus cursum per lubrica pinguis,
Stante cruore soli & mutata cadavera cæde
Evolat, ac domini consistit in ora jacentis.
Inde inclinatus collum submissus & armos
De more inflexis præbebat scandere terga
Cruribus, ac proprio quodam trepidabat amore,
Milite non illo quisquam felicius, acri
Insultarat equo, vel si resupina citato.
Projectus dorso ferret cum membra, vel idem
Si nudo staret tergo, cum rapta volucris
Transigeret cursu sonipes certamina campi.

Non dissimile † refert tragicumque exemplum Joan. Lexius Burgun- 12
dus *in historia. rer. Amer. part. 3. p. mihi* 201. quod quia rarum, nec author ille in manu cujusvis versatur, adscribere quoq; hìc libuit, sic autem sese habet factum. Dieser vnmenschliche Tyrann / (de Amurathe Turcarum Cæsare, tyranno maximo loquitur Lezius *d. loc.*) wahr damit nicht zu frieden / daß er alles erwürgete vnd vmbbracht / mit dem Schwerd / was er antraff / wie in der Stadt Leontario geschehen / da auch nicht einer ist überblieben / vnnd 6000. todte Cörper der Menschen / ohn die vnzehliche menge der Pferde vnnd des Viehs ist gezehlet worden / sondern er bracht auff ein vnerhörte weiß zu richten / ließ die Leute einen nach dem andern in der Mitten vmb die Hertzgruben überzwerch mit einem Türckischen Sebel / in einem Streich in zwey Stücke zerhawen / welche Kunst auch in der ärgsten Wildnuß vnerhöret ist / muste also ein jeder doppel gemartert werden / beyde Stücke waltzeten sich eine ziemliche weil hin vnd her / vor grossem Schmertzen / vnnd gaben erbärmliche Gebärden von sich. In der Stadt Mitylene, Anno 1459. als damahls dieselbige Stadt

erobert

erobert wird / worden gefangen 300. Lands-Knecht / dieselbigen sind also in der Mitten gantz jämmerlich von einander zerhawen worden / noch sind 500. von dem Bassa Omare nach Constantinopel geschickt / die er in einem eroberten Stättlein gefangen / dieselbige sind gleichermassen hingerichtet worden. Als nun diese todten Cörper ein weil sind auff dem Platz / auß Vnachtsamkeit liegen blieben / ist ein Rindt mit grossem Brüllen darzu kommen / fasset deren Stück eines an ein Horn / vnd träget es auff ein besondere stätte / holet darnach auch das ander Theyl / vnd leget jhn zu dem ersten. Als nun dieses viel Leut ersahen / kompt das Geschrey so bald auß / für den Machumeten / welcher über die massen erschrocken vnd befiehlet / daß man dieselbe Stücke widerumb von einander legen / vnd an die vorige Oerter tragen solte / der Ochs folgete nach / brüllet / suchet / vnd findet denselbigen Cörper widerumb / vnnd erkennet jhn vnder allen andern / nimpt jhn zum zweyten Mahl auff die Hörner / vnnd treget jhn auff ein ander Ort / Machument erstarret über dieses Miracul vnd Wunderwerck / wie nicht vnbillich / befiehlt / daß man die todten Cörper von stunden begrabe / vnnd den Ochsen auff seinem Stalle die Zeit dieweil er lebte / erhalten solte.

Atque tantum de indiciis generalibus. Faxit Deus Ter. Opt. Max. cætera, quæ Juris hæc materia præsens requirit, brevi σὺν θεῷ, quoque expediamus.

Gloria non homini sed tibi sola Deo.

F I N I S.